
1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE



1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIA.

VOLUMEN II.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBRI XXXVII.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS CRITICIS INDICIBUSQUE

INSTRUXIT

IULIUS SILLIG.

VOLUMEN II.

HAMBURGI ET GOTHAE,

SUMPTIBUS FRIDERICI ET ANDREAE PERTHES.

MDCCCLII.

COMPENDIA SCRIPTURAE,

QUORUM

FREQUENS USUS EST IN HAC EDITIONE.

Cum ab *Ern. Frid. Wüstemanno*, V. Cl., mihi significatum esset ab amicis quibusdam suis, qui rebus nostris bene cuperent, desiderari indicem signorum, quibus aut ipse in designandis codicibus usus essem, aut quorum frequens usus esset in nostra editione, licet ei rei in praefatione cum alibi, tum pag. LVIII. et pag. LXIII. abunde a me satisfactum putaverim, tamen, ne aliorum voluntatibus ulla in re deessem, hoc loco omnia illa signa sub unum conspectum ponenda curavi, addita explicatione, ut facile quisque vel non consulta praefatione sciat, quem codicem intelligi voluerim; apposui autem simul eum praefationis locum, in quo accuratius de singulis agitur, ut qui meum de eorum pretio iudicium cognoscere velint statim reperiant. Ceterum teneant lectores me, sicubi ad lectionum in meis codicibus repertarum auctoritatem firmandam attulerim codicum, qui ab aliis in usum vocati sunt, lectiones, plerumque parenthesis signis usum esse, cuius rei causam aperui praef. pag. LX.

Praeterea meminerint vulgatam lectionem a me vocari eam, quae in edit. Dalecampiana (per litteram β significata) reperitur, de qua re dixi praef. p. LXIII. Broterianam edit. per litteram γ indicavi.

A.

SIGLA CODICUM

A

ME AUT AB ALIIS IN USUM VOCATORUM.

(Cf. praef. p. LVIII.)

A	Codex Leidensis	praef.	pag. V.
B	..... Bambergensis	—	pag. IV.
C	..... Vindobonensis II.	—	pag. XXII.
D	..... Vaticanus 3861.	—	pag. XIX.
K	..... vetus codex Dalecampii	—	pag. XXVII.
	K^1 et K^2 diversas lectiones a Dalec. allatas significant	—	pag. XXX.
L	..... Laurentianus s. Mediceus I.	—	pag. XX.
M	..... Venetus	—	pag. XX.
N	..... Burbonicus s. Carbonarius.	—	pag. XIX.
	N^1 notat lectionem codicis, N^2 lectionem marginalem, N^3 secundam lectionem variam	—	pag. XX.
P	..... Monacensis	—	pag. XXI.
R	..... Riccardianus	—	pag. VIII.
	nota: R^1 est a prima manu, R^2 a secunda	—	pag. X.
S	..... Salmanticensis	—	pag. XXVI.
T	..... Toletanus	—	pag. X.
	nota: T^1 a prima, T^2 a secunda manu	—	pag. XII.
V	..... Vossianus.	—	pag. VII.
Y	..... Fuxensis	—	pag. XXVI., ubi per errorem calami notatur per litteram *r*.
a	..... Parisiensis 6795.	praef.	pag. XIII.
b	..... — 6796. A.	—	pag. XIV.
c	..... — 6796.	—	pag. XIV.
d	..... — 6797.	—	pag. XV.
e	..... — 6798.	—	pag. XVI.
f	..... — 6799.	—	pag. XVI.
g	..... — 6800.	—	pag. XVI.
h	..... — 6801.	—	pag. XVII.
i	..... — 6802.	—	pag. XVIII.
l	..... — 6803.	—	pag. XVIII.
m	..... — 6804.	—	pag. XVIII.
n	..... — 6805.	—	pag. XVIII.
o	..... — 6806.	—	pag. XVIII.

p	Codex	Petropolitanus	praef. pag. XXXVI.
r	.....	Man. Dalecampii	— pag. XXVII. seq.
		r^1, r^2 plures lectt. a Dalec. allatas significat	— pag. XXX.
t	.....	Vaticanus II.	— pag. XXI.
u	.....	— III.	— pag. XXI.
x	.....	— IV.	— pag. XXI.
y	.....	Barberinus I.	— pag. XXI.
z	.....	— 2503.	— pag. XXI.
Δ	.....	Londinensis	— pag. XXXV.
Θ	.....	Chiffletianus	— pag. XXVII.
Ω	.....	Riccardiani repetitio	— pag. IX.
δ	.....	Academicus	— pag. XXXII.
η	.....	Cracoviensis A.	— pag. XXXVIII.
ϑ	.....	Andegavensis	— pag. XXXII.
λ	.....	Cracoviensis B.	— pag. XXXVIII.
π	.....	Vindobonensis I.	— pag. XXXVII.
ρ	.....	Gudianus	— pag. XXXII.
ς	.....	Snakenburgianus	— pag. XXXVIII.
φ	.....	Menapianus	— pag. XXXII.
ψ	.....	Vossiani repetitio	— pag. VII.
ω	.....	Vindobonensis III.	— pag. XXXVII.

B.

COMPENDIA SCRIPTURAE,

QUIBUS

IN DESIGNANDIS CODD. ALII ANTE ME USI SUNT QUIQUE A NOBIS COMMEMORANTUR.

Ambros. est Ambrosianus cod. I. et II., quibus usi sunt Rezzonicus in disquisitt. Plin. et Ferrarius de re vest. praef. pag. XXXVI.

Angel. ... Angelicus cod. ab eodem adhibitus. ib.

Archiv. ... Archivii capitularis basilicae Vaticinae apud Georg. Zoegam. praef. p. XXXVII.

Barb. ... codex aut codices Hermolai Barbari. pag. XXIII.

Basil. ... Basileense manuscriptum apud Dalecamp. p. XXVI.

Brit. ... Britannici codd. tres apud Georg. Zoegam. pag. XXXVII.

Bud. ... Guilielmi Budaei codices, quorum ope multos Plinii locos in libro suo de asse emendavit. pag. XXIV.

Caesen. ... Caesenates codd. duo, quos inspexit Rezzonicus. pag. XXXVI.

Cantab. ... Cantabrigiensis cod. apud eundem. pag. XXXVII.

Chig.	est	Chigianus cod. Zoegae. praef. pag. XXXVII.
Escor.	...	Escorialenses duo, quibus usus est Rezzonicus. pag. XXXVI.
Farn.	...	Farnesianus cod. apud eundem. pag. XXXVI.
Gelen.	...	codices, quos in usum vocavit Sigism. Gelenius. pag. XXV.
Iov.	...	Iovianus cod., quem inspexit Rezzonicus. pag. XXXVI.
Land.	...	Landianus cod. a Rezzonico adhibitus. pag. XXXVI.
Lugd.	...	Lugdunensis cod. apud Ioann. Harduinum. pag. XXXIII.
Medic.	...	Medicei duo a Rezzonico collati. pag. XXXVI.; alter a nobis per litteram *L* designatur.
Murb.	...	Murbacensis cod., cuius collatione usi sunt Beatus Rhenanus et Cornarius. pag. XXIV.
Ottob.	...	cod. Ottobonianus reginae Christinae apud Zoegam. pag. XXXVII.
Palat.	...	Palatinus codex Salmasii. pag. XXXI. — Item Palat. codex a Georg. Zoega inspectus. pag. XXXVII.
Parm.	...	Parmensis cod., idem, qui alias Farnesianus dictus est. pag. XXXVI.
Pertus.	...	Pertusatinus cod. Rezzonici. pag. XXXVI.
Polit.	...	Politiani excerpta e duobus libris Florentinis et uno Neapolitano apud Rezzonic. pag. XXXVI.
Reg.	...	Regii codd. a Claud. Salmasio laudati. pag. XXXI.
Richel.	...	Richeletianus cod. a Lud. Marco adhibitus. pag. XXXVII.
Rigalt.	...	Rigaltianus cod. Salmasii. pag. XXXI.
Rob.	...	Roberti Canuti Crikeladensis defloratio Pliniana. pag. XLII.
Thuan.	...	Thuaneus cod. a Claud. Salmasio laudatus. pag. XXXI.
Tic.	...	Ticinensis cod. a Rezzon. commemoratus. pag. XXXVI.
Ugol.	...	Ugoletinus cod. eiusdem. ib.
Urbin.	...	Urbinas cod. apud Georg. Zoegam. pag. XXXVII.
Vallic.	...	Vallicellianus cod. apud Rezzon. pag. XXXVI.
Vict.	...	cod. in biblioth. St. Victoris in suburbio Paris. ab Ioann. Harduino collatus. pag. XXXIII.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER VII.

SECT. 1. **M**undus et in eo terrae, gentes, maria insignia, § 1
insulae, urbes ad hunc modum se habent, animantium in
eodem natura nullius prope partis contemplatione minore,
siquidem omnia exsequi humanus animus queat. Principium
iure tribuetur homini, cuius causa videtur cuncta alia ge-
nuisse natura, magna saeva mercede contra tanta sua mu-
nera, non sit ut satis aestumare, parens melior homini an
tristior noverca fuerit. Ante omnia unum animantium cun- 2
ctarum alienis velat opibus; ceteris varie tegimenta tribuit,
testas, cortices, spinas, coria, villos, saetas, pilos, plumam,
pinnas, squamas, vellera; truncos etiam arboresque cortice,

Ad hunc librum toti sunt excussi Rd.

§ 1. *insignia insulae*, R (Rob.) *insignie insulae*, Murbac. *insignes insulae*, Td. *insulae*, *insignes*, *β*. *sinus insulae*, Rhenan., cui ego assentior, quia non causa adest, cur *maria* potissimum epitheton habere debeant, ceteris nominibus nudis positis, quamquam ratione ipsorum nominum et scripturae maxime codicis Murbac. habita pro *insignie* Plinium *amnes*, *sinus* scripsisse existimo. — *nulli*, Rob. — *minore*, Rhenan. *minore et*, Murbac. *more. Et*, d[1]. *ē minor*, d[2]. *minor est*, R (Rob.) *βγ*. — *siquidem* Rd[1] (Murbac.) *siquidem cum*, d[2] (Rob.) — *omniae*, Murbac. — *queat*, d[1]. *q ad*, R[1]. *qui ad*, R[2] (Murbac.) *nequeat*, d[2] (Rob.) — *magna*, RTd (Murbac.) *multum*, Rob. — *saeva*, RTd (Murbac. Rob.) *et saeva*, *β*. *usa*, Rhenan. *magno sed ei constant sua munera*, Heumann. — *non sit ut*, RTd[1]. *ut non sit*, d[2] (Rob.) *β*.

§ 2. *cunctarum*, T (cod. antiquissimus Leid. ap. Oudend. ad Appul. metam. p. 152.) *cunctorum*, Rd (Rob.) *βγ*. — *alienis velat opibus*, Rd (Murbac., codd. Barbari.) *aliena velat ope*, ST. *alienus velaminis ope*, Rob. *aliena alienis*, Barbar. ex edd. vett. — *varie*, R (Rob.) *varia*, STd. — *spinas coria*, RTd. *coria spinas*, Rob. *βγ*. — *arborique*, Rob.

interdum gemino, a frigoribus et calore tutata est; homi-
nem tantum nudum et in nuda humo natali die abicit ad
vagitus statim et ploratum, nullumque tot animalium aliud
ad lacrimas et has protinus vitae principio. At Hercule, ri- 3
sus, praecox ille et celerrimus, ante quadragesimum diem
nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, quae ne feras quidem
inter nos genitas, vincula excipiunt et omnium membrorum
nexus, itaque feliciter natus iacet manibus pedibusque de-
vinctis, flens animal ceteris inperaturum, et a suppliciis vi-
tam auspicatur unam tantum ob culpam, qua natum est.
Heu dementia ab his initiis existumantium ad superbiam se
genitos! Prima roboris spes primumque temporis munus 4
quadripedi similem facit. Quando homini incessus? quando
vox? quando firmum cibis os? quamdiu palpitans vertex,
summae inter cuncta animalia inbecillitatis indicium! Iam
morbi totque medicinae contra mala excogitatae et hae quo-
que subinde novitatibus victae; et cetera sentire naturam
suam, alia pernicitatem usurpare, alia praepetes volatus, alia
nare, hominem nihil scire, nihil sine doctrina, non fari, non
ingredi, non vesci breviterque non aliud naturae sponte
quam flere! Itaque multi exstitere qui non nasci optumum
censerent aut quam ocissime aboleri. Uni animantium luctus 5
est datus, uni luxuria et quidem innumerabilibus modis ac
per singula membra, uni ambitio, uni avaritia, uni inmensa

tutata, d (duo vetustissimi Leidenses a m. sec. apud Oudend. ad Frontin. strateg. II. 12, 3. p. 343. ed. 2.) *tuta*, RS (duo Leidd. a m. pr., Rob.) Vid. Drakenb. ad Liv. X. 37, 2. — *abiecit*, K.

§ 3. *Hercule*, Rd (Rob.) *Hercules*, γ. — *visus*, R^1. — *ille*, Rd (Murbac.) *illi*, Rob. — *quadragesimum diem*, R (Rob.) *XL dies*, Td. Vid. Aristotel. hist. anim. 7, 10. p. 587^b 6. — *quae*, R (Murbac.) *quod*, Td. *quo*, K. Om. Rob. — *ne*, Rd^1 (Murbac.) *neque*, d^{2}r (Rob.) — *feras*, Rd^2 (Murbac.) *////a*, d^1. — *itaque*, Rd. *idque*, T (Murbac.) *Atque*, Paris. apud Hard. *Atqui*, K. *At homo*, r (Rob.) *Sicque*, Rhenan. — *infeliciter*, Kr (Rob.) — *natum*, K. — *ceteri imperatorum*, d^1. — *unam quidem ob*, Rob. — *qua*, RθT. *quia*, d (Rob.) βγ. — *dementia*, RTKd. *dementiam*, Rob. βγ. — *his*, RθTd (Rob.) *iis*, β. — *initium*, R. — *se*, om. d^1; pone *exist.* collocat d^2.

§ 4. *quadripedi*, R^1. — *homini*, R. *hominis*, θTKd (Rob.) — *cibis os quamdiu*, R (Rob.) *cibi sospes quamdiu*, T. *cibi sospesq; diu*, d. *cibis os*, *dens*, Pint. *cibis os sospiti*, Dalec. — *summae inter cuncta*, R (Rob.) *suo omnia haec inter cuncta*, T. *sunt* (ita ex corr.) *inter cuncta*, d. — *totque*, Rhen. R^2 (Rob.) *toaque*, R^1. *to aque*, Murbac. *tot atque*, TKd. *totidemque*, altera Rhen. coniectura. — *contra*, Rhen. R (Rob.) *cuncta*, Murbac. *tot contra*, TKd. — *excogitatae*, Barbar. *excogitat*, Murbac. — *novitatibus*, R^{2}d (Rob.) *novitatis*,

vivendi cupido, uni superstitio, uni sepulturae cura atque etiam post se de futuro. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pavor confusior, nulli rabies acrior. Denique cetera animantia in suo genere probe degunt, congregari videmus et stare contra dissimilia; leonum feritas inter se non dimicat, serpentium morsus non petit serpentis, ne maris quidem beluae ac pisces nisi in diversa genera saeviunt. At Hercule, homini pluruma ex homine sunt mala.

CAP. I. Et de universitate quidem generis humani ma- 6
gna ex parte in relatione gentium diximus; neque enim ri-
tus moresque nunc tractabimus innumeros ac totidem paene
quot sunt coetus hominum; quaedam tamen haud omittenda
duco maxumeque longius ab mari degentium, in quibus pro-
digiosa aliqua et incredibilia multis visum iri haut dubito.
Quis enim Aethiopas antequam cerneret credidit? aut quid
non miraculo est, cum primum in notitiam venit? quam
multa fieri non posse priusquam sint facta iudicantur!
Naturae vero rerum vis atque maiestas in omnibus momen- 7
tis fide caret, si quis modo partis eius ac non totam con-
plectatur animo. Ne pavones ac tigrium pantherarumque
maculas et tot animalium picturas conmemorem, parvom
dictu sed inmensum aestumatione tot gentium sermones, tot
linguae, tanta loquendi varietas ut externus alieno paene

R^1 (Murbac.) *novitate sui* vel *novatae*, Rhenan. *novis cladibus*, Titze. — *victa*, Murbac. — *et*, RTdr (Murbac., Rob.) Omitt. βγ. — *alia pernicitatem — volatus*, R^{2}d^2 (Rob.) *alia permutate — volatus*, d^1. Omitt. R^1 (Murbac.) — *alia*, Rd (in rasura) Murbac. *alia ire, alia*, r. *alia vires, alia*, β. — *nihil scire nihil*, RST (Murbac., Rob.) *nihil scire*, θ. *scire nihil*, dβγ. — *sine doctrina*, STd (Murbac., Rob.) *si doctrina*, R. *nisi doctrinam*, θ. — *natura*, R. — *ex utero*, d. — *aut*, R^2. *a*, R^1. *a'*, d^2, prima scriptura erasa.

§ 5. *luxuria*, Rob. *luxuriae*, Rd. — *uni ambitio uni avaritia*, R^2 (Rob.) Omitt. R^{1}Td. — *defuturae*, Britann., K. — *probe*, d. *prope*, R (Rob.) — *depetgari*, Murbac. *conversari*, Rhenan. — *serpentium*, RθTd (Rob.) *serpentum*, β. — *petiit*, Rob. — *diversa*, R. *diverso*, d. *adversa*, Rob. — *genere*, d. — *Hercule*, Rd (Rob.) *Hercules*, γ. — *homine sunt*, R. *hominibus*, Td^1. *hominibus sunt*, d^2.

§ 6. *tractabimus*, Rhenan. R^{2}Td (*b* ex corr.) *tractavimus*, R^1 (Murbac.) *tractamus*, βγ. — *innumero sanc*, Murbac. *innumeri sunt*, *totidem*, Kr. *innumeros sane*, Rhenan. — *coetus hominum*, Rd. *hominum coetus*, βγ. — *haud*, Rθr. *non*, dβ. — *longius ab mari*, R. *a mari longius*, d. *longius a mari*, βγ. — *demgendum*, d^1. — *visa mari*, d. — *quid*, Rd (Murbac.) *cui*, r (Rob.) — *fuit*, K. — *primo*, Murbac. — *sint*, R (Rob.) *sunt*, Td.

§ 7. *aut maiestas*, Rob. — *ac tigrium*, R. *aut tigrium*, dβγ.

non sit hominis vice. Iam in facie voltuque nostro cum sint 8
decem aut paulo plura membra, nullas duas in tot milibus
hominum indiscretas effigies exsistere, quod ars nulla in
paucis numero praestet adfectando! Nec tamen ego in ple-
risque eorum obstringam fidem meam potiusque ad auctores
relegabo qui dubiis reddentur omnibus, modo ne sit fasti-
dio Graecos sequi, tanto maiore eorum diligentia vel cura
vetustiore.

II. 2. Esse Scytharum genera et quidem plura quae cor- 9
poribus humanis vescerentur indicavimus. Id ipsum incredi-
bile fortasse, ni cogitemus in medio orbe terrarum ac Sici-
lia fuisse gentis huius monstri, Cyclopas et Laestrygonas,
et nuperrime trans Alpis hominem inmolari gentium earum
more solitum, quod paulum a mandendo abest. Sed et iuxta 10
eos qui sunt ad septentrionem versi, haud procul ab ipso
aquilonis exortu specuque eius dicto, quem locum γῆς κλεῖθρον
appellant, produntur Arimaspi quos diximus, uno oculo in
fronte media insignes, quibus adsidue bellum esse circa me-
talla cum grypis, ferarum volucri genere quale volgo tradi-
tur eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate et feris
custodientibus et Arimaspis rapientibus, multi sed maxume
inlustres Herodotus et Aristeas Proconnesius scribunt. Su- 11
per alios autem Anthropophagos Scythas in quadam con-
valle magna Imai montis regio est quae vocatur Abarimon,
in qua silvestres vivont homines, aversis post crura plantis,
eximiae velocitatis, passim cum feris vagantes. Hos in alio

§ 8. *molibus*, d. — *ergo*, R^{1} (Murbac.) — *meam*, d^{2}. *modo*, RT (Murbac.) Cum posteriorem lectionem ortam esse putem ex eodem adverbio statim infra repetito, priorem habeo interpolationem. Quid d habuerit a m. pr., non liquet. *obstrictam fidem do*, Rhenan. — *religabo*, Murbac. — *de dubiis rogentur*, K. — *tante*, R.

§ 9. *indicavimus* 4, 88. 6, 53. Multa ex hac et sequentibus paragraphis repetiverunt Gellius 9, 4. et Solinus 15. — *incredibili*, Rob. — *ni*, d. *ne*, R (Rob.) — *ac*, R (Rob.) *a*, Td. — *Sicilia*; huic voci addunt *et Italia* d (Rob.) βγ, *quoque et Italia* R^{2}, omitt. R^{1}θT, et orta sunt haec verba, ut iam Harduin. intellexit, e glossemate verbis *in medio orbe terrarum* adscripto. — *solito*, d^{1}. — *paulo*, d.

§ 10. *et*, om. d. — *spectuque*, d. — *dicto* 4, 88. — *γῆς χλεῖθρον*, Turneb. advers. 24, 42. *Gescliton*, RθTd (Murbac.) γ. *Geschithron*, β. — *diximus* 4, 88. 6, 50. — *metallum*, R. — *grypis*, Gronov. ad 33, 4. § 66. *cypris*, R^{1}d. *grifis*, R^{2}. *gryphis*, βγ. — *Herodotus* 3, 116. 4, 27. — *Aristeleas conesius*, Rob.

non spirare caelo ideoque ad finitimos reges non pertrahi
neque ad Alexandrum magnum pertractos Baeton itinerum
eius mensor prodidit. Priores Anthropophagos, quos ad se- 12
ptentrionem esse diximus decem dierum itinere supra Bory-
sthenen amnem, ossibus humanorum capitum bibere cutibus-
que cum capillo pro mantelibus ante pectora uti Isigonus
Nicaeensis; idem in Albania gigni quosdam glauca oculorum
acie, a pueritia statim canos, qui noctu plus quam interdiu
cernant; idem itinere dierum decem supra Borysthenen Sau-
romatas tertio die cibum capere semper; Crates Pergame- 13
nus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse,
quos Ophiogenes vocat, serpentium ictus contactu levare
solitos et manu inposita venena extrahere corpori; Varro
etiamnum esse paucos ibi quorum salivae contra ictus ser-
pentium medeantur. Similis et in Africa Psyllorum gens
fuit, ut Agatharchides scribit, a Psyllo rege dicta cuius se-
pulchrum in parte Syrtium maiorum est. Horum corpori in- 14
genitum fuit virus exitiale serpentibus et cuius odore sopi-
rent eas, mos vero liberos genitos protinus obiciendi
saevissimis earum eoque genere pudicitiam coniugum ex-
periendi, non profugientibus adulterino sanguine natos ser-
pentibus. Haec gens ipsa quidem prope internecione sublata
est a Nasamonibus qui nunc eas tenent sedis, genus tamen
hominum ex iis qui profugerant aut cum pugnatum est
afuerant hodieque remanet in paucis. Simile et in Italia 15

§ 11. *Imai*, Barbar. *Imavi*, Rd (Rob.) Collata codicum scriptura 6, 60. Plinium hoc nomen semper *Himavus* scripsisse existimo. — *Abarimen*, θ. — *protrahi*, Rob. — *pertractos*, om. d^{1}. — *Baeton*, vid. Geier. scriptt. Alex. Magni, p. 371. — *eiusdem*, r (Rob.)

§ 12. *diximus* 4, 88. — *humanorum capitum ossibus*, T. — *mantelibus*, R (codd. Barbari.) *mantilibus*, d^{2} (Rob.) *bantelibus*, d^{1}. *mantellis*, alii codd. Barbari. *balteolis*, Sabell. — *Nicaeensis*, d. *Iceensis*, Rθ (Murbac., Rob.) *Siccensis*, Turneb. adv. 24, 42. e libris. — *a*, R^{2}d (Rob.) Omitt. R^{1} (Murbac.) — *XIII*, T. — *semper capere*, d.

§ 13. *Hellespontum*, Rob. — *fuisse*, Rd (Rob.) *fuisse tradit*, βγ. — *serpentum*, β. — *contactu* ////, d. — *Varro* apud Priscian. 10. p. 894. P. — *etiamnum*, Rθ. *etiamnunc*, Rob. β. In d rasurae et correcturae scripturam incertam fecerunt. — *serpentium*, Rd (Rob.) *serpentum*, β. — *medentur*, Tr (Rob.) — *Psyllorum gens*, Rd (Rob.) *gens Psyllorum*, βγ.

§ 14. *et*, Rθr (Rob.) *ex*, K. *ut*, β. Omitt. Td. — *mos*, R^{2} (Rob.) *mox*, R^{1}dβ. — *internitione*, Rd (Rob.) *interemptione*, K. — *sedes*, R (Murbac., Rob.) *Sed ē*, d. — *iis*, Rθ (Rob.) *his*, dβ. — *afuerant*, Rd. *abfuerant*, Rob. β. — *remanent*, β.

Marsorum gentis durat, quos a Circae filio ortos ferunt et
ideo inesse iis vim naturalem eam. Et tamen omnibus ho-
minibus contra serpentis inest venenum, feruntque ictas sa-
liva ut ferventis aquae contactum fugere; quod si in faucis
penetraverit, etiam mori, idque maxume humani ieiuni oris.
Supra Nasamonas confinisque illis Machlyas Androgynos
esse utriusque naturae, inter se vicibus coeuntis, Callipha-
nes tradit, Aristoteles adicit dextram mammam iis virilem,
laevam muliebrem esse; in eadem Africa familias quasdam 16
effascinantium Isigonus et Nymphodorus, quorum laudatione
intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes;
esse eiusdem generis in Triballis et Illyriis adicit Isigonus,
qui visu quoque effascinent interimantque quos diutius in-
tueantur, iratis praecipue oculis, quod eorum malum facilius
sentire puberes; notabilius esse, quod pupillas binas in sin-
gulis habeant oculis. Huius generis et feminas in Scythia, 17
quae Bithyae vocantur, prodit Apollonides; Phylarchus et
in Ponto Thibiorum genus multosque alios eiusdem na-
turae quorum notas tradit in altero oculo geminam pupil-
lam, in altero equi effigiem; eosdem praeterea non posse
mergi, ne veste quidem degravatos; haut dissimile iis ge-

§ 15, *gentis*, R (codd. Salmas. exerc. p. 60. b. B.) *genus*, θ d r (Leidenses vetustissimi ap. Oudend, ad Appul. metam. p. 96., Rob.) γ. *gente*, K. Scripturam a nobis revocatam commendat etiam Gellius 16, 11. — *Circae*, R θ T d (codd. Salmas.) *Circes*, Rob. β. — *ferunt*, R T d (codd. Salmas.) *servant*, Leidd. ap. Oudendorp., Rob. βγ. *observant*, Heins. ad Verg. Aen. 3, 386. — *his*, d^2 (Rob.) Manus prior codicis d incerta. — *feruntque*, R S T d. *ferunt*, θ. — *ictas saliva*, R (Rob.) *ictu salivae*, S T d. *ictus* vel *ictum salivae ut f. aqu. contactum*, Hard. — *frigentis*, Kr. — *contactum*, R d (Murbac.) *contactu*, S T K r (Rob.) — *homine ieiuniore*, Heumann. — *Machlyas*, R. *Maclyas*, Barbar. d (Rob.) *Macryas*, altera Barbari coniectura. — *coeuntes*, R. *coeuntibus*, θ T d (Rob.) — *mammam iis*, R. *mammam his*, Rob. *in mammis*, S T d. — *esse*, pone *virilem* collocat d.

§ 16. *Nymphodorus*, R θ T d. *Nymphodorus tradunt*, Rob. β. Ceterum totam hanc paragraphum transcripsit Gell. 9, 4. — *quorum*, R θ T d (Rob.) *quarum*, β. — *πρόβατα*, Muret. var. lect. 1, 3. et Harduin. Saniora dant Turnebus, Dalec., Gesner. *interea probatae ar. arb.*, vir doctus apud Lambin. ad Lucret. 6, 1240. — *arescant*, R (Rob.) *arescunt*, θ T d. — *et Illyriis*, tuetur Gellius. *et illiricis*, Rob. Omitt. R T d. — *effascinant*, Rob. — *iratis*, R (Rob.) *iritatis*, T. *irritatis*, d. — *et id*, K. — *sentire facilius*, d. — *puberes*, d^2 (Rob.) *pubes*, R d^1. *pubei*, Murbac. *pueros* vel *impuberes* vel *pubescentes*, Rhenan. — *notabiles*, Rhenan. — *singulis habeant oculis*, R d (Murbac.) *oculis singulis habeant*, Rhenan. βγ.

§ 17. *cuius*, Rhenan. — *et feminas*, Rhenan. R d. *effeminas*, Murbac. — *inscitia*, R (Murbac.) — *Bithyae*, Barbar. *bitie*, R. *Vitiae*, θ d (codd. Salmas. exerc. p. 34. a. A.) *Viciae*, T. *intiae*, Rob. Apollonidem quidem *Θίβιοι* scripsisse, sed Plinium corrupto huius codice usum fuisse putat Vales. emendatt.

nus Pharnacum in Aethiopia Damon, quorum sudor tabem
contactis corporibus adferat. Feminas quidem omnis ubique 18
visu nocere quae duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos auctor est. Adeo naturae, cum ferarum morem vescendi humanis visceribus in homine genuisset, gignere etiam in toto corpore et in quorundam oculis quoque venena placuit, ne quid usquam mali esset quod in homine
non esset. Haud procul urbe Roma in Faliscorum agro fa- 19
miliae sunt paucae quae vocantur Hirpi; hae sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur et ob id perpetuo senatusconsulto militiae omniumque aliorum munerum
vacationem habent. Quorundam corpori partes nascuntur ad 20
aliqua mirabiles, sicut Pyrro regi pollex in dextro pede cuius tactu lienosis medebatur; hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt conditumque loculo in templo. Praecipue India Aethiopumque tractus miraculis scatent. Maxuma in India gignuntur animalia; indicio sunt canes
grandiores ceteris. Arbores quidem tantae proceritatis tra- 21
duntur ut sagittis superiaci nequeant, — haec facit ubertas soli, temperies caeli, aquarum abundantia, si libeat credere,

5, 18. — *vocantur*, priori voci *Bith.* praemittunt *βγ*. — *Phylarchus*, fragm. 68., ed. Müller. — *Thibiorum*, Rob. *Tibiorum*, R. *Tybiorum*, *θ* T d. —' *notas*, R (Rob.) *notae*, T d (Murbac.) — *geminam* — *equi* om. T. — *demergi*, T. — *ne*, R d (Murbac.) *nec*, Rob. — *iis*, R. *his*, d (Rob.) *id*, *θ*. — *Pharnacum*, R (codd. Turneb. adv. 24, 42.) *pharmacum*, *θ* d r (Rob.) *Pharmaceum*, Salmas. l. l. b. C. Add. Gesner. — *Damon*, R *θ* T (Murbac.) *prodidit Damon*, d (Rob.) *βγ*.

§ 18. *nocere visu*, d. — *morem*, R d (Rob.) *more*, *θ* T K. — *corporibus, in homine rabiem genuisset*, *gignere in toto*, K. *cum ferarum more vescendi, humanis visceribus vim ingenuisset*, Rhenan.

§ 19. *paucae*, R (Rob.) *perpaucae*, codex optimus Salmas. exerc. p. 59. b. F. Omitt. T d. — *Hirpi; hae*, Salmas. R. *Hyrpiae*, d. *Hirpiae*, codex Salmas. et Murbac. *Hirpiae, quae*, Rob. *β*. — *Soractem*, R d² (Rob.) *Socratem*, d¹. *Soracten*, *β*. — *aduruntur*, R (Rob.) *adurantur*, *θ* T d. — *senatus consultu*, S T (Rob.) — *habet*, R.

§ 20. *corpori*, R *θ* T d r (Murbac., Rob.) *corpore*, *β*. — *adnascuntur*, Rhenan. — *aliqua*, R (Rob.) *aliaque*, *θ* (Murbac.) *alia quam*, S T d. *alioqui*, Rhenan. — *in*, om. *β*. — *dextro*, R d. *dextero*, *βγ*. — *in cuius*, d (Murbac.) — *liniosis*, d. — *India*, R (Rob.) *Indiae*, T d. *Indi*, Murbac.

§ 21. *superiaci*, R *θ* T d (Murbac., codd. Turneb. adv. 24, 42., Rob.) *superari*, *β*. *transiaci*, Solin. 52, 46. — *haec*, d (in rasura) Rob. *e*, R, cuius codicis e vestigiis scribendum *et*, cum vulgata scriptura sana esse non possit, quia haec inepte et ad praecedentia et ad sequentia refertur et Plinio, si modo, ut par erat, ad sequentia referre volebat, certe *hoc* scribendum erat.

ut sub una fico turmae condantur equitum, — harundines vero
tantae proceritatis ut singula internodia alveo navigabili
ternos interdum homines ferant. Multos ibi quina cubita 22
constat longitudine excedere, non exspuere, non capitis aut
dentium aut oculorum ullo dolore adfici, raro aliarum cor-
poris partium, tam moderato solis vapore durari; philoso-
phos eorum, quos gymnosophistas vocant, ab exortu ad oc-
casum perstare contuentis solem inmobilibus oculis, ferven-
tibus harenis toto die alternis pedibus insistere. In monte
cui nomen est Nulo, homines esse aversos plantis, octonos
digitos in singulis habentis, auctor est Megasthenes. In 23
multis autem montibus genus hominum capitibus caninis
ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, unguibus
armatum venatu et aucupio vesci; horum supra centum vi-
ginti milia fuisse prodente se Ctesias scribit et in quadam
gente Indiae feminas semel in vita parere genitosque con-
festim canescere. Idem hominum genus qui Monocoli voca-
rentur, singulis cruribus, mirae pernicitatis ad saltum; eos-
dem Sciapodas vocari, quod in maiore aestu humi iacentes
resupini umbra se pedum protegant; non longe eos a Tro-
godytis abesse rursusque ab his occidentem versus quosdam
sine cervice oculos in umeris habentis. Sunt et satyri sub- 24
solanis Indorum montibus — Catharcludorum dicitur regio
— pernicissimum animal; tum quadripedes, tum recte cur-

fico, R θ. *ficu*, d (Rob.) βγ. — *ferant*, Rob. *ferunt*, R d.

§ 22. *longitudinē*, R. — *aut dentium*, R d (Murbac.) *non dentium*, Rob. — *retro*, R. — *perstare*, T. *p̄stare*, R. *p̃stare*, d. *praestare*, β. — *montē*, R. — *Nulo*, R T d (Rob. et codd. Salmas. exerc. p. 707. a. G.) *Nullo*, θ. *Milo*, β. — *aversos*, R. *aversis*, d (Rob.) βγ. Ex multis exemplis adiectivi a praedicato ad subiectum traiecti collectis a Kritzio ad Sall. Cat. 53, 6. Iug. 63, 7. huc quadrant loci quales sunt Tac. ann. 2, 6. *naves planae carinis*, 2, 33. *vasa auro solida.* Adde eundem ad Vell. II, 33, 3. — *singulis*, R θ T d[1]. *singulis pedibus*, d[2] (Rob.) β.

§ 23. *latracum*, R[1]. *latrari*, R[2]. — *milia*, om. d[1]. — *prodente se*, R θ d (Murbac.) *produnt esse*, T. *proditur*, r. — *Ctesias*, p. 368. ed. Bähr. — *et*, R (Murbac.) Omitt. T d r. — *Idem*, R θ T d (Rob.) *Item*, βγ. — *Mónocoli*, R θ T (codd. Turneb. adv. 24, 42. et Salmas. exerc. l. l. a. A.) *Monoculi*, d (alii codd. Salmas.) *Monoceoli*, Rob. *Monosceli*, manus recentior R et β. — *vocarentur*, corruptum habeo ex *vocentur*, tota periodo per tempus praesens dicta. — *assultim*, Sabell. — *eosdem*, R θ T (cod. Salmas. et Rob.) *eosdemque*, βγ. Pint. verba *eosdem — protegant* pone *cubitales* § 24. collocat. — *Sciapodas*, R S T. *Sciopadas*, d. *Sciapodis*, θ. *Sciapolis*, cod. Salmas. *Scipiodas*, Rob. *Sciopodas*, Barbar. β. — *maiore*, R d. *calore*, codex Salmas. *maiori*, βγ. — *non longe — abesse* Pint. pone *habentes* collocat. — *occidente versos*, R.

rentes humana effigie, propter velocitatem nisi senes aut
aegri non capiuntur. Choromandarum gentem vocat Tauron
silvestrem, sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus,
oculis glaucis, dentibus caninis. Eudoxus in meridianis In-
diae viris plantas esse cubitalis, feminis adeo parvas, ut
Struthopodes appellentur. Megasthenes gentem inter Noma- 25
das Indos narium loco foramina tantum habentem, anguium
modo loripedem, vocari Scyritas; ad extremos finis Indiae
ab oriente circa fontem Gangis Astomorum gentem sine
ore, corpore toto hirtam vestiri frondium lanugine, halitu
tantum viventem et odore quem naribus trahant; nullum
illis cibum nullumque potum, radicum tantum florumque va-
rios odores et silvestrium malorum, quae secum portant lon-
giore itinere, ne desit olfactus; graviore paulo odore haut
difficulter exanimari. Super hos extrema in parte montium 26
Trispithami Pygmaeique narrantur, ternas spithamas longi-
tudine hoc est ternos dodrantis non excedentes, salubri caelo
semperque vernante, montibus ab aquilone oppositis, quos
a gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est in-
sidentis arietum caprarumque dorsis, armatos sagittis veris
tempore universo agmine ad mare descendere et ova pul-
losque earum alitum consumere; ternis expeditionem eam
mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti; casas 27

§ 24. *santyn*, d[1]. — *montibus Indorum*, d. — *Catharcludorum*, d (Rob.) *Catarcludorum*, R. *Catardudorum*, θT. *Cartadulorum*, β. — *pernicissimum*, Rd (Rob.) *perniciosissimum*, codd. Hard. — *cum*, Rγ. *tam*, Td (Murbac.) *tanquam*, Sr (Rob.) — *quadripedes*, d. — *tum*, R. *tam*, STd (Murbac., Rob.) *quamquam quadrupedes tamen recti*, Pint. *tum ut quadrupedes tum ut recti*, Dalec. *tametsi quadrupedes tamen recte*, Rhenan. — *effigie ut propter — capiantur*, K. *effigie. Propter*, r. — *capiantur*, T. — *Choraneorum*, K. *Choramnaeorum*, Hard. — *vocant*, Rob. — *Tauron*, R. *Taurom*, Rob. *Tauroni*, d. — *stridoris*, om. d[1], pone *horrendi* collocat d[2]. — *feminis*, R (Rob.) *feminas*, θTd. — *parvas esse*, T. — *appellantur*, R.

§ 25. *Nomades*, d. — *modo, loripedes vocari*, r. — *Scyritas*, θTd. *Sciritas*, R. *Syrictas*, Barbar. β. *Syristas*, *ad*, r. — *asiomorum*, d[2]. — *nullus — cibus*, d. — *nullumque potum*, R[2]. *nullusque potus*, R[1]d. — *radicum tantum*, RTd. *tantum radicum*, βγ. — *longiori*, d. — *paulo odore*, Rob. Omitt. RθTd[1]. *odore paulo*, d[2].

§ 26. *Super*, Rd (Rob.) *Supra*, βγ. — *Trispithami*, Hard. *trisphitami*, d. *Spithami*, θT. *Sphitami*, R (Rob.) *Spithamaei*, codd. Turneb. adv. 24, 42. *Trispithamaei*, Pint. *Spythamaei*, β. — *Pygmaei*, β. — *super vernante*, θr (?). — *Homerus*, Il. γ, 6. — *prodidit*, R (Rob.) *tradidit*, Td. — *eam expeditionem*, d. — *regibus non desisti*, d[1].

eorum luto pinnisque et ovorum putaminibus construi. Ari-
stoteles in cavernis vivere Pygmaeos tradit, cetera de his
ut reliqui. Cyrnos Indorum genus Isigonus annis centenis
quadragenis vivere; item Aethiopas Macrobios et Seras
existumat et qui Athon montem incolant, hos quidem, quia
viperinis carnibus alantur; itaque nec capiti nec vestibus
eorum noxia corpori inesse animalia. Onesicritus quibus 28
locis Indiae umbrae non sint corpora hominum cubitorum
quinum et binorum palmorum exsistere et vivere annos
centum triginta nec senescere sed ut medio aevo mori. Cra-
tes Pergamenus Indos qui centenos annos excedant Gy-
mnetas appellat, non pauci Macrobios; Ctesias gentem ex
his, quae appelletur Pandore, in convallibus sitam annos du-
cenos vivere, in iuventa candido capillo qui in senectute
nigrescat; contra alios quadragenos non excedere annos, 29
iunctos Macrobiis, quorum feminae semel pariant; idque et
Agatharchides tradit; praeterea locustis eos ali et esse per-
nices. Mandorum nomen iis dedit Clitarchus et Megasthe-
nes trecentosque eorum vicos adnumerat; feminas septumo
aetatis anno parere, senectam quadragesimo accidere; Ar- 30
temidorus in Taprobane insula longissimam vitam sine ullo
corporis languore traduci; Duris Indorum quosdam cum
feris coire mixtosque et semiferos esse partus; in Calingis
eiusdem Indiae gente quinquennis concipere feminas, octa-

§ 27. *construi*, R (Rob.) *conserui*, *θ*. *conseri*, T d. — *Aristoteles*, histor. anim. 8, 12. p. 597^b 9. — *gentem*, K. — *tradit Isigonus*, d². — *vestibus*, d in rasura. — *noxiae*, d.

§ 28. *Onesicritus*, vid. Geier. script. Alex. M. p. 103. — *quibus*, R *θ* T d. *quibus in*, *β*. — *ex*, d. — *binarum palmarum*, R *θ* T d. — *excedunt*, T. — *Gymnetas*, vid. Strabon. 15. p. 719. *Gymnestas*, R² T d. *Gymnestos*, R¹. *Gymnectas*, *θ* K. — *Ctesias*, p. 368. ed. Bähr. — *appelletur*, R *θ* T d r. *appellatur*, *β*. — *Pandore*, d. *Pandare*, R T. *Pandere*, *θ* (Rob.) *Panaeore*, K.

§ 29. *Econtra*, r. — *annos*, R d. *canos*, *θ* T. Puto hic nonnulla excidisse, quae verbis paragraphi proximae novissimis responderunt, ut utrique nomini locus suus esset. — *Mandorum*, R S T d. *Meandorum*, *θ*. *Mandrorum*, *β*. *Pandarum* vel *Pandaeorum*, Pint. — *his*, d. — *Clitarchus*, vid. Geier. script. Alex. M. p. 176. — *annumerant*, r. — *senectutem*, R. — *quadragesimo*, *θ* d. *quadragesimo anno*, R *β*. — *accidere*, R *θ* T d r. *accedere*, *β*.

§ 30. *Taprobane*, R. *Taprobana*, d (Rob.) *βγ*. — *Duris*, vid. indicem auctorum in libro I. *iuris*, d (Murbac.) *Viros*, R (*o* ex corr.) et Rob. — *Calingis*, Barbar. *Colingis*, *θ* (Rob.) *Quolingis*, R. *quo linguis*, d. — *gentes*, R d (Rob.) — *annum*, R d¹. *ctentium*, d². — *villosa*, R (Rob.) *pilosa*, T d. — *alias*, R. — *Oritas*, Barbar. *Soritas*, R S T *θ* d r. — *Arabis*, R *θ* S T d. *Arbis*, Barbar. *βγ*. Vid. 6, 109. — *hi nullum*, d. *hinc ullum*, R *θ*. *hinc nullum*, T. *ii nullum*, *β*. — *faciant*, R T d. *faciunt*, *βγ*.

vom vitae annum non excedere, et alibi cauda villosa homines nasci pernicitatis eximiae, alios auribus totos contegi. Oritas ab Indis Arabis fluvius disterminat; hi nullum alium cibum novere quam piscium, quos unguibus dissectos sole torreant atque ita panem ex his faciant, ut refert Clitarchus. Trogodytas super Aethiopiam velociores equis esse 31
Pergamenus Crates; item Aethiopas octona cubita longitudine excedere; Syrbotas vocari gentem eam. Nomadum Aethiopum secundum flumen Astragum ad septentrionem vergentium gens Menisminorum appellata abest ab oceano dierum itinere viginti; animalium quae cynocephalos vocamus lacte vivit, quorum armenta pascit maribus interemptis, praeterquam subolis causa. In Africae solitudinibus hominum 32
species obviae subinde fiunt momentoque evanescunt. Haec atque talia ex hominum genere ludibria sibi, nobis miracula, ingeniosa fecit natura. Et singulis quidem quae facit in dies ac prope horas, quis enumerare valeat? Ad detegendam eius potentiam satis sit inter prodigia posuisse gentis. Hinc ad confessa in homine pauca.

III. 3. Tergeminos nasci certum est Horatiorum Curia- 33
tiorumque exemplo; super inter ostenta dicitur praeterquam in Aegypto, ubi fetifer potu Nilus amnis. Proxume, supremis divi Augusti, Fausta quaedam e plebe Ostiae duos maris, totidem feminas enixa famem quae consecuta est portendit haut dubie. Reperitur et in Peloponneso quinos quater enixa, maioremque partem ex omni eius vixisse partu.

§ 31. *equis esse*, R dr. *esse equis*, $\beta\gamma$. — *idem*, Hard. ex margine Dalec. — *Sirbotas*, R. — *Nomadum — vergentium* ad superiora refert β. At v. 6, 190. — *Astragum*, R θ T d. *Astrapum*, r. *Astapum*, β. — *vergentem*, K. — *Menisminorum*, d. *Maenisminorum*, θ. *Moenisminorum*, R. Aut vulgatam et h. l. et 6, 190. retinendam aut *Medimnorum* utroque loco rescribendum esse censet illic Barbar. — *cynecephalos*, d. — *vocavimus*, Pint. — *praeter s. causam*, r.

§ 32. *Ex*, R^1. — *singulis*, $R^1 \theta$ (Murbac.) *singula*, R^2 d (Rob.) $\beta\gamma$. — *fecit*, Murbac. — *in homine*, $R^2 d^2$ (Rob.) *homine*, $R^1 d^1$.

§ 33. *est*, R^1 d (Rob.) *in*, R^2, quod nescio an recipiendum sit comparatum cum locutione Plinio familiari *intelligi in aliqua re*, de qua v. ad 37, 148. — *oratorum*, d. — *cura quorumque*, d. *Curatiorumque*, β. — *super*, R θ d (codd. Salmas. exerc. p. 18. b. F.) *supra*, $\beta\gamma$. — *inter*, R d^2. *in*, d^1. — *ducitur*, d (Murbac.) *adducitur*, K (Salmas. e libris.) — *amnis. Proxime*, R θ T d. *antnis. Proximis*, Murbac. *Annis proximis*, β. — *supremis*, Rd (Rob.) *super his*, T. *superis*, Murbac. *supra*, θ. — *quae*, d in rasura. — *consecuta*, R (Murbac., Rob.) *secuta*, d. — *quinos*, Saboll. coll. Aristotel. hist. anim. 7, 4. p. 584^b 34. *binos*, omnes codd., γ. Errorem e confusis numeris *Vnos* et *IInos* ortum esse apparet. — *omni eius*, R. *omnibus*, d.

Et in Aegypto septenos uno utero simul gigni auctor est 34
Trogus. Gignuntur et utriusque sexus quos hermaphroditos
vocamus, olim androgynos vocatos et in prodigiis habitos,
nunc vero in deliciis. Pompeius Magnus in ornamentis theatri
mirabilis fama posuit effigies, ob id diligentius magnorum
artificum ingeniis elaboratas, inter quas legitur Eutychis
a xx liberis rogo inlata Trallibus, enixa xxx partus.
Alcippe elephantum, quamquam id inter ostenta est; nam- 35
que et serpentem peperit inter initia Marsici belli ancilla
et multiformes pluribus modis inter monstra partus eduntur.
Claudius Caesar scribit hippocentaurum in Thessalia natum
eodem die interisse, et nos principatu eius adlatum illi ex
Aegypto in melle vidimus. Est inter exempla in uterum
protinus reversus infans Sagunti, quo anno deleta ab Hannibale
est.

IV. Ex feminis mutari in maris non est fabulosum. In- 36
venimus in annalibus P. Licinio Crasso C. Cassio Longino
coss. Casini puerum factum ex virgine sub parentibus iussuque
haruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius
Mucianus prodidit visum a se Argis Arescontem, cui
nomen Arescusae fuisse, nupsisse etiam, mox barbam et virilitatem
provenisse uxoremque duxisse; eiusdem sortis et
Zmyrnae puerum a se visum. Ipse in Africa vidi mutatum 37
in marem nuptiarum die L. Cossicium civem Thysdritanum.

§ 34. *uno*, omitt. Rob. — *Gignuntur — deliciis* laudat Gell. 9, 4. — *vero*, om. d. — *Eutychis*, codd. Barbari. *Euthycis*, R θ. *Euthicis*, T d. *Eutycis*, codd. Salmasii exerc. p. 19. a. A. *Eutyche*, β. — *XXX*, d. — *liberos*, R. — *Trallis*, R T d. *Tralleis*, r. *Taxylis*, θ. — *nixa*, d^1.

§ 35. *Alcilpe*, R. — *quamquam id*, R d. *quod et*, r. — *ancilla*, R. *ancillae*, d. *Achille*, r. — *et multiformes*, θ. Copulam omitt. R d β γ. — *interisse*, Rob. *interiisse*, R d β γ. — *in egipto*, Rob. — *Saguntiqo*, R^1. *Saguntiaquo*, R^2. — *deleta ab Hannibale*, R d (Rob.) *ab Hannibale deleta*, β γ.

§ 36. *C. Licinio*, R θ d. — *C.*, om. R. — *Aristontem*, R θ T d r (Rob.) — *fuisse*, R d. *fuisset*, β γ. Vid. ad 2, 183. — *et*, om. d^1. — *Zmyrnae*, R^1 (Rob.) *Smyrnae*, R^2 d β γ.

§ 37. *Consitium*, θ. *Conficium*, Rob. — *Thysdritanum*; huic nomini Gell. 9, 4., qui rursus hunc locum excerpsit, verba *vivebatque cum proderem haec* subiicit. — *rarum*, R d. — *et puerperae et puerperio*, Hard. — *si vero* sqq., v. Aristotel. hist. anim. 7, 4. p. 585^a 1. — *celerius gigni*, R. *celerius nasci*, T d. *gigni celerius*, β γ. *cel. iuvenescere*, Pint. Vid. Aristotel. hist. anim. 7, 4. p. 584^a 27. et Schneider. T. III. p. 444. ⊥ *sicuti*, R θ d. *sicut*, β. *sicuti — maris* om. T. — [illegible] R. — *feminas*, R T (Murbac.) *feminas constat*, d β γ. Vid. Hippocr. [illegible] et Aristotel. l. l. 7, 3. p. 583^b 2.

Editis geminis raram esse aut puerperae aut puerperio prae-
terquam alteri vitam; si vero utriusque sexus editi sint ge-
mini, rariorem utrique salutem. Feminas celerius gigni quam
maris, sicuti celerius senescere; saepius in utero moveri
maris et in dextera fere geri parte, in laeva feminas.

V. 4. Ceteris animantibus statum et pariendi et partus 38
gerendi tempus est, homo toto anno et incerto gignitur
spatio, alius septumo mense, alius octavo et usque ad ini-
tium decumi undecimique. Ante septumum mensem haud
umquam vitalis est; septumo non nisi pridie posterove ple-
niluni die aut interlunio concepti nascuntur. Tralaticium in
Aegypto est et octavo gigni. Iam quidem et in Italia talis 39
partus esse vitalis contra priscorum opiniones. Variant haec
pluribus modis. Vestilia C. Herdici ac postea Pomponi at-
que Orfiti clarissimorum civium coniux, ex his quattuor par-
tus enixa septumo semper mense, genuit Suillium Rufum
undecimo, Corbulonem septumo, utrumque consulem, postea
Caesoniam Gai principis coniugem octavo. In quo mensum 40
numero genitis intra quadragesimum diem maxumus labor,
gravidis autem quarto et octavo mense, letalesque in iis
abortus. Masurius auctor est L. Papirium praetorem, se-
cundo herede lege agente, bonorum possessionem contra
eum dedisse, cum mater partum se XIII mensibus diceret

§ 38. *A ceteris*, R. Vid. Aristotel. l. l. 7, 4. p. 584^a 33. — *statum*, Rd (Murbac.) *statutum*, codd. Rezz. et Rob. — *egerendi*, Murbac. *egrediendi*, Rob. — *initium*, R. *initia*, dβγ. — *decimi undecimique*, Paris. ap. Hard. *undecimi*, RθTd (Murbac.) — *Ante septumum*, v. Aristotel. l. l. p. 584^b 1. — *plenilunio*, d. — *Tralatitium*, RθTd. *translatitium*, codd. Rezz. β. — *est in Aegypto*, T.

§ 39. *vitales. Contra pr. op.*, r. — *variantr*, R. — *Vestilia*, codd. Rezz. *Vistilia*, Rd^1. *Vestigia*, d^2 (Ambr. I.) — *Gaii Herdicii*, Ambr. I. *Glici*, R. *Gliti*, Vatic. 3861. *Gluti*, d^1. *Caii Lutii*, Vatic. 3533. *Gaii Lucii*, Ambr. II. *G. Glici*, Polit. I. *C. Glus*, Polit. II. *C. Diti*, codd. Hard. *Gaii*, d^2. — *ac*, om. Ambr. II. — *Orfici*, d (Ambr. I.) — *enixa — mense genuit*, RθSTd (Vatic. 3533. Ambr. II.) *enixa septimo mense genuit*, Ambr. I. *enixa septimo se semper mense genuit*, Polit. I. *enixa. Sempronium septimo mense genuit*, β. — *Suillium*, R (Vatic. 3533.) *Suillum*, d (Ambr. I. II. Polit. I.) — *a Corbulone*, θ. — *Gai*, R. *Caii*, d (Murbac.) βγ.

§ 40. *mensum*, d (cod. ap. Oudend. ad Suet. Aug. 65.) *mensium*, Rβγ. Ceterum Pint. *iniquo m. n.* legens haec verba ad superiora trahit, novam periodum a *Genitis* incipiens. — *quadragesimum*, v. Aristotel. hist. anim. 7, 3. p. 583^b 13. — *gravidis. Quarto autem et*, K. — *his*, d. — *abortus*, Murbac. *abortibus*, Rd. Vid. Aristotel. l. l. 7, 4. p. 584^b 14. — *Masurius*; haec exscripsit Gellius 3, 16. — *Parpurium*, R. — *cohaerede*, S. — *agente bonorum*, R. *a'' bonorum ''gente*, d. Ceterum Pint. verba *bonorum — dedisse* pone *tulisse* collocat. — *se XIII*, Rθ. *se XVI*, Tr. *XVI*, d (in corr.) *XIIII*, Pint.

tulisse, quoniam nullum certum tempus pariendi statum videretur.

VI. 5. A conceptu decumo die dolores capitis, oculorum 41
vertigines tenebraeque, fastidium in cibis, redundatio stomachi indices sunt hominis inchoati. Melior colos marem ferenti et facilior partus, motus in utero quadragesimo die. Contraria omnia in altero sexu, ingestabile onus, crurum et inguinis levis tumor, primus autem nonagesimo die motus.
Sed plurumum languoris in utroque sexu, capillum germi- 42
nante partu et in plenilunio, quod tempus editos quoque infantis praecipue infestat; adeoque incessus atque omne quidquid dici potest in gravida refert, ut salsioribus cibis usae carentem unguiculis partum edant et si respiravere difficilius enitantur. Oscitatio quidem in enixu letalis est, sicut sternuisse a coitu abortivom.

VII. Miseret atque etiam pudet aestumantem, quam sit 43
frivola animalium superbissimi origo, cum plerumque abortus causa odor a lucernarum fiat exstinctu. His principiis nascuntur tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui Fortunae munera amplexaris et te ne

statum, d^{1}. *statutum*, Rd^{2}β. *statum ei*, Gellius.

§ 41. *redundantia*, Pint. K. Haec omnia Plinius sumpsit ex Aristotel. hist. anim. 7, 4. p. 584^{a} 2. — *colos*, d. *color*, R (Rob.) βγ. — *Contra*, Rob. Vid. Aristotel. l. l. p. 583^{b} 2. — *inguinis*, RTd (Rob.) *inguinum*, β. — *levis*, Rθ (Rob.) *levi*, Td (Murbac.) *laevi*, codex Salmas. exerc. p. 22. a. B. Vid. Aristotel. l. l. p. 584^{a} 15. — *humor*, Rob. — *XCC*, R^{1}.

§ 42. *plurimis*, d. — *languoris*, R. *languoribus*, d. *laboris*, r (Rob.) — *capillo germinante partus*, codd. Salmas. l. l. — *quod tempus*, v. Aristotel. hist. anim. 7, 12. p. 588^{a} 10. — *incensus*, Rigalt. ap. Salmas., qui *et inesus* legit. — *carentes — partus*, r (Rob.) Vid. Aristotel. hist. anim. 7, 4. p. 585^{a} 27. — *suspiravere*, Sabell. K. Vid. Aristotel. hist. anim. 7, 9. p. 587^{a} 4. — *enitatur*, d. — *nixu*, Gell. 3, 16. — *sternuisse*, codd. Salmas., Rob., Gell. *strenuisse*, d. *renuisse*, R^{1}. *sternutasse*, R^{2}r.

§ 43. *pudet*, om. d^{1}. — *frivolum*, d. — *superbissimi*, R (Rob.) *superius si cum*, d. — *plerumque*, R. *plerisque*, STd (Rob.) Vid. Aristotel. hist. anim. 8, 24. p. 605^{a} 1. — *odor a lucernarum fiat*, R. *odor ab lucernarum fiat*, Rob. *odor e lucernarum fiat*, ST. *odore lucernarum fiat*, d. *fiat odor a lucernarum*, βγ. — *extinctum*, d. — *amplexarised*, R^{1}. *amplexarissed*, R^{2}. *amplexarisset*, d.

§ 44. *tu*, d (Rob.) *tu cu*, R. *tamen*, Murbac. *tu tamen*, γ. — *tinctoria*, Rθ (Murbac., codd. Turneb. adv. 24, 42.) *cinctoria*, Voss. ad Mel. II. 1, 13. ex omnibus codd. *victoria*, Td. *in victoria*, β. *cura pertinaci aestuans*, Rhenan. *in cinctorio*, Salmas. exerc. p. 133. a. A. Locus aperte corruptus, quem vestigia codicum secutus ita emendandum puto: *tincta gloria* i. e. imbuta gloriae cupidine, iactatione; v. Ellendt. ad Cic. Brut. 81, 282. — *tumes*, Rd. *tumens*, Rob. βγ. De sensu, quo iam *aliquo* est capiendum, v. Wagner. ad Vergil. ecl. 2, 71. — *tante*, d. //// *ante*, R. *tanti tamen*, K (Rob.) *tanti tum*, r. *tanto* et *minori*, Hard. — *at-*

alumnum quidem eius existumas sed partum; tu cuius sem- 44
per tinctoria est mens, tu qui te deum credis, aliquo suc-
cessu tumes, tanti perire potuisti atque etiam hodie mi-
noris potes, quantulo serpentis ictus dente aut etiam ut
Anacreon poeta acino uvae passae, ut Fabius Senator prae-
tor in lactis haustu uno pilo strangulatus. Is demum pro-
fecto vitam aequa lance pensitabit, qui semper fragilitatis
humanae memor fuerit.

VIII. 6. In pedes procedere nascentem contra naturam 45
est, quo argumento eos appellavere Agrippas ut aegri par-
tus, qualiter et M. Agrippam ferunt genitum, unico prope
felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis,
quamquam is quoque adversa pedum valetudine, misera iu-
venta, exercito aevo inter arma mortisque obnoxio accessu,
infelici terris stirpe omni sed per utrasque Agrippinas ma-
xume, quae Gaium, quae Domitium Neronem principes
genuere totidem facis generis humani, praeterea brevitate
aevi, quinquagesimo uno raptus anno in tormentis adulte-
riorum coniugis socerique praegravi servitio, luisse augu-
rium praeposteri natalis existumatur. Neronem quoque paulo 46
ante principem et toto principatu suo hostem generis hu-

que, R d (codd. Gel.) *atqui*, r (Rob.) — *quantulos*, d. — *ictus*, R[2]. *ictu*, R[1]d (Rob.) — *Senator*, cognomen Fabii, quod aliorum etiam hominum fuit; vid. Varr. R. R. II. 5, 1. et Inscript. ap. Orell. ampl. coll. 3735. Quod cum fugeret Pintianum, vocem *praetor* in *poto* mutavit. — *hausto*, d. — *strangulatus*, R. *strangulatur*, d. *strangittatus*, θ.

§ 45. *procedere*, R (Rob.) *procidere*, θ T d (in corr.) Murbac., liber vetustissimus Salmas. exerc. p. 23. a. A. Vid. Arist. part. animal. 4, 9. ed. Bekk. et Solin. 1, 65. — *quo*, R d (Murbac.) *e quo*, Rob. *ex quo*, r. — *aegri partus*, θ. *aegre partus*, R d (codd. Salmas.) *aegre partos*, Rob. βγ. — *et*, Rθ T d (Murbac.) Omitt. βγ. — *valitudine*, R d (in ras.) — *exercitato*, T d. — *mortesque*, R. *hostesque*, T d. *mortemque*, Murbac. *hostesque et ad mortem*, K. — *obnoxio accessu*, r. *adnoxio accessu*, R (Murbac.) *adnoxium accessum*, T d. *ad noxia successu*, βγ. Coniecturis plus minusve violentis et explicationibus contortis hinc derivatis haec verba attrectarunt Pint., Salmas. et Gron. ad Senec. de ira 3, 8., quarum omnium nulla est neque necessaria neque probabilis. Plin. scilicet ex scriptura codicis a nobis recepta dicit Agrippam semper inter arma mortesque versatum esse ita, ut ad ea *accederet* (uti *accedere ad aliquam rem* saepe dicitur pro *eam suscipere*, *capessere*, coll. Freund. lex. ling. Lat. s. h. v. 7.) *obnoxius* i. e. non suis auspiciis rem gerens, sed semper voluntati atque imperio alterius, Octaviani Augusti, subditus, quo sensu, ut sit idem fere quod legibus aliorum subiectum, haud raro illud adiectivum legitur; v. Drakenb. ad Liv. VI. 28, 7. — *infelici — sed per*, R. *infeliciori stirpe omnis* (*omni*, T) *super*, T d. — *Gaium*, R. — *quae*, R[1]. *quaeque*, R[2]. *quem*, d. *et*, βγ. — *socerisque*, d. — *praegravis*, R. — *praeposteri natalis*, R (Murbac.) *praeposteria talis*, d. *praeposteri ortus*, r.

mani pedibus genitum scribit parens eius Agrippina. Ritu naturae hominem capite gigni mos est, pedibus efferri:

IX. 7. Auspicatius enecta parente gignuntur, sicut Scipio 47
Africanus prior natus primusque Caesarum a caeso matris
utero dictus, qua de causa et Caesones appellati. Simili
modo natus et Manilius qui Carthaginem cum exercitu
intravit.

X. 8. Vopiscos appellabant e geminis qui retenti utero nascerentur, altero interempto abortu; namque maxuma etsi rara circa hoc miracula exsistunt.

XI. 9. Praeter mulierem pauca animalia coitum novere 48
gravida, unum quidem omnino aut alterum superfetat. Ex-
stat in monimentis et medicorum et quibus talia consectari
curae fuit, uno abortu duodecim puerperia egesta. Sed ubi
paululum temporis inter duos conceptus intercessit, utrum-
que perfertur; ut in Hercule et Iphicle fratre eius adparuit 49
et in ea quae gemino partu alterum marito similem alterum-
que adultero genuit, item in Proconnesia ancilla quae eius-
dem diei coitu alterum domino similem, alterum procuratori
eius, et in alia quae unum iusto partu, quinque mensum al-
terum edidit, rursus in alia quae, septem mensum edito puer-
perio, insecutis mensibus geminos enixa est.

§ 46. *scribit parens eius*, R d (Rob.) *parens eius scribit*, *βγ*. — *hominem capite*, R (Rob.) *hominum capite hominem*, T d. *capite hominem*, *βγ*. *Ritus naturae, capite hominem gigni; mos est, pedibus efferri*, Hard.

§ 47. *enecta*, R. *auspicatu senecta*, d. *enecata*, r (Rob. et codd. Salmas. exerc. p. 23. b. D.) *execta*, Pint. et Freinshem. ad Flor. II. 15. *e necata*, Salmas. Vid. Solin. 1, 68. — *sic*, Salmas. d. — *primumque Caesarem*, d. — *obscesum—uterum*, Rob. — *dictum*, d. — *cesores*, d. Vid. Isidor. origg. IX. 3, 12. — *Manilius*, R d. *Manlius*, Barbar., Rob. *β*. *Mancinus*, Freinsh. — *Vopiscum—unum e*, r. Ceterum v. auctor (Verrius Flaccus) de praenomine, p. 496. ed. Bip., et Solin. 1, 69. — *appellabant*, R r. *appellant*, T d. — *recenti*, K. — *nasceretur*, r. *retentus nasceretur*, Dalec. — *etsi*, R T d. *et*, *β*. — *haec*, d. — *exempla*, Salmas. e libris.

§ 48. *Praeter mulierem*, om. d[1]. Vid. Aristotel. hist. anim. 7, 4. p. 585 a 3. — *quidem*, d. *quēque*, R. — *et*, R (Rob.) *etiam*, *βγ*. Om. d. — *duodecim*, Bud. de asse, p. 276. ex Aristotel. hist. anim. 7, 4. p. 585 a 11. *duo dicit*, R d (cod. vetustissimus Bud.) *duo*, reliqui codd. Bud. — *duos*, R. *duo*, T d r (cod. antiquissimus ap. Oudend. ad Suet. Claud. 14.) — *utrumque*, R *θ* T d (codd. Salmas. exerc. p. 21. a. B.) *uterque*, codd. Gel., Rob. *β*. — *perfertur*, R (codd. Gel. et antiquissimi Leidenses ap. Oudend. ad Appul. metam. p. 398.) *ꝑfertur*, d. *perfectus*, codd. Salmas. *est perfectus*, r (Rob.)

§ 49. *Iphicle*, R d (codd. Salmas.) *Iphiclo*, *β*. Vid. Aristotel. l. l. 585 a 14. et Solin. 1, 60. — *apparuerit*, R. — *alterumque*, R *θ* T d. *alterum*, *β*. Vid. Aristot. l. l. p. 585 a 15. et Solin. 1, 61. — *alia quae*, R d (Rob.) *aliaque quae*, *θ*. — *unum*, Rob. Omitt. R *θ* T d. *Est alia quae geminos iusto*, Pint. — *mensum*, ita

10. Iam illa volgata varia, ex integris truncos gigni, ex 50
truncis integros, eadem parte truncos, signa quaedam nae-
vosque et cicatrices etiam regenerari. Quarto partu Dacorum
originis nota in bracchio redditur.

XII. In Lepidorum gente tris, intermisso ordine, obdu- 51
cto membrana oculo genitos accepimus; similis quidem
alios avo et ex geminis quoque alterum patri, alterum matri,
annoque post genitum maiori similem fuisse ut geminum;
quasdam sibi similis semper parere, quasdam viro, quasdam
nulli, quasdam feminam patri, marem sibi. Indubitatum ex-
emplum est Nicaei nobilis pyctae Byzantii geniti qui adul-
terio Aethiopis nata matre nihil a ceteris colore differente
ipse avom regeneravit Aethiopem. Similitudinum quidem in 52
mente reputatio est, et in qua credantur multa fortuita pol-
lere, visus, auditus, memoria haustaeque imagines sub ipso
conceptu. Cogitatio etiam utriuslibet animum subito transvo-
lans effingere similitudinem aut miscere existumatur, ideo-
que plures in homine quam in ceteris omnibus animalibus
differentiae, quoniam velocitas cogitationum animique cele-
ritas et ingeni varietas multiformis notas inprimat, cum ce-
teris animantibus inmobiles sint animi et similes omnibus

nos scripsimus, coll. ad 33, 137. *mensium*, Rd$\beta\gamma$. — *rursus alia*, Pint. — *mensum*, R. *mensium*, d$\beta\gamma$.

§ 50. *vulgata* ÷, d. — *varia*, Rθ. *varie*, d$\beta\gamma$. — *truncis integros*, d. *integris truncos ginni ex truncis integros*, R. — *eadem*, Rd. *eademque*, $\beta\gamma$. — *quarto partu*, ad superiora refert θ. *tertio partu*, Pint. Interpunctionem a me positam veram esse, utcumque de sinceritate ipsorum verborum iudicatur, docet Aristotel. hist. anim. 7, 6. p. 585^b 28. — *aliquorum*, Barbar. K. *avorum*, Pint. — *uriginis*, Salmas. exerc. p. 28. b. E. Vid. Solin. 1, 78. — *nota*, Robert. *notae*, R. *notat*, d.

§ 51. *res*, d. Exscripsit haec Solin. 1, 78. — *alias*, Sabellic. — *pauloque post*, Pint. — *matri*, Sabellic. At v. Aristotel. hist. anim. 7, 6. p. 586^a 11. — *gemini*, R. — *quidam*, R. — *parare*, R. — *patrem*, R. — *pyctae*, Ptolem. in Gruteri lampade 1, 962. Confirmat d. *pictue*, R. *pictoris*, r (unus Vossian. ap. Iun. catal. artif. s. v. Nicaeus) Rob. *poetae*, K. Ceterum v. Aristotel. l. l. et gener. anim. 1, 18. p. 722^a 8. — *Byzanti genti*, R. — *nihil*, RθTd (Rob.) *nil*, $\beta\gamma$. — *avum regeneravit*, Rd (Murbac.) *in avum degeneravit*, Vossian. et Rob.

§ 52. *Similitudinem*, R^1. — *in mente*, R^2. *in menta*, R^{1}d^1. *inventa*, Td^2. — *reputatio*: „similitudinum quidem repetenda causa videtur ex mente utriuslibet parentis." HARD., qui sententiam recte intellexit, vim inferens grammaticae. Verba, ut nunc leguntur, vix iustam interpretationem admittunt; equidem nescio, an *reputata ratio* sit scribendum. — *et*, librariorum deberi videtur dittographiae ex proxima voce. — *auditus*, Rhen. R. *auditae*, Td (Murbac.) — *memoria*, Rhen. R, Rob. *memoriae*, Td (Murbac.) — *Cogitato*, Rob. — *animo*, K. — *subito*, Rhen., Rob. *sibi*, RθTd. — *imprimat*, Rθd. *imprimit*, T (Rob.) β. — *similis*, r.

singulisque in suo cuique genere. Antiocho regi Syriae e 53
plebe nomine Artemo in tantum similis fuit ut Laodice con-
iux regia, necato iam Antiocho, mimum per eum commen-
dationis regnique successionis peregerit. Magno Pompeio
Vibius quidam e plebe et Publicius etiam servitute liberatus
indiscreta prope specie fuere similes, illud os probum red-
dentes ipsumque honorem eximiae frontis. Qualis causa patri 54
quoque eius Menogenis coci sui cognomen inposuit iam
Strabonis a specie oculorum habenti, vitium imitata et in
servo; Scipioni Serapionis: is erat suarii negotiatoris vile
mancipium. Eiusdem familiae Scipioni post eum cognomen
Salvitto mimus dedit, sicut Spinther secundarum tertiarum-
que Pamphilus conlegio Lentuli et Metelli coss., in quo per-
quam inportune fortuitum hoc quoque fuit, duorum simul
consulum in scaena imagines cerni. E diverso L. Plancus 55
orator histrioni Rubrio cognomen inposuit, rursus Curioni
patri Burbuleius itemque Messalae censorio Menogenes,
perinde histriones. Surae quidem proconsulis etiam rictus
in loquendo intractionemque linguae et sermonis tumultum,
non imaginem modo piscator quidam in Sicilia reddidit.
Cassio Severo celebri oratori Armentarii mirmillonis obiecta

singulisque, R. *singulique*, r (Rob.) *singulis*, Td. — *cuique*, omitt. r (Rob.)

§ 53. *Artemo*, Rd. *Artemus*, r. *Artemius*, Rob. *Arteon*, K. *Artemon*, βγ. Vid. Valer. Max. IX. 14. ext. 1. et Solin. 1, 80. — *ut*, R. *ve*, d. — *mimum*, R (Murbac., Rob.) *minimum*, d. *munus*, K. Vid. Gronov. obss. 4, 10. p. 161. — *Vibius*, vid. Valer. Max. IX. 14, 1. — *ipsum qua*, d[1].

§ 54. *occi*, d. Ceterum v. Valer. Max. IX. 14, 2. — *iam*, om. r. — *a*, om. R. — *oculorum nomen*, r. — *habenti*, r. *habentis*, Rd (Murbac.) — *et*, om. d. — *Scipioni Serapionis*, R (Murbac.). *Scipionis arapionis*, d[1]. *Scipionis Serapionis*, d[2]. Vid. 21, 10. — *is erat*, Rhen. *inerat*, Rd (Murbac.) *vitium imitata: et Scipioni in servo Serapione victimari: negotiatorio vili mancipio*, K. Varia coniecerunt Barbar. et Salmas. exerc. p. 29. b. A. B. Vid. Valer. Max. IX. 14, 3. Et verba quidem, uti ea Rhen. constituit, iustum sensum admittunt, ita tamen contorta, ut Plinium sic scripsisse non existimem; scripsisse potius videtur: *Scipioni Serapionis* (scil. *cognomen*) *indiderat suarii — mancipium*, quo *indendi* verbo saepe utitur Plin.; de nominibus vel cognominibus impositis illud usurpari solere docet Gesner. thes. s. h. v. — *Scipionum*, R. Plin. videtur *Scipionum uni* scripsisse. — *post Cneum*, K. — *cognomen*, codd. Barbari, Murbac. *nomen*, RTd. — *Salvitto*, Td (codd. antiquiores ap. Oud. ad Suet. Caes. 59.) *Salutio*, Sabell. et Barbar. R[2]βγ. *Saluto*, R[1]. *Salvitio*, altera Barbari coniectura. *Salvitoni*, Turneb. adv. 3, 22. e codd. Vid. ad 35, 8. — *minus*, d. — *Sphiter* vel *Spiter*, codd. — *secundarum*, R. *secunda eorum*, d. *secundahorum*, Murbac. *secundanus*, codd. Barbari. *secundarius*, K. *secundanorum*, Rhen. — *tertiarumque*, Rd (Murbac.) *tertianusque*, codd. Barbari. *rotiariusque*, K. *tertianorumque*, Rhen. Ceterum v. Valer. Max. IX. 14, 4. — *praeterquam infortune*, K. — *quę*, R.

§ 55. *Plagus*, d. Vid. Solin. 1, 81. — *histrionis*, R. — *Burbuleius*, vid. Va-

similitudo est. Toranius mango Antonio iam triumviro exi-
mios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans
Alpis, ut geminos vendidit; tanta unitas erat. Postquam de- 56
inde sermone puerorum detecta fraude a furente increpitus
Antonio est inter alia magnitudinem preti conquerente — nam
ducentis erat mercatus sestertiis —, respondit versutus ingeni
mango id ipsum se tanti vendidisse, quoniam non esset
mira similitudo in ullis eodem utero editis, diversarum qui-
dem gentium natalis tam concordi figura reperire super
omnem esse taxationem; adeoque tempestivam admirationem
intulit ut ille proscriptor animus, modo et contumelia furens,
non aliud in censu magis ex fortuna sua duceret.

XIII. 11. Est quaedam privatim dissociatio corporum, et 57
inter se steriles, ubi cum aliis iunxere, gignunt, sicut Au-
gustus et Livia. Item alii aliaeque feminas tantum generant
aut maris, plerumque et alternant, sicut Gracchorum mater
duodeciens et Agrippina Germanici noviens. Aliis sterilis
est iuventa, aliis semel in vita datur gignere. Quaedam non 58
perferunt partus, quales, si quando medicina et cura vicere,
feminam fere gignunt. Divos Augustus in reliqua exem-
plorum raritate neptis suae nepotem vidit genitum quo ex-

ler. Max. IX. 14, 5. — *Surae quidem*, R. *Sure equidem*, Rob. *super equidem*, d. Vid. Solin. 1, 83. — *rictus*, *θ* (Murbac.) *rictu*, R. *ritu*, d. *ritum*, r. *rictum*, Kβγ. — *intractionemque*, Rd[1] (Leidens. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 803.) codd. Salmas. exerc. p. 29. b. F., Rob. *contractionemque*, d[2]βγ. *contractiorem linguaeque et*, K. *cunctationemque*, Pint. — *imagine*, d (Murbac.) — *amentarii*, K. Verbis *oratori Arm.* in *θ* haec ab eadem quidem manu, non tamen aequo spatio interserta leguntur: *modo in ea domo Gallionem castellano liberto non discernebat*, *nec a Sanio mimo cognominato*, *Agrinam Senatorem*. Ceterum v. Weichert. de Cassio Parmensi, p. 193. — *abiecta*, R. — *Toranius*, Rob. *Thoranius*, R. *horanius*, d. — *mango*, RTθdr (codd. Salmas.) *magno*, Rob. *M.*, *β*. — *Asie*, R.

§ 56. *fruente*, *θ*. — *est Antonio*, d. — *alia*, d[2] (Rob.) *aliam*, Rd[1] (Murbac.) — *conquerente*, Rob. *conquirente*, Rθd (Murbac.) *requirente*, K. — *trecentis*, Solin. 1, 84. — *erat mercatus*, Rd. *mercatus erat*, Rob. βγ. — *id*, R (Rob.) *ob id*, dβγ. — *ullis eodem*, Rd (Rob.) *ullis horum uno*, Murbac. *ullis ehorum no*, Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 30. b. E. Num Plin. *ullis hominum uno* scripsit? — *reperire*, R (Murbac.) *reperiri*, dβγ. — *proscriptura nimus*, Murbac. — *mero*, K. — *contumelia*, R (Rob.) *contumeliam*, Murbac. *contuliam*, d. — *ex*, Rd. *et*, r. *et in*, Rob.

§ 57. *steriles*, d (Rob.) *sperilis*, R. *sterilis*. *At ubi*, K. — *se iunxere*, Rhen. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 7, 6. p. 585[b] 8. et Solin. 1, 58. — *Iulia*, Voss. et Ruhnken. ad Vell. 2, 71. e codd. Leidd. — *aliae aliique*, *θ*. Haec omnia sunt petita ex Aristotel. l. l. — *generant*, R (Rob.) *gignunt*, Td. — *inventa*, R (Rob.)

§ 58. *perferunt*, R. *peperere*, d. *pariunt*, Rob. — *thura*, d.

cessit anno, M. Silanum, qui cum Asiam optineret post consulatum, Neronis principis successione, veneno eius interemptus est.
Q. Metellus Macedonicus, cum sex liberos 59
relinqueret, undecim nepotes reliquit, nurus vero generosque et omnis qui se patris appellatione salutarent viginti septem.
In actis temporum divi Augusti invenitur, XII. consu- 60
latu eius Lucioque Sulla conlega, a. d. III. idus Aprilis C. Crispinum Hilarum ex ingenua plebe Faesulana cum liberis VIII, in quo numero filiae duae fuere, nepotibus XXVIII, pronepotibus XIX, neptibus VIII, prolata pompa, cum omnibus his in Capitolio inmolasse.

XIV. 12. Mulier post quinquagesimum annum non gi- 61
gnit maiorque pars quadragesimo profluvium genitale sistit. Nam in viris Masinissam regem post LXXXVI. annum generasse filium quem Metimanum appellaverit clarum est, Catonem censorium octogesimo exacto e filia Saloni clientis
sui; qua de causa aliorum eius liberum propago Liciniani 62
cognominati sunt, hi Saloniani, ex quis Uticensis fuit. Nuper etiam L. Volusio Saturnino in urbis praefectura exstincto notum est Cornelia Scipionum gentis Volusium Saturninum qui fuit consul genitum post LXII. annum. Et usque ad LXXV. apud ignobilis volgaris reperitur generatio.

Iunium Silanum, Pint. — *proconsulatu*, Pint. At v. Ryck. ad Tacit. ann. 13, 1.

§ 59. *Quē*, Rd. — *IV*, Voss. ad Vell. 1, 11. propter § 142. At discrimen tenendum inter *liberos* et *filios*; v. § 60. — *se*, v. § 143.

§ 60. *temporibus*, r. — *Lucioque Sulla*, d. *Silla*, R. *Lucio quem Sulla*, K. *L. quae Sylla*, β. — *a. d.*, R. *d*, d (Murbac.) *ad*, β. — *Aprilis gessit*, K. — *Hilarium*, K. — *VIII*, RθTdr (Murbac.) *IX*, βγ. — *fuere*, Rθd. *fuerunt*, βγ. — *XXVIII*, R. *XXVII*, dβγ. — *XIX*, Td (Murbac.) *XII////*, R. *XXIX*, βγ. — *VIII*, RθTdr (Murbac.) *IX*, β. — *prolata*, Rθ. *praeluta*, Td. *praealta*, K. *praelata*, β. — *his in*, d. *sine*, R. *in*, T.

§ 61. *sistat*, R. Ceterum v. Aristotel. hist. anim. 7, 5. p. 585^b 2. — *e viris*, r (Rob.) *viris*, Rθd. — *annum*, Rd. *annos*, θT (Rob.) — *Metimanum*, R. *Metimathnum*, d. *Maethimannum*, Rob. *Methymannum*, θ (libri ap. Salmas. exerc. p. 21. a. A.) *Methymatnum*, alii libri ap. Salmas. *Methymnum*, K. *Mathumannum*, Solin. 1, 59. *Methymnatum*, β et Valer. Max. VIII. 13. ext. 1. *Methymathnum*, Hard. e codd., γ. — *Salonis*, RθTd (Rob.) Exscripsit Solin. l. l.

§ 62. *liberum*, Rθd. *liberorum*, βγ. — *cognominati sunt*, R. *sunt cognominati*, dβγ. — *quis*, θ. *quibus*, Rdβγ. — *Saturnio*, d^1. — *in*, om. d^1. — *est Cornelia*, Rd (Murbac.) *e Corneliae*, r. *est Corneliae*, β. — *gente*, r. — *LXXII.*, Hard. — *LXXV.*, Rθdr. *LXXXV*, β.

§ 63. *est*, R. *si* (i. e. *st*), d. Exscripsit Solin. 1, 54. — *appellaverunt*, R (Murbac.) *appellavere*, Td (Rob.) *appellarunt*, βγ. — *molae*, K. *quam* — *molam*, Rob.

XV. 13. Solum autem animal menstruale mulier est; 63
inde unius utero quas appellaverunt molas. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum et aciem respuens; movetur sistitque menses, et ut partus, alias letalis, alias una senescens, aliquando alvo citatiore excidens. Simile quiddam et viris in ventre gignitur quod vocant scirron, sicut Oppio Capitoni praetorio viro. Sed nihil facile reperiatur mulierum
profluvio magis monstrificum. Acescunt superventu musta, 64
sterilescunt tactae fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, fructus arborum quibus insedere decidunt, speculorum fulgor adspectu ipso hebetatur, acies ferri praestringitur, eboris nitor, alvi apium emoriuntur, aes etiam ac ferrum robigo protinus conripit odorque dirus, et in rabiem aguntur gustato eo canes atque insanabili veneno morsus
inficitur. Quin et bituminum sequax alioquin ac lenta na- 65
tura in lacu Iudaeae qui vocatur Asphaltitae et certo tempore anni supernatans non quit sibi avelli ad omnem contactum adhaerens praeterquam filo quod tale virus infecerit. Etiam formicis animali minumo inesse sensum eius ferunt
abicique gestatas fruges nec postea repeti. Et hoc tale tan- 66

Vid. Aristotel. gener. anim. 4, 7. — *inanima*, R[2] (Rob.) *uanima*, R[1]. *ut anima*, d. — *sistit*, Td. — *et ut*, R (Rob.) *et in*, d. *ut et*, β. Mihi *et* eiiciendum videtur. — *aliquanto*, Rob. — *citatior*, RθTd (Rob.) — *excidens*, d. *excedens*, RT (Rob.) — *scirron*, Barbar. d. *sciron*, R. *scyron*, Rob. — *Capitonio*, d. — *repériatur*, RK. *reperitur*, Td. *reperietur*, r (Rob.)

§ 64. *superventu musta*, Rd[2] (Rob.) *superventum osta*, d[1]. *superventu morta*, Rigalt. et regius ap. Salmas. exerc. l. l. G. *superventu musta*, *orta*, r (Rob.) — *tactae*, Barbar. Rd. *iactae*, Rigalt. et regius Salmas. Omitt. r (Rob.) *tactu*, Hard. Partim haec exscripsit Solin. 1, 54. 57. 58. — *fructus*, Rd. *et fructus*, βγ. — *insidere*, Rθd (omnes codd. ap. Oudend. ad Suet. Tib. 14., Rob.) *incidere*, Salmas. — *in aspectu*, d[1]. — *habebatur*, R[1]. — *eboris*, Rd. *eborisque*, Rob. βγ. — *alvi*, Rd (Rob.) *alvei*, βγ. — *apium*, RT (Rob.) *apum*, dβ. — *moriuntur*, R (Rob.) — *etiam*, om. Rob. — *ac*, R. *et*, d (Rob.) — *protinus* — *odorque* om. R[1]. — *corripit*, Barbar. R. *corrumpit*, Tdr (Rob.) — *dirus*, RTdr. *dirus aera*, Rob. β. *dirus viri*, Pint. *dirus aera* legi posse ait Dalec. — *inficitur*, Rd. *infigitur*, θK (omnes codd. ap. Salmas. exerc. p. 20. a. C., Rob.) *infligitur*, Dalec.

§ 65. *alioqui*, d. — *ac*, R. *at*, d. *et*, Rob. — *lacum Iudae*, R. — *Asphaltitae et*, ita nos scripsimus. *Asphaltite et*, Rd. *Asphaltites*, Rob. βγ. De genitivo v. ad 36, 16. coll. ad 35, 41. Exscripsit Solin. 1, 55. — *amnis*, d. — *superna transit*, d. — *non quit*, Rθdδϑρφ (Rob.) *nequit*, β. — *filo*, R (Rob.) *filio*, d. — *quem*, R[2]d (codd. Salmas. l. l. E., Rob.) *que*, alii codd. eiusdem. *quonem*, R[1]. Num Plin. iam novit adscivitque formam *filus*, quae legitur apud Arnob. 1, 36.? *filorum quae* vel *fili quod*, Salmas. — *infecerit*, R[2] (Rob.) *et infecerit*, R[1]d. — *animalium*, θ. — *esse*, θ. — *abicique*, Rob. *abiicique*, Rβγ. *ab his*, d. — *gestatas*, Rθ[2]r. *gustatas*, Barbar., Rob. β. *vastatas*, θ[1]Td.

tumque omnibus tricenis diebus malum in muliere exsistit
et trimestri spatio largius, quibusdam vero saepius mense,
sicut aliquis numquam; sed tales non gignunt, quando haec
est generando homini materia, germine e maribus coaguli
modo hoc in sese glomerante, quod deinde tempore ipso
animatur corporaturque. Ergo cum gravidis fluxit, invalidi
aut non vitales partus eduntur aut saniosi, ut auctor est
Nigidius.

XVI. Idem lac feminae non conrumpi alenti partum, si 67
ex eodem viro rursus conceperit, arbitratur.

14. Incipiente autem hoc statu aut desinente conceptus
facillimi traduntur. Fecunditatis in feminis praerogativam ac-
cepimus inunctis medicamine oculis salivam infici.

15. Ceterum editis primores septumo mense gigni den- 68
tis priusque in supera fere parte haut dubium est, septumo
eosdem decidere anno aliosque suffici, quosdam et cum
dentibus nasci, sicut M'. Curium qui ob id Dentatus cogno-
minatus est et Cn. Papirium Carbonem praeclaros viros.
In feminis ea res inauspicati fuit exempli regum temporibus.
Cum ita nata esset Valeria, exitio civitati in quam delata 69
esset futuram responso haruspicum vaticinante, Suessam
Pometiam illa tempestate florentissimam deportata est, ve-
ridico exitu consecuto. Quasdam concreto genitali gigni in-
fausto omine Cornelia Gracchorum mater indicio est. Aliqui
vice dentium continuo osse gignuntur, sicuti Prusiae regis
Bithynorum filius superna parte oris. Dentes autem tantum 70

§ 66. *muliere*, Rob. *mulierem*, Rd. Nonnulla hic sumpsit Plin. ex Aristotel. hist. anim. 7, 2. p. 582. — *aliquis*, R. *aliquibus*, dβγ. — *generanda*, d. — *homini*, Rob. *hominum*, Rd. — *materiae*, R. — *germine e*, r (Rob.) *germine*, Rθ. *germina e*, d. *semine e*, Barbar. βγ. Ceterum v. Aristotel. gener. anim. 2, 4. p. 738b 4. — *matricibus*, r. — *hic*, d. — *reglomerante*, Rob. — *tepore*, Pint. — *famosi*, d. Vid. Aristotel. hist. anim. 7, 2. p. 582b 20.

§ 67. *lacti seminae*, d. — *partu*, d. — *atque*, Rob. — *accipimus*, Tdr. — *in ulcus*, d. — *salivam*, Barbar. *salivum*, R. *sativum*, d. Vid. Aristotel. gener. anim. 2, 7. p. 747a 7. — *infigi*, d'.

§ 68. *gentes*, R'. Vid. Aristotel. hist. anim. 7, 10. p. 587b 14. — *superiora*, d. *superiori*, T. — *M'.*, Hard. *M.*, Rd (Rob.) β. Exscripsit haec Solin. 1, 70. — *feminas*, d. — *exemplum*, d.

§ 69. *deleta*, d. — *ee*, R. — *futuram*, RTdr. *futurum*, β. — *vaticinantes essam*, d. — *Sessapiam etiam*, K. — *illam*, d. — *tempestatem florentissima*, Rd. — *exilio*, r. — *est indicio*, T. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 10, 4. p. 636b 1., gener. anim. 4, 4. p. 773a 15. et Solin. 1, 67. — *Bithinorum*, R. *Bithyniorum*, dβγ. Vid. Valer. Max. I. 8. ext. 12. et Solin. 1, 70.

invicti sunt ignibus nec cremantur cum reliquo corpore, ii-
demque flammis indomiti cavantur tabe pituitae; candorem
trahunt quodam medicamine; usu atteruntur multoque pri-
mum in aliquibus deficiunt, nec cibo tantum et alimentis
necessarii; quippe vocis sermonisque regimen primores te-
nent, concentu quodam excipientes ictum linguae serieque
structurae atque magnitudine mutilantes mollientesve aut
hebetantes verba et cum defuerē explanationem omnem adi-
mentes. Quin et augurium in hac esse creditur parte. Tri- 71
ceni bini viris attribuuntur excepta Turdulorum gente; qui-
bus plures fuere, longiora promitti vitae putant spatia. Fe-
minis minor numerus; quibus in dextra parte gemini superne
a canibus cognominati, fortunae blandimenta pollicentur, sic-
ut in Agrippina Domiti Neronis matre; contra in laeva.
Hominem priusquam genito dente cremari mos gentium non 72
est; sed mox plura de hoc, cum membratim historia de-
curret. Risisse eodem die quo genitus esset unum hominem
accepimus Zoroastren; eidem cerebrum ita palpitasse ut in-
positam repelleret manum, futurae praesagio scientiae.
16. In trimatu suo cuique dimidiam esse mensuram fu- 73
turae certum est, in plenum autem cuncto mortalium generi
minorem in dies fieri propemodum observatur rarosque pa-
tribus proceriores, consumente ubertatem seminum exustione,
in cuius vices nunc vergat aevom. In Creta terrae motu
rupto monte inventum est corpus stans XLVI cubitorum quod

§ 70. *idemque*, R d (Rob.) *iidem*, *βγ*. — *pituitue*, T. *pituitave*, K. — *tradunt*, R d. — *prius*, Sabell. K. *multique primum* vel *multi quam primum*, Hard. Et aliquam h. l. latere corruptelam nemo non agnoscet, ex lacuna, ut puto, ortam. — *aliq'd*, d. — *conceptu*, r. — *excipientis*, Rob. — *serieque*, r. *serique*, R. *sereque*, T d. *seriemque*, *β*. Ceterum v. Aristotel. part. anim. 3, 1. p. 661^b 16. — *magnitudinem*, R*θ* d. — *mollientesve*, R*θ* d r. *mollientesque*, T. *molientesve*, *β*. — *defuere*, R*θ*T d. *defluxere*, *β*. Nonnulla h. l. mutat Pint.

§ 71. *Qui*, d^1. Ceterum v. Aristotel. hist. anim. 2, 3. p. 501^b 22. — *dextra*, R d. *dextera*, *βγ*. — *pollicetur*, d.

§ 72. *de hoc*, om. d. — *decurrit*, d. *decurra*, R^1. *decurrat*, R^2. — *quo—esset* om. R^1. — *natus*, d. — *Zoroastren*, R d. *Zoroastrem*, *βγ*. *Zoroestren*, Rob. Exscripsit Solin. 1, 72. — *praesagio*, Rob. *praesagia*, R T d.

§ 73. *quimatu*, Pint. ex Aristotel. gener. anim. 1, 18. p. 725^b 23. — *quoque*, d. — *futurae*, R*θ*T d. *staturae*, p (Rob.) *statuere*, *β*. Legendum est: *suae —staturae*, cum *trimatu suo* inepte dicatur. — *rarosque*, R. *raros*, Rob. *rarusque*, d^2. *rursusque*, d^1. — *ubertatem*, R r (Rob.) *ubertate*, d*β*. — *In Creta — arbitrantur*, p (Rob.) Omitt. R d. Pro tribus primis verbis *θ* *merita incrementa terrae* habet.

alii Orionis, alii Oti fuisse arbitrantur. Orestis corpus ora- 74
culi iussu refossum VII cubitorum fuisse monimentis creditur.
Iam vero ante annos prope mille vates ille Homerus non
cessavit minora corpora mortalium quam prisca conqueri.
Naevi Pollionis amplitudinem annales non tradunt; sed quia
populi concursu paene interemptus esset, prodigi vice ha-
bitum. Procerissimum hominum aetas nostra divo Claudio
principe, Gabbaram nomine, ex Arabia advectum IX pedum
et totidem unciarum vidit. Fuere sub divo Augusto semi- 75
pede addito, quorum corpora eius miraculi gratia in condi-
torio Sallustianorum adservabantur hortorum; Posioni et
Secundillae erant nomina. Eodem praeside minumus homo
duos pedes et palmum Conopas nomine in deliciis Iuliae
neptis eius fuit, et mulier Andromeda liberta Iuliae Augu-
stae. Manium Maxumum et M. Tullium equites Romanos
binum cubitorum fuisse auctor est M. Varro, et ipsi vidimus
in loculis adservatos. Sesquipedalis gigni, quosdam longio-
res, in trimatu inplentis vitae cursum, haud ignotum est.

17. Invenimus in monimentis Salamine Euthymenis fi- 76
lium in tria cubita triennio adolevisse, incessu tardum, sensu
hebetem, puberem etiam factum voce robusta, absumptum
contractione membrorum subita, triennio circumacto. Ipsi
non pridem vidimus eadem ferme omnia praeter puberta-
tem in filio Corneli Taciti equitis Romani, Belgicae Galliae

Oti fuisse arbitrantur, codd. Gel. *Otio esse arbitrabantur*, θ. *Etionis*, K. *Osii*, p (Rob.) *tradunt esse*, r. *esse tradunt*, p (Rob.) De *Oto* in Creta interfecto (unde Otii campi ap. Serv. ad Verg. Aen. 3, 578.) v. Sallustium ap. mythogr. Vatic. 2, 53.

§ 74. *Orestis*, Rob. *Orestri*, R. *Orestris*, d. Vid. Solin. 1, 90. — *traditur*, K. — *mille — ille* om. R[1]. — *Naevi — habitum* omitt. Rd. De re v. Ciceronem ap. Columell. III. 8, 2. — *hominum*, Rθdr. *hominem*, β. — *Gabborem*, r (codd. Salmas. exerc. p. 31. a. C.) Sed vulgatam scripturam linguae Arabicae optime respondere et nomen ipsum non esse proprium, sed gigantem significare docuit me Fleischer. meus, prof. Lips. Exscripsit Solin. 1, 89.

§ 75. *miraculi in*, R. — *conditorium*, β. — *asservantur*, Pellicer. ap. Hard. — *hortorum*, deleri vult Hard. — *Posioni*, Rθ. *Positioni*, d. *Pusioni*, β. Vid. Solin. 1, 88. — *nomine*, d. — *Copas*, codd. Barbari. *Scopas*, Barbar. — *Liviae Augustae*, Sabell. r. — *M. Tullium*, d. *M. Tullio*, R. *Manillium*, r. — *M.*, om. d.

§ 76. *Salamine*, Rd (codd. Gel.) *Salaminae*, Rezz. Vid. Solin. 1, 92. — *adorevisse*, R. *accrevisse*, Rob. — *puberem etiam*, RTd (codd. Salmas. exerc. p. 32. b. B.) *etiam puberem*, Rob. *et iam puberem*, βγ. — *robusta*, R (Rob.) *robustum*, T. *robustam*, d. — *contractionem*, d. — *non*, RθTdr. *vero*, Ambrosiani.

rationes procurantis. Ἐκτραπέλους Graeci vocant eos, in Latio non habent nomen.

XVII. Quod sit homini spatium a vestigio ad verticem, 77
id esse pansis manibus inter longissimos digitos observatum est, sicuti viris dextra parte maiores, quibusdam aequas utraque, aliquis laeva manu praecipuas, nec id umquam in feminis; 18. maris praestare pondere et defuncta viventibus corpora omnium animalium et dormientia vigilantibus, virorum cadavera supina fluitare, feminarum prona, velut pudori defunctarum parcente natura.

XVIII. Concretis quosdam ossibus ac sine medullis vi- 78
vere accepimus; signum eorum esse nec sitim sentire nec sudorem emittere, quamquam et voluntate scimus sitim victam equitemque Romanum Iulium Viatorem e Vocontiorum gente foederata in pupillaribus annis, aqua supter cutem fusa morbo, prohibitum umore a medicis, naturam fecisse consuetudinem atque in senecta caruisse potu. Nec non et alii multa sibi inperavere.

XIX. Ferunt Crassum avom Crassi in Parthis inter- 79
empti numquam risisse, ob id Agelastum vocatum, sicut nec flesse multos; Socratem clarum sapientia eodem semper visum voltu, nec aut hilaro magis aut turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam torvitatemque naturae duram et inflexibilem adfectusque humanos adimit, qualis

nos, β. — *Ectrapelos*, Barbar. *ectapelos*, R. *et tapelos*, d. *euapelos* vel *hectapales*, aliae Barbari coniecturae. — *Latio*, Rθd. *Latino*, β. — *nomen non habent*, d.

§ 77. *homini*, RθTdr. *hominum*, β. Exscripsit Solin. 1, 93. — *pansis*, R. *parsis*, d[1]. *sparsis*, Td[2]r (Rob.) *passis*, codd. Gel. βγ. — *vires*, R (codd. Gel.) *septeres*, d. *vires quibusdam*, Rob. — *dextra*, Rd. *dextera*, codd. Gel., Rob. βγ. — *aequales*, Rob. — *aliquis*, Rd[2]. *aliquos*, d[1]. *aliquibus*, Rob. βγ. — *umquam vi*, Sabell. — *velut pudori*, exscripsit Solin. 1, 95.

§ 78. *medulla*, d. Exscripsit Solin. 1, 74. — *accipimus*, R. — *scimus*, R. *sciamus*, Td (Rob.) — *equitemque*, Rob. *equitemqui*, R. *equitemquir* omisso *Romanum*, d. — *pubillaribus*, R. — *aqua*, Rd. *aquae*, Rob. βγ. — *fusa*, R[2]. *fure*, R[1]. *futurae*, d. *fuisse*, Rob. *fusae*, βγ. — *humorem*, d. — *naturam*, R (Rob.) *naturae*, Td. — *consuetudinem*, RTd. *consuetudine*, Rob. βγ. — *senectam*, Pint. r. — *potus*, d.

§ 79. *interemtum*, d. Exscripsit Solin. 1, 72. — *vocamus*, T. — *sicuti*, Rob. — *aut*, omitt. r (Rob.) — *hilaro*, RθTd (Rob.) *hilari*, β. — *animo*, d. — *aliquando*, om. d. — *naturae*, d (Rob.) *naturam*, R. *natura*, β. — *diram*, T. — *affectusque*, Rob. *effectusque*, Rd.

ἀπαθεῖς Graeci vocant multos eius generis experti; quodque 80
mirum sit, auctores maxume sapientiae, Diogenen cynicum,
Pyrronem, Heraclitum, Timonem, hunc quidem etiam in
totius odium generis humani evectum. Sed haec parva na-
turae insignia in multis varia cognoscuntur, ut in Antonia
Drusi numquam exspuisse, in Pomponio consulari poeta
numquam ructasse. Quibus natura concreta sunt ossa, qui
sunt rari admodum, cornei vocantur.

XX. 19. Corpore vesco sed eximiis viribus Tributanum 81
in gladiatorio ludo, Samnitium armatura celebrem, filium-
que eius militem Magni Pompei et rectos et transversos
cancellatim toto corpore habuisse nervos, in bracchiis etiam
manibusque, auctor est Varro in prodigiosa virium elatione,
atque etiam hostem ab eo ex provocatione dimicante inermi
dextra uno digito superatum et postremo conreptum in
castra translatum. At Vinnius Valens meruit in praetorio 82
divi Augusti centurio, vehicula cum culeis onusta donec
exinanirentur sustinere solitus, carpenta adprehensa una
manu retinere, obnixus contra nitentibus iumentis, et alia
mirifica facere quae insculpta monimento eius spectantur.
Ideo M. Varro, „rusticellus", inquit, „Hercules appellatus, 83
mulum suum tollebat Fusius, Salvius duo centenaria pon-

apathis, libri Salmas. exerc. p. 25. a. F. *apates*, R. *apatis*, d. *affatis*, Rob.

§ 80. *quod*, d (Rob.) — *maximae*, Dalec. — *Diogeneno*, R. — *odii*, Rob. — *parva*, R T d r (codd. Salmas. l. l. G., Rob.) *pravae*, β. — *numquam*, R (Rob.) *non*, T d. — *naturae*, R d.

§ 81. *vesco*, i. e. *parvo*, v. Ovid. Fast. 3, 446. coll. Gronov. ad Liv. 24, 48. *utesco*, R. *ut escos*, d. *nervosos esse*, K r. *nervosi esse produntur*, Rob. — *Tributanum*, R θ d (codd. Salmas. l. l. p. 26. a. D.) *Tritanum*, β. *Trittannum*, Solin. 1, 75. *Tritannum*, excerpta metrica Solini ap. Salmas. ad scriptor. hist. Aug. p. 451., γ. Auctoritatem Ciceronis Fin. I. 3, 9. ad defendendam lectionem vulgatam adhiberi non posse docet Madvig. — *cancillatim*, R. — *auctor*, om. d^1. — *in*, R. Omitt. T d r. — *elatione*, T d r (omnes codd. ap. Salmas. l. l. p. 25. b. F.) *relatione*, Solin. R^2 β. *selatione*, R^1. Reliqui locum, qualem e codicum scriptura mixta eum exhibuit Hard., quamquam certus eum mendosum esse. Etenim *elatio* numquam sensu activo pro laudatione dicitur, cui rei succurritur, si cum R^2 β legimus *relatione*; at quid est *prodigiosa virium relatio*? Hinc praestat e codicibus inferioris ordinis legere *prodigiosa v. elatione*, omissa praepositione *in*, ut haec referantur ad verba superiora *et rectos — manibusque*, quamquam ita pleonasmi species propter verba *eximiis viribus* non abest. — *dimicante*, R T d (cum Solino.) *dimicantem*, β γ. — *dextera*, d. *dextra superatum et uno digito postremo correptum*, Pint. ex Solino.

§ 82. *At*, R T d. *A.*, β. — *Iunius*, β. — *culleis*, d. — *obnixus*, R d^2 (codd. Gel., Rob.) *obnixa*, r. *obnixius*, K. *obnoxius*, d^1 β. *obnixis*, Titz. p. 219.

§ 83. *Idem*, Sabell. — *appellatur*, R. — *tollebat*, om. d^1. — *Fufius*, R (ex

dera pedibus, totidem manibus et ducenaria duo umeris contra scalas ferebat." Nos quoque vidimus Athanatum nomine prodigiosae ostentationis quingenario thorace plumbeo indutum cothurnisque quingentum pondo calciatum per scaenam ingredi. Crotoniensem Milonem athletam cum constitisset nemo vestigio educebat, malum tenenti nemo digitum corrigebat.

20. Cucurrisse MCLX stadia ab Athenis Lacedaemonem 84
biduo Philippiden magnum erat, donec Anystis cursor Lacedaemonius et Philonides Alexandri magni a Sicyone Elim uno die MCCCV stadia cucurrerunt. Nunc quidem in circo quosdam CLX M passuum tolerare non ignoramus nuperque Fonteio et Vipstano coss. annos VIII genitum a meridie ad vesperam LXXV M passuum cucurrisse. Cuius rei admiratio ita demum solida perveniat, si quis cogitet nocte ac die longissimum iter vehiculis tribus Tiberium Neronem emensum festinantem ad Drusum fratrem aegrotum in Germaniam; ea fuerunt CC M passuum.

XXI. 21. Oculorum acies vel maxume fidem excedentia 85
invenit exempla. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum tradit Cicero; idem fuisse qui per-

corr.) *tollebat. Fusius Salvius*, β. Interpunctionem emendavit Hard. — *duo*, R (codd. Gel.) *duobus*, Td. — *quingenario*, R (codd. Gel.) *quinquagenario*, Td. — *quingentum*, RθTd. *quingentorum*, βγ. Vid. Gronov. de sestert. p. 32. — *Crotoniensem*, nos ex 37, 144. et Solin. 1, 76. *Crotoniatam*, Barbar. β. *C.*, RθTdrγ. — *nemo digitum*, d[2]. *nidigitum*, d[1]. *digitum*, R. *digito*, r. — *corrigebat*, Rd. *corripiebat*, r. *porrigebat*, β. Vid. Gataker. in cinno, p. 244.

§ 84. *MCLX*, R. *MCXL*, dβγ. *MCCLX*, K. *mille ducenta quadraginta*, libri Salmas. exerc. p. 33. a. B. — *stadia sichathenis*, R[1]. — *Phidippiden*, Salmas., Gräfenhan. in diurn. scholast. 1828. nr. 68. p. 554. et Keil. specim. onomat. p. 51. Vid. Hermann. ad Aristoph. Nub. 68. Duplex apud varios scriptores scriptura huius nominis orta est ex confusis iam antiquitus inter se litteris Δ et Λ. Ceterum nos *Philippiden* scripsimus, cum βγ *Philippidem* habeant. — *Anystis*, Solin. 1, 98. *Canisli*, R. *Canistri*, d. *Canistius*, K. — *Elim*, R. *Elin*, dβγ. — *MCCCV*, θ. *MCCCII*, T. *MCCC* (hinc rasura), R. *MCC*, dβγ. — *CXL*, d. — *nuper*, R. — *Vipstano*, Ursin. famil. Rom. p. 28., RTd (codd. Salmas.) *Vipsanio*, K. *Vipistano*, alii codd. Salmas. *Upitano*, r. *Upistano*, Ambr. I., Rob. *Vipsano*, β. — *VIII*, RθTSKdr (codd. Salmas., Rob.) *IX*, codd. Rezz., Solin. β. — *genitum*, Rd. *genitum puerum*, Rob., Solin. βγ. — *vesperum*, codd. ap. Rezz. et Robertus cum Sol. — *XLV*, TSK. — *perveniat*, R. *perveniet*, θrγ. *pervenit*, Td. — *noctē*, d. — *ac die*, R. *ad diem*, Tθd. — *tribus Tiberium*; harum vocum loco habent *tribus* R[2], *tibi* R[1]d. — *aegrotum*, RθTd. *aegrotantem*, β. — *Germaniam; ea*, Rθ. *Germaniam in ea*, T. *Germaniam in eo*, d[2]. *Germania; in eo*, d[1]βγ. — *M*, omitt. θT.

§ 85. *aver*, d. — *Iliadem*, θ. Exscripsit Solin. 1, 100. — *tradit*, RTd. *tradidit*, βγ. — *idem*, Acad. 4, 25. Exscripsit Solin. 1, 99. — *pervidere*, R.

videret cxxxv ᴍ passuum; huic et nomen M. Varro reddit, Strabonem vocatum; solitum autem Punico bello a Lilybaeo Siciliae promontorio, exeunte classe e Carthaginis portu, etiam numerum navium dicere. Callicrates ex ebore formicas et alia tam parva fecit animalia ut partes eorum a ceteris cerni non possent. Myrmecides quidem in eodem genere inclaruit, a quo quadrigam ex eadem materia quam musca integeret alis fabricatam et navem quam apicula pinnis absconderet.

XXII. 22. Auditus unum exemplum habet mirabile, proe- 86
lium quo Sybaris deleta est eo die quo gestum erat auditum Olympiae. Nam Cimbricae victoriae Castoresque Romani, qui Persicam victoriam ipso die quo contigit nuntiavere, visus et numinum fuere praesagia.

XXIII. 23. Patientia corporis, ut est crebra sors cala- 87
mitatium, innumera documenta peperit, clarissimum in feminis Leaenae meretricis, quae torta non indicavit Harmodium et Aristogitonem tyranicidas, in viris Anaxarchi, qui simili de causa cum torqueretur praerosam dentibus linguam unamque spem indici in tyranni os exspuit.

XXIV. 24. Memoria necessarium maxume vitae bonum 88
cui praecipua fuerit, haud facile dictu est, tam multis eius gloriam adeptis. Cyrus rex omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit, L. Scipio populo Romano, Cineas

CLXXXV, Perizon. ad Aelian. var. hist. XI. 13, 2. *CCXXV*, Petav. dissertatt. ad uranol. 7, 10. p. 147. Vid. Wesseling. ad Anton. itiner. p. 494. et Gesner. chrestom. p. 112. — *reddit*, Rθ. *reddidit*, d$\beta\gamma$. — *classe e*, Rθd. *classe a*, Rob. β. — *eorum*, RθTd. *earum*, $\beta\gamma$. — *cerni*, RSTd. *secerni*, Solin. 1, 100. — *possint*, d. — *Myrmecides*, Barbar. *Mermecides*, Rd. — *quidem*, RθTd. *quidam*, β. — *a quo*, omitt. Rd. — *quadrigam*, d. *quadrige*, R. *quadriga*, θ. — *fabricatam*, d. *fabricata*, θ. *fabricat*, dein rasura, R. — *apicule*, Rd. — *abscondere*, R. Locus interpolatus ita scribendus videtur: *inclaruit*, *quadriga — fabricata et nave*, quo ducunt codicum scripturae.

§ 86. *habetur*, Rob. — *Larissa*, Rob. — *Nam — Romani* in rasura habet d. Hinc, si non aliunde, locus de corruptela suspectus. Ut nunc se habet, genitivus *Cimbr. vict.*, quas voces nemo per numerum pluralem interpretari volet, unde pendeat, nemo videt; non improbabile est nomen *relatio* vel tale simile pone *vict.* excidisse. — *Castoresque*; huic voci secunda manus in Murbac. suprascripsit *cursoresque*, unde Rhen. *Nam Cimbr. victoriae cursores, quique Romam Persicam* coniecit. *Castores Romani quinque Persei*, Didac. Covarrubias ap. Pint. Ceterum v. Valer. Max. I. 8, 1. — *visus et auditus et numinum*, K. *non visus aut auditus sed n.*, Didac. *non visus sed numinum*, Dalec.

§ 87. *calamitatium*, Rθ. *calamitatum*, d$\beta\gamma$. — *quae*, Rd (codd. Gel.) *exemplum quae*, r. — *Anaxarchi*, Rd (codd. Gel.) *Anaxarchidis*, K. Vid. Valer. Max.

Pyrri regis legatus senatui et equestri ordini Romae postero
die quam advenerat. Mithridates duarum et viginti gentium
rex totidem linguis iura dixit, pro contione singulas sine
interprete adfatus. Charmadas quidam in Graecia, quae quis 89
exigeret volumina in bibliothecis, legentis modo repraesen-
tavit. Ars postremo eius rei facta et inventa est a Simonide
melico, consummata a Metrodoro Scepsio, ut nihil non iis-
dem verbis redderetur auditum. Nec aliud est aeque fragile
in homine; morborum et casus iniurias atque etiam metus
sentit, alias particulatim, alias universa. Ictus lapide oblitus 90
est litteras tantum; ex praealto tecto lapsus matris et ad-
finium propinquorumque cepit oblivionem, alius aegrotus ser-
vorum etiam, sui vero nominis Messala Corvinus orator.
Itaque saepe deficere temptat ac meditatur vel quieto cor-
pore et valido; somno quoque serpente amputatur, ut inanis
mens quaerat, ubi sit loci.

XXV. 25. Animi vigore praestantissimum arbitror geni- 91
tum Gaium Caesarem dictatorem; nec virtutem constantiam-
que nunc conmemoro, nec sublimitatem omnium capacem
quae caelo continentur, sed proprium vigorem celeritatemque
quodam igne volucrem. Scribere aut legere, simul dictare
et audire solitum accepimus, epistulas vero tantarum rerum
quaternas pariter librariis dictare aut si nihil aliud ageret

III. 3. ext. 4. — *vanaque spe*, K. *vanamque spem*, Dalec. — *tyranni os*, Barbar. *tyrannos*, Rd.

§ 88. *fuerit*, Rd (Rob.) Om. γ. — *aut*, R. — *eius gloriam*, Rd. *gloriam eius*, $\beta\gamma$. — *Cyrus*, v. Valer. Max. VIII. 7. ext. 16. et Solin. 1, 108. 109. — *Cineas*, Rob. *Cireas*, R. *Circeas*, d. — *legati*, d. — *concione*, Rob. *contionis*, Rd.

§ 89. *Charmadas*, d. *Carmadas*, RT (codd. Salmas. exerc. p. 36. a. G.) *Carmandas*, r. *Charmides*, Barbar. β. *Carneades*, Pint. — *quidam*, R. *quidem*, STd. — *exigeret*, K. *exegerit*, RTdr. *exegerat*, $\beta\gamma$. — *melico*, Sabell., Barbar., Domit. Calderin. in Gruteri lampade 1, 317. Confirmat R. *medico*, dr (Rob.) — *verbis*, om. d¹. — *facile*, θ supra lineam. — *iniuria*, d. — *sentit*, RTd. *sentiens*, $\beta\gamma$.

§ 90. *litteris*, R. Vid. Valer. Max. I. 8. ext. 2. et Solin. 1, 110. — *propinqui eorumque*, d¹. — *se reficere tentata meditatur*, Salmas. l. l. b. F. — *amputatur*, θSr. *amputat*, RTd (Murbac.), unde Rhen. *se repente* coniicit. *computat*, β.

§ 91. *genitum C.*, Murbac. *Gaium*, Rob. *C.*, β. *genitum*, RθSTdγ. — *volucru*, R. — *aut*, Rd (Murbac.) *et*, Rob. β. — *vere*, R. — *quaternis*, K (Rob.) — *librariis*, omitt. R¹ (Murbac.) — *aut si—septenas*, Murbac., qui ultimae voci male *dictare* addit. Ad marginem habet etiam R², ut tamen *septenis* scribatur, quod pariter θ habet; omitt. R¹d. In Rigaltiano ap. Salmas. exerc. p. 36. a. A. verba *librariis—septenas* orae codicis adscripta erant. Harduino verba *aut si—septenas* suppositicia videntur cum propter codices, tum propter Solini silentium 1, 107. — *nil*, θ.

septenas. Idem signis conlatis quinquagiens dimicavit, solus 92
M. Marcellum transgressus, qui undequadragiens dimicaverat;
nam praeter civilis victorias undeciens centena et XCII M
hominum occisa proeliis ab eo non equidem in gloria po-
suerim, tantam etiam coactam humani generis iniuriam;
quod ita esse confessus est ipse bellorum civilium stragem
non prodendo.

26. Iustius Pompeio Magno tribuatur DCCCXLVI navis pi- 93
ratis ademisse, Caesari proprium et peculiare sit praeter
supra dicta clementiae insigne qua usque ad paenitentiam
omnis superavit. Idem magnanimitatis perhibuit exemplum,
cui conparari non possit aliud; spectacula enim edita effu- 94
sasque opes aut operum magnificentiam in hac parte enu-
merare luxuriae faventis est; illa fuit vera et inconparabilis
invicti animi sublimitas, captis apud Pharsaliam Pompei
Magni scriniis epistularum iterumque apud Thapsum Sci-
pionis, concremasse ea optuma fide atque non legisse.

XXVI. 27. Verum ad decus inperi Romani, non solum 95
ad viri unius pertinet victoriam, Pompei Magni titulos
omnis triumphosque hoc in loco nuncupari, aequato non
modo Alexandri magni rerum fulgore, sed etiam Herculis
prope ac Liberi patris. Igitur Sicilia recuperata, unde pri- 96
mum Sullanus in rei publicae causa exoriens auspicatus
est, Africa vero tota subacta et in dicionem redacta Ma-
gnique nomine in spolium inde capto, eques Romanus, id
quod antea nemo, curru triumphali revectus est et statim ad
solis occasum transgressus, excitatis in Pyrenaeo tropaeis,
oppida DCCCLXXVI ab Alpibus ad finis Hispaniae ulterioris

§ 92. *quinquagies et bis*, K et Solin. — *solus — praeter* om. r. — *dimicaverat*, R². *dimicavit*, R¹θTd. — *centum*, R²d. — *tantam etiam*, d (in rasura.) *tantum etiam coacta*, *in humani generis iniuria*, Salmas. exerc. p. 35. b. E.

§ 93. *Iustius*, ad superiora referunt θ (Murbac.) *ut iustius*, K. — *Pompeius*, d. — *tribuatur*, om. d¹. — *DCCCXLVII*, Td. — *supra*, R (Rob.) *iam*, d¹. *iam supra*, Td². — *insigne*, R (Rob.) *insignia*, d. — *praebuit*, r. — *posset*, R.

§ 94. *Spectaculum inedita*, Murbac. *spectacula — est* om. R¹, ad marginem habet R² particula *enim* omissa. In codice d litterae *la enim* scripta sunt in rasura, pone *edita* vero est item rasura. *specula*, θ. — *luxuriae*, R (Murbac.) *luxuriose*, Td. — *est*, om. d. — *vera fuit*, d. — *Pharsalia*, d.

§ 95. *victoria*, R. *victorias*, Pint. referens ad inferiora. — *triumphos quosque*, d. — *in*, om. β. — *nuncupari*, R (Murbac.) *nuncupare*, codd. Rezz. *enuncupare*, Td. — *quanto*, Td.

§ 96. *Silanus*, R. — *subvicta*, T. *subiecta*, d. — *cognomine*, Pint. K. — *in spolium*, RθTd (Murbac.) *spolio*, Barbar. β. — *evectus*, r. — *est*, R. Omitt.

in dicionem redacta victoriae suae adscripsit et maiore
animo Sertorium tacuit belloque civili quod omnia externa
conciebat exstincto iterum triumphalis currus eques Romam
induxit, totiens inperator antequam miles. Postea ad tota 97
maria et deinde solis ortus missus hos retulit patriae titulos
more sacris certaminibus vincentium, — neque enim ipsi
coronantur, sed patrias suas coronant, — hos ergo honores
urbi tribuit in delubro Minervae quod ex manubiis dicabat:
„Cn. Pompeius Magnus inperator bello xxx annorum confecto,
fusis fugatis occisis in deditionem acceptis hominum cen-
tiens viciens semel LXXVIII M, depressis aut captis navibus
DCCCXLVI, oppidis castellis MDXXXVIII in fidem receptis, ter-
ris a Maeotis ad rubrum mare subactis, votum merito Mi-
nervae." Hoc est breviarium eius ab oriente; triumphi vero 98
quem duxit a. d. tertium kalendas Octobris M. Pisone M.
Messala consulibus praefatio haec fuit: „Cum oram mari-
timam praedonibus liberasset et inperium maris populo Ro-
mano restituisset, ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia,
Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudaeis, Albanis,
Iberia, insula Creta, Basternis et super haec de rege Mi-
thridate atque Tigrane triumphavit." Summa summarum in 99
illa gloria fuit, ut ipse in contione dixit cum de rebus suis
dissereret, Asiam ultimam provinciarum accepisse eandem-
que mediam patriae reddidisse. Si quis e contrario simili
modo velit percensere Caesaris res qui maior illo adparuit,
totum profecto terrarum orbem enumeret, quod infinitum
esse conveniet.

Tdr. — *transgressis*, Rd. — *DCCCLXXVI*, R. *DCCLXXVI*, Td. — *affinis*, d. — *citerioris*, Td. — *maiori*, d. — *tacuit*, Rd (Murbac.) *domuit*, K (codd. Rezz.) — *servili*, Pigh. annal. 3, 309. — *conciebat*, codd. Gel. *conciebant*, R. *concutiebat*, Tdr. — *totius*, Rd.

§ 97. *hos retulit*, R. *retulit hos*, d. *infinitos retulit*, K. — *ubi*, d. — *manibus*, d. — *centies vicies semel*, RθTdr. *vicies semel centenis*, β. — *LXXVIII*, R. *LXXXIII*, dβγ. *LXXX*, θ. — *DCCCXLVI*, vid. § 93. *DCCXLVII*, R^2. *DCCXLVI*, θ. *DCCXLIII*, R^1Td. — *MDXXXVIII*, R. *MDXXXIII*, d. *CLXXXVIII*, θ. — *Maeotis*, Rd (Murbac.) *Maeoti*, r. *Maeotis lacu*, βγ. — *mare rubrum*, d.

§ 98. *Et triumphi*, Td. — *vero*, R. *verticem ab occidente et triumphi vero*, Td. — *dixit*, d. — *ad*, β. — *M. Pisone M. Messala*, Rθd. *M. Messala M. Pisone*, β. — *praefatus*, d^1. — *hoc*, d^1. — *praedonibus*, Rr. *a praed.*, dβγ. — *et*, om. β. — *Iudea*, d. — *Albanis*, om. d^1. — *Bastenis*, R. *Bastrenis*, d. — *rege*, RTd (Murbac.) *regibus*, βγ.

§ 99. *Summa*, *summa res*, Pint. — *illa*, RθTd. *illo*, β. — *et Asiam*, d. — *excepisse*, r. — *percenseri*, d. — *ille*, d. — *convenit*, K.

XXVII. 28. Ceteris virtutum generibus varie et multi 100
fuere praestantes. Cato primus Porciae gentis tris summas in homine res praestitisse existumatur, ut esset optumus orator, optumus inperator, optumus senator, quae mihi omnia etiamsi non prius, attamen clarius fulsisse in Scipione Aemiliano videntur, dempto praeterea plurumorum odio quo Cato laboravit. Itaque sit proprium Catonis quater et quadragiens causam dixisse nec quemquam saepius postulatum et semper absolutum.

XXVIII. 29. Fortitudo in quo maxume exstiterit, in- 101
mensae quaestionis est, utique si poetica recipiatur fabulositas. Q. Ennius T. Caecilium Dentrem fratremque eius praecipue miratus propter eos sextum decumum adiecit annalem. L. Siccius Dentatus, qui tribunus plebei fuit Sp. Tarpeio A. Aterio consulibus haud multo post exactos reges, vel numerosissima suffragia habet centiens viciens proeliatus, octiens ex provocatione victor, quadraginta quinque
cicatricibus adverso corpore insignis, nulla in tergo. Idem 102
spolia cepit XXXIV, donatus hastis puris duodeviginti, phaleris XXV, torquibus III et LXXX, armillis CLX, coronis XXVI, civicis XIV, aureis VIII, muralibus III, obsidionali una, fisco aeris, X captivis et XX simul bubus, inperatores novem

§ 100. *existimatur ut esset*, θ. *existimaturus esset*, R T d. *existimatus est*, Rob. β. *existimatus ut esset*, γ. Ceterum exscripsit Solin. 1, 113. — *acta tamen*, T d. — *fuisse*, K. — *laboravit — quater et*, d in rasura.

§ 101. *maxima*, K. — *poetica recipiatur*, R. *poetarum recipiatur*, T d. *recipiatur poetica*, βγ. — *Q.*, R. *qua*, θ. *quam*, T d. — *Dentrem*, Hard. *Teucrum*, R d β. Vid. Gesner. chrestom. p. 155. — *sextum decimum*, R θ T d r.. *sextum*, β. — *Siccius*, R d (codd. Gel.) *Sicius*, libri meliores ap. Salmas. exerc. p. 34. b. D. *Sicinius*, Sol. 1, 102. Exscripsit Plin. Valerium Max. III. 2, 24. Vid. Niebuhr. hist. Rom. 2, 390. — *plebei*, R d. *plebis*, βγ. — *A. Aterio*, Hard. *at̄ no*, R. *Aterno*, codd. Salmas. *Aternio*, θ T d. *A. Aeternio*, β, quod praefert Pigh. annal. 1, 134. Vid. intpp. ad Liv. 3, 31. — *vel in eo num.*, K. — *victricibus*, d. — *averso*, d.

§ 102. *Idem*, R θ T d. *Item*, βγ. — *XXXIV*, R S T d. *XXXIII*, β. — *puris*, om. β. — *III*, om. d. — *armis*, R. — *coronis XXXVI*, θ. — *in civicis*, R d (codd. Salmas. exerc. p. 35. a. C.) Haec, si diis placet, praepositio nihil esse videtur, nisi numerus ternarius pertinens ad numerum superiorem, ita ut pro *XXVI* legendum sit *XXVIIII* tumque aliquid mutandum in numeris sequentibus; v. not. seq. — *obsidionalibus uno*, d. Ortum hoc esse videtur ex *obs. IIII*, quo numerus supra dictus efficitur. — *X*, ad superiora refert Hard., quamquam explicare nescit. — *et viginti*, d (codd. Salmas.) *et ingenti*, R. — *simul bubus*, Gel. *similibus*, R d. *millibus*, codd. Salmas. *captivis XX millibus*, r. *ex fisco, aeris decem millibus, captivis et simul bubus viginti*, K. Similia coniecit Rhodig. L. A. 29, 6., alia Salmas. Vid. Gesner. chrestom. p. 157. ct Drakenb. ad Liv. 3, 31. —

ipsius maxume opera triumphantis secutus, praeterea, quod
optumum in operibus eius reor, uno ex ducibus T. Romilio
ex consulatu ad populum convicto male inperatae rei mili-
taris. Haud minora forent Manli Capitolini decora, ni per- 103
didisset illa exitu vitae. Ante decumum septumum annum
bina ceperat spolia, primus omnium eques coronam muralem
acceperat, VI civicas, XXXVII dona, XXIII cicatrices adverso
corpore exceperat, P. Servilium magistrum equitum serva-
verat, ipse volneratus umerum, femur; super omnia Capi-
tolium summamque rem in eo solus a Gallis servaverat, si
non regno suo servasset. Verum in his sunt quidem virtutis 104
opera magna sed maiora fortunae; M. Sergio, ut equidem
arbitror, nemo quemquam hominum iure praetulerit, licet
pronepos Catilina gratiam nomini deroget. Secundo stipen-
dio dextram manum perdidit, stipendiis duobus ter et vi-
ciens volneratus est, ob id neutra manu, neutro pede satis
utilis, uno tantum servo, plurumis postea stipendiis debilis
miles; bis ab Hannibale captus — neque enim cum quolibet
hoste res fuit —, bis vinculorum eius profugus, in XX men-
sibus nullo non die in catenis aut conpedibus custoditus.
Sinistra manu sola quater pugnavit, duobus equis insidente 105

T. Romilio, Rd. *T. Tiberio Romilio*, r. *T. Romulio*, β. Vid. Drakenb. l. l. — *convincto*, r. — *imperate rei militaris*, R[1]. *imperatis eius militaris*, R[2]. *imperitatis eius militaris*, d (codd. Salmas.) *acti imperii rei militaris*, β. *in imperio actae rei militaris*, Salmas. *acti imperii. Rei militaris haud*, Hard. γ. Scriptura R[1] (in qua *imperate* mutavi in *imperatae*) bene se habet: Plin. scilicet hoc maxime inter omnia sua facta Siccio laudi tribuit, quod Romilium consularem coram populo accusavit et convicit rem aliquam militarem exsequendam male i. e. imperite aut sibi aut alii cuipiam imperasse. Non igitur huc cum Hard. referendus est Liv. 3, 31., ut acute sensit Gesner. chrestom. p. 158., qui verba *quod optimum — reor* ita explicari non posse intelligit.

§ 103. *Manlii*, om. d. — *decimum septimum annum*, codd. Gel. *decem septemannos*, Rθ. *decies septem annos*, d. Errores ultimae vocis sunt orti ex numeris a Plinio positis, qui cum essent habendi ordinales, a librariis habiti sunt cardinales, quapropter ultima vox mutata. — *bina quo*, R. — *XXIII*, Rθ. *XXII*, Td. *XXXIII*, β. Vid. Drakenb. ad Liv. 6, 20. — *cicatrices*, om. T. — *averso*, d. — *humero*, d. — *femur*, Rd. *ac femur*, βγ. — *summa qua re*, d.

§ 104. *in his sunt*, Rd. *sunt in his*, βγ. — *maiores*, d. — *M. Sergio*, exscripsit Solin. 1, 104. 105. — *equidem*, Rd. *quidem*, βγ. — *derogaret*, T. *derogarit*, K. — *dextram*, R. *dexteram*, θdβγ. — *servo* i. e. serviente, officia praestante, coll. Ovid. Fast. 6, 558. *servatus*, Gesner. chrestom. p. 154. Aliam explicationem proponit Döderlein. *lat. Synonym.* 3, 306. — *res fuit*, d. *ras fuit*, R[1]. *restitit*, R[2]. — *vis in oculorum*, d. — *in XX*, Rd. *XX*, βγ. Vid. ad 32, 9. — *nullo — duobus* (§ 105.) om. R[1].

eo subfossis; dextram sibi ferream fecit eaque religata proe-
liatus Cremonam obsidione exemit, Placentiam tutatus est,
duodena castra hostium in Gallia cepit, quae omnia ex ora-
tione eius adparent habita cum in praetura sacris arceretur
a conlegis ut debilis, quos hic coronarum acervos constru-
cturus hoste mutato! Etenim plurumum refert, in quae 106
cuiusque virtus tempora inciderit. Quas Trebia Ticinusve
aut Trasimenus civicas dedere? Quae Cannis corona merita,
unde fugisse virtutis summum opus fuit? Ceteri profecto vi-
ctores hominum fuere, Sergius vicit etiam Fortunam.

XXIX. 30. Ingeniorum gloriae quis possit agere dele- 107
ctum per tot disciplinarum genera et tantam rerum operum-
que varietatem, nisi forte Homero vate Graeco nullum fe-
licius exstitisse convenit, sive operis fortuna sive materie
aestumetur? Itaque Alexander magnus — etenim insignibus 108
iudiciis optume citraque invidiam tam superba censura per-
agetur —, inter spolia Darii Persarum regis unguentorum
scrinio capto quod erat auro, margaritis gemmisque pretio-
sum, varios eius usus amicis demonstrantibus, quando tae-
debat unguenti bellatorem et militia sordidum, „immo Her-
cule", inquit, „librorum Homeri custodiae detur", ut pretiosis-
simum humani animi opus quam maxume diviti opere
servaretur. Item Pindari vatis familiae penatibusque iussit 109
parci, cum Thebas raperet; Aristotelis philosophi patriam
condidit tantaeque rerum claritati tam benignum testimo-
nium miscuit. Archilochi poetae interfectores Apollo arguit
Delphis. Sophoclem tragici cothurni principem defunctum
sepelire Liber pater iussit, obsidentibus moenia Lacedaemo-

§ 105. *dextram*, R. *Dexteram*, dβγ. — *exemit obsidione*, d. — *praeturae*, R. *praetorio*, d. *praetorio eius*, T. — *constricturus*, d.

§ 106. *cuius*, d. — *Ticinusve*, RT. *Ticinusque*, d. — *annis*, d. — *unde fugisse*, Rθ^1d. *indefessae*, θ^2. — *virtute*, R. — *fortuna*, d.

§ 107. *agare*, R. Num Plin. *agitare* scripsit? — *dilectum*, d. — *materie*, Rd. *materia*, βγ.

§ 108. *peragitur*, d. — *de auro*, Rob. — *margaritis gemmisque*, RTd (Rob.) *gemmisque ac margaritis*, βγ. — *pretiosissimi*, d. — *operi*, θ. — *servaretur*, *hoc indicio dilectum gloriae ingeniorum ei adiudicans*, Rob.

§ 109. *ut familiae*, d. Haec omnia exscripsit Solin. 1, 117—123. — *raperet*, Rd. *caperet*, βγ. — *patriam suam credidit*, r (codd. Barbari.) *patriam suam credebat*, Rob. — *interfectorem*, Pint. At v. Salmas. exerc. p. 38. a. F. — *sepelire*, Rθ. *sepeliri*, dβγ. — *qui*, Rd. *quis*, γ. — *neque difficultate*, T. — *ex iis*, R. *rex idem*, Td.

niis, Lysandro eorum rege in quiete saepius admonito ut pateretur humari delicias suas; requisivit rex, qui supremum diem Athenis obiisset, nec difficulter ex iis quem deus significasset intellexit pacemque funeri dedit.

XXX. 31. Platoni sapientiae antistiti Dionysius tyrannus 110
alias saevitiae superbiaeque natus vittatam navem misit obviam, ipse quadrigis albis egredientem in litore excepit. Viginti talentis unam orationem Isocrates vendidit. Aeschines Atheniensis summus orator cum accusationem qua fuerat usus Rhodiis legisset, legit et defensionem Demosthenis qua in illud pulsus fuerat exsilium mirantibusque tum magis fuisse miraturos dixit, si ipsum orantem audivissent, calami-
tate testis ingens factus inimici. Thucydiden inperatorem 111
Athenienses in exsilium egere, rerum conditorem revocavere eloquentiam mirati, cuius virtutem damnaverant. Magnum et Menandro in comico socco testimonium regum Aegypti et Macedoniae contigit classe et per legatos petito, maius
ex ipso, regiae fortunae praelata litterarum conscientia. Per- 112
hibuere et Romani proceres etiam exteris testimonia. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Posidonii sapientiae professione clari domum forem percuti de more a lictore vetuit et fascis litterarum ianuae submisit is cui se oriens occidensque submiserat. Cato censorius in illa nobili trium sapientiae procerum ab Athenis legatione audito Carneade quamprimum legatos eos censuit dimittendos, quoniam illo viro argumentante quid veri esset haud facile dis-
cerni posset. Quanta morum conmutatio! Ille semper 113
alioquin universos ex Italia pellendos censuit Graecos, at

§ 110. *Platonis*, d. — *alia*, d. — *saevitia*, d. — *vittatam no. Quem*, d. — *quadragies*, d. — *a gradibus egredientes*, S T d. *Achradinae egrediens*, Pint. — *Rhodiis*, R T d. *Rhodis*, θ. *Rhodi*, Rob. β. — *et legit et*, R. — *qua*, R θ T d r (Rob.) *ob quam*, β. — *pulsus*, R θ T d. *depulsus*, Rob. β. — *audissent*, Rob. — *calamitate*, R[1] T d. *calamitati*, R[2]. *in calamitate*, codd. Barbari, β γ. Omitt. r (Rob.)

§ 111. *Thucydiden*, R. *Thucydidem*, d β γ. — *tragoediarum*, codd. Barbari. *rerum gestarum*, Barbar. — *contigit*, d habet ante *Aegypti*. In R[1] legitur *ē tingis*, in R[2] *ē tingit*, ut librarius in codice archetypo *est* invenisse videatur. — *ipsa regia*, d. — *fortuna*, d. — *scientia*, suspicatur Hard.

§ 112. *externis*, T d. Quae sequuntur, maximam partem exscripsit Solin. 1, 121. 122. — *forem*, R T d. *fores*, Rob. β γ. — *litterarum*, R θ T d r (codd. Salmas. exerc. p. 38. b. B., Rob.) *lictorios*, β. — *is*, om. d[1]. — *nobilium*, d (Rob.)

§ 113. *alioqui*, d. — *ex Italia*, R θ. *exitialia*, d. *exitiali nomine*, r (Rob.) — *pellendos*, R. *appellandos*, d r (Rob.) — *ac*, d.

pronepos eius Uticensis Cato unum ex tribunatu militum
philosophum, alterum ex Cypria legatione deportavit, ean-
demque linguam ex duobus Catonibus in illo abegisse, in
hoc inportasse memorabile est. Sed et nostrorum gloriam 114
percenseamus. Prior Africanus Q. Enni statuam sepulchro
suo inponi iussit clarumque illud nomen, immo vero spolium
ex tertia orbis parte raptum in cinere supremo cum poetae
titulo legi. Divos Augustus carmina Vergili cremari contra
testamenti eius verecundiam vetuit maiusque ita vati testi-
monium contigit, quam si ipse sua probavisset. M. Varronis 115
in bibliotheca quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex
manubiis publicata Romae est unius viventis posita imago
est, haud minore, ut equidem reor, gloria, principe oratore
et cive ex illa ingeniorum quae tunc fuit multitudine uni
hanc coronam dante, quam cum eidem Magnus Pompeius
piratico ex bello navalem dedit. Innumerabilia deinde sunt
exempla Romana, si persequi libeat, cum pluris una gens
in quocumque genere eximios tulerit quam ceterae terrae.
Sed quo te, M. Tulli, piaculo taceam, quove maxume ex- 116
cellentem insigni praedicem? quo potius quam universi po-
puli illius gentis amplissimo testimonio, e tota vita tua con-
sulatus tantum operibus electis? Te dicente legem agrariam
hoc est alimenta sua abdicaverunt tribus, te suadente Roscio
theatralis auctori legis ignoverunt notatasque se discrimine
sedis aequo animo tulerunt, te orante proscriptorum liberos

eius, om. d[1]. — *uno*, R. — *in tribunatu*, Dalec. — *eam denique*, Salmas. *Eandem itaque*, Dalec. — *a duobus*, d. — *in*, om. R. — *illum* et *hunc*, Dalec. — *abegisse*, T. *abigisse*, Rd. *abiecisse*, Rob. $\beta\gamma$. — *imperitasse*, θ. — *mirabile*, Rob.

§ 114. *numen*, β. — *cum*, R. *in*, d. — *regi*, r. — *verecundia*, Rob. — *ita*, om. T. — *vati*, Rd. *vatis*, T. Om. r. — *contigit*, R (Rob.) *contegit*, Td. — *sua*, RθTdr (Rob.) *sua carmina*, β.

§ 115. *Varro*, Rd. — *orbe ab*, R. *ora b*, d. *urbe*, Sabell., cui addicere dicitur S. Probant Lips. de biblioth. p. 1137. et Thorbeck. de Asinio Pollione p. 41. *in urbe* omisso *Romae* aut *Romae* omisso *in orbe* coniecit Torrent. ad Horat. sat. I. 4, 22. *in urbe Roma ab — publicata est*, Dalec. — *ex*, R. *de*, K. Om. d. — *imago* omisso *est*, d. — *gloriae*, d. — *dantem*, d. — *quam*, om. d. — *ceterae omnes terrae*, r.

§ 116. *Sed*, Rr. *Sed et*, d (Rob.) γ. — *quo te*, R (Rob.) *quo et te*, Barbar. r. *quid est*, d. *quid de*, β. — *piaculum*, d. — *populi et illius*, r (Rob.) — *amplissimi*, codd. Gel. — *et*, Rd (Rob.) *et e*, rγ. — *et consul.*, Rob. — *consulatum*, d. *et tota vita tua consulatus tanti operibus electum*, Pint. — *agrariam*, R. *agnatia lignariam*, d[1]. *agrariam lignariam*, d[2]. *lignariam*, Rob. — *abdicarunt*, dr (Rob.) — *auctori*, Rd. *auctor est*, β. *seditionis auctori leges*, Rob. — *notatasque se discrimine sedis*, R (codd. Gel.) *notatasque sedes*, Barbar. Td. *notatasque se igno-*

honores petere puduit; tuum Catilina fugit ingenium, tu
M. Antonium proscripsisti. Salve primus omnium parens 117
patriae appellate, primus in toga triumphum linguaeque lau-
ream merite et facundiae Latiarumque litterarum parens
atque, ut dictator Caesar hostis quondam tuus de te scri-
psit, omnium triumphorum laurea maiore! Quanto plus est,
ingeni Romani terminos in tantum promovisse quam inperi!
XXXI. Reliquis animi bonis praestitere ceteros mortalis 118
sapientia, ob id Cati, Corculi apud Romanos cognominati,
apud Graecos Socrates oraculo Apollinis Pythii praelatus
cunctis.

XXXII. 32. Rursus mortales oraculorum societatem de- 119
dere Chiloni Lacedaemonio praecepta eius Delphis conse-
crando aureis litteris, quae sunt haec: nosse se quemque,
et nihil nimium cupere, comitemque aeris alieni atque litis
esse miseriam. Quin et funus eius, cum victore filio Olym-
piae exspirasset gaudio, tota Graecia prosecuta est.

XXXIII. 33. Divinitas et quaedam caelitum societas nobilissima ex feminis in Sibylla fuit, ex viris in Melampode apud Graecos, apud Romanos in Marcio.

XXXIV. 34. Vir optumus semel a condito aevo iudica- 120
tus est Scipio Nasica a iurato senatu, idem in toga candida
bis repulsa notatus a populo. In summa ei in patria mori
non licuit, non, Hercule, magis quam extra vincula illi sa-
pientissimo ab Apolline iudicato Socrati.

miniae discrimine, Sr. Adstipulantur Rob. et K, nisi quod ille *notatosque*, hic *notasque* habet. — *et*, Rd. — *Catilinas*, d. — *ingentium*, d. — *tū*, d. — *M.*, omitt. d (Rob.) — *proscripsistis*, d.

§ 117. *linguamque*, Rd. — *Latiarumque*, R. *Latinarumque*, Tdr (Rob.) — *atque*, R. *eque*, d (Rob.) — *omnibus triumphis*, K. — *laurea maiore*, Rd. *lauream adepte maiorem*, Rob. *βγ*. *adepte tanto maiorem*, Dalec. Vulgata cum aperte sit interpolata, ad codicum scripturam redeundum est, quam tamen durius modo explicari posse nemo non sentit. Scripsit, nisi fallor, Plinius: *laurea maior*, qua coniectura admissa haec verba superioribus egregie annectuntur.

§ 118. *Reliquis animi bonis*, inepte retulerunt ad superiora Hard. et *γ*. *animis*, K. — *praestitere et ceteros*, r. *praestitere et apud ceteros*, K. — *pati*, d. — *coriculi*, Rd.

§ 119. *dederunt*, d (Rob.) — *praecepta*, Rd. *tria praecepta*, Rob. *βγ*. — *et nihil nimis* omisso *cupere*, Pint. — *miseriam*, Rd (Barbari codd., Rob.) *miserum*, *θ*. *sponsionem*, K. *comitemque sponsionis esse miseriam*, Pint. — *caeli*, Td. — *nobilissimae*, K.

§ 120. *adiurato*, r (Rob.) — *summa ei in patria*, R[1] (Rob.) *sua ei patria*, R[2]. *summa eu patum*, d[1]. *summa eum pati*, d[2]. — *Hercule*, Rd (Rob.) *Hercules*, Harduini codd., *γ*.

XXXV. 35. Pudicissima femina semel matronarum sententia iudicata est Sulpicia Paterculi filia, uxor Fulvi Flacci, electa ex centum praeceptis, quae simulacrum Veneris ex Sibyllinis libris dedicaret; iterum religionis experimento Claudia, inducta Romam deum matre.

XXXVI. 36. Pietatis exempla infinita quidem toto orbe 121
exstitere, sed Romae unum cui conparari cuncta non queant. Humilis in plebe et ideo ignobilis puerpera, supplici causa carcere inclusa matre, cum inpetrasset aditum, a ianitore semper excussa, ne quid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alens eam. Quo miraculo matris salus donata filiae pietati est ambaeque perpetuis alimentis et locus ille eidem consecratus deae C. Quintio M'. Acilio coss., templo Pietatis exstructo in illius carceris sede, ubi nunc Marcelli theatrum est. Gracchorum pater anguibus prehensis in domo, 122
cum responderetur ipsum victurum alterius sexus interempto, „immo vero", inquit, „meum necate, Cornelia enim iuvenis est et parere adhuc potest." Hoc erat uxori parcere et rei publicae consulere; idque mox consecutum est. M. Lepidus Appuleiae uxoris caritate post repudium obiit. P. Rupilius morbo levi inpeditus, nuntiata fratris repulsa in consulatus petitione, illico exspiravit. P. Catienus Plotinus patronum adeo dilexit ut heres omnibus bonis institutus in rogum eius se iaceret.

Q. Fulvii Flacci, Pigh. annal. 3, 104. Ceterum v. Valer. Max. VIII. 15, 12. et Solin. 1, 126. — *praeceptis*, RT d (codd. Salmas. exerc. p. 39. a. D.) *praecipuis*, Mediolan. et unus liber Rezz. β. — *demum*, d.

§ 121. *unum Romae*, d. Vid. Valer. Max. V. 4, 7. et Solin. 1, 124. — *possint*, T d. *poss‾*, R. *possunt*, r (Rob.) — *inclusam*, Rob. *incolura*, R d. — *matrem*, Rob. — *excussa*, Valer. Max. V. 7, 4. *excurrant*, R[1]d. *quirenti*, R[2]. *curante*, r δ ρ φ (ap. Gronov. miscell. p. 846.) codd. Salmas., Rob. *excutiente*, T (?). Prae aliis Salmas. (*curante* vel *exquirente*) et Gron. (*scrutante*) coniecturis praeferenda tertia Salmas. *excussa ante* et ob vestigia codicum et ob usum Plinii, qui adverbia verbis subiicere solet; v. ad 36, 18. — *filiae*, R d r (Rob.) Om. β. — *pietate*, r. — *consecratus est*, r (Rob.) — *T.*, Pigh. annal. 2, 440. — *M'.*, Pigh. *M.*, R d (Rob.) β.

§ 122. *apprehensis*, d. Ceterum v. Valer. Max. IV. 6, 1. — *sexu*, r (Rob.) — *meonecare*, RT d. *meum inquit necare*, Rob. — *enim*, R (Rob.) *nimium*, T d. — *es*, d. — *potes*, d. — *Hoc—est* omitt. R[1]d. — *consecuta*, θ. — *M. Lepidus—iaceret* omitt. R d. — *Rupilius*, Drakenb. ad Liv. epit. 59. *Rutilius*, R d β γ. — *Appuleius Catienus*, θ. — *Plotinus*, θ. *Philotimus*, β.

§ 123. *scientia*, R d. *recensiores*, T. — *et innumerabiles*, Rob. — *astrologia*, R[2] (Rob.) *astriga*, R[1]d (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 456. a. D.) *astrica*, Salmas. — *Beriosus*, d (Rigalt.) — *ob*, d[2]. *ob id*, R d[1]. — *grammatica Apollodorus*,

XXXVII. 37. Variarum artium scientia innumerabiles 123
enituere, quos tamen attingi par sit florem hominum liban-
tibus: astrologia Berosus cui ob divinas praedictiones Athe-
nienses publice in gymnasio statuam inaurata lingua statuere,
grammatica Apollodorus cui Amphictyones Graeciae hono-
rem habuere, Hippocrates medicina qui venientem ab Illyriis
pestilentiam praedixit discipulosque ad auxiliandum circa
urbis dimisit, quod ob meritum honores illi quos Herculi
decrevit Graecia. Eandem scientiam in Cleombroto Ceo Pto-
lemaeus rex Megalensibus sacris donavit c talentis, servato
Antiocho rege. Magna et Critobulo fama est extracta Phi- 124
lippi regis oculo sagitta et citra deformitatem oris curata
orbitate luminis, summa autem Asclepiadi Prusiensi condita
nova secta, spretis legatis et pollicitationibus Mithridatis re-
gis, reperta ratione qua vinum aegris mederetur, relato ex
funere homine et conservato, sed maxume sponsione facta
cum fortuna, ne medicus crederetur si umquam invalidus
ullo modo fuisset ipse; et vicit suprema in senecta lapsu
scalarum exanimatus.

38. Grande et Archimedi geometricae ac machinalis scien- 125
tiae testimonium M. Marcelli contigit, interdicto cum Syra-
cusae caperentur, ne violaretur unus, nisi fefellisset inperium
militaris inprudentia. Laudatus est et Chersiphron Cnosius
aede Ephesi Dianae admirabili fabricata, Philon Athenis ar-
mamentario mille navium, Ctesibius pneumatica ratione et

omitt. R[1]d. — *cui — habuere* omitt. Rd. — *medicina pollent qui*, K. — *qui*, Rob. Omitt. Td. In R casu periisse videtur initio versus. — *Illyricis*, Td. — *discipulosque*, Rθ. *et discipulos*, Rob. β. *discipulis quos*, Td. — *quod*, codd. Gel. *quos*, d. *cui*, K. De R valet quod modo supra. — *interitum*, d. — *inde ombroto*, d. — *Ceo*, codd. Gel. *Ce*, Rd. Om. r.

§ 124. *Cyrobolo*, R. — *extincto*, Rob. — *curato orbe*, K. — *Asclepiades Prusiensis*, Kr (Rob.) — *recta*, d. — *spretis*, Rd. *yprateris*, Rob. — *mederetur*, d (Rob.) *medetur*, Rβ. — *relato ex*, θ. *relato e*, Rob. *relate*, R. *relatae*, d. — *conservato*, RθTd (Rob.) *servato*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *ne medicus crederetur*, suppositicia habet Pithoeus adv. 1, 18. — *ulllo modo*, om. d[1]. — *et vicit*, RTd. *et victor*, Rob. $\beta\gamma$. — *exanimatus*, RTd (Rob.) *exanimatus est*, $\beta\gamma$.

§ 125. *sciendae*, R. — *interdictu*, RθTd. — *Syracusa caperetur*, Td. — *Chersiphron*, Pint. *Cresipron*, R. *Cresimphro*, Td. *Chrisippon*, θ. *Crissipon*, codd. Salmas. exerc. p. 571. a. E. *Ctesiphon*, codd. Gelen. β. Vid. catalog. artif. p. 148. Similis lectionis varietas est ap. Vitruv. III. 2, 6. VII. praef. § 16. — *Gnosius*, Rd. *Gnesius*, T. — *Ephesi*, Rd. *Ephesii*, θ. *Ephesiae*, $\beta\gamma$. — *admirabili*, RθTd. *admirabiliter*, β. — *Ctesibius*, Barbar. *Catesibius*, R. *etesibius*, d[1]. *citesibius*, d[2].

hydraulicis organis repertis, Dinochares metatus Alexandro
condente in Aegypto Alexandriam. Idem hic inperator edixit
ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgote-
les scalperet, quam Lysippus ex aere duceret, quae artes
pluribus inclaruere exemplis.

XXXVIII. 39. Aristidis Thebani pictoris unam tabulam 126
centum talentis rex Attalus licitus est, octoginta emit duas
Caesar dictator, Medeam et Aiacem Timomachi, in templo
Veneris Genetricis dicaturus. Candaules rex Bularchi pictu-
ram Magnetum exiti, haud mediocris spati, pari rependit
auro. Rhodum non incendit rex Demetrius expugnator co-
gnominatus, ne tabulam Protogenis cremaret a parte ea muri
locatam. Praxiteles marmore nobilitatus est Cnidiaque Ve- 127
nere praecipue vesano amore cuiusdam iuvenis insigni et
Nicomedis aestumatione regis grandi Cnidiorum aere alieno
permutare eam conati. Phidiae Iuppiter Olympius cotidie
testimonium perhibet, Mentori Capitolinus et Diana Ephesia,
quibus fuere consecrata artis eius vasa.

XXXIX. 40. Pretium hominis in servitio geniti maxu- 128
mum ad hanc diem, quod equidem conpererim, fuit gram-

Dinochares, R (libri meliores Salmas.) *Dionarces*, Td. *Dinocrates*, Solin. 32, 41. 40, 5., *βγ*. Vid. ad 34, 148. — *scalperet*, RθT. *sculperet*, d*βγ*. — *incaruere*, R. *incaluere*, d.

§ 126. *licitus*, RθTd (codd. optimi ap. Oudend. ad Appul. met. p. 143.) *licitatus*, *β*. — *Medeam*, Sabell. *Mediam*, R^{1}d. *meta*, R^{2}. — *Aiacen Timmomachi*, R^{1}. *iacent monomachi*, R^{2}. *aia centhi monarchi*, d. — *Candaulus*, d. *Cantaulas*, *β*. — *Bolarchi*, d. *Olarchi*, R. — *haud*, RTd. Om. *β*. — *mediocris spatii*, Bud. de ass. p. 251. *mediocris pati*, R^{1}d. *m. pate*, R^{2}. *medio crispanti*, codd. Bud. — *muris*, d.

§ 127. *gignendiaque*, d. — *verano*, R^{1}d. — *insignis*, RTd. Plinius scripsisse videtur *insigni*, *set et*, quo ducunt vestigia codicum et quod tam meliore sermonis conformatione, quam usu Plinii commendatur, qui has particulas ita coniungere amat; v. 2, 5. 6, 54. 7, 10. 116. 29, 49. 65. 34, 49. 35, 11. — *grandis*, Rd. — *Dianę*, Rd. — *Ephesia*, R^{2}. *Ephesi*, R^{1}θTd. Ceterum in hoc loco corruptelae aliquid latere docent cum vox *fuere*, quae de tempore praeterito modo valens minime conciliari potest cum verbis *quotidie perhibet*, tum verba 33, 154., ubi Plinius diserte ait: *nullum* (Mentoris vas) *exstare dicitur Ephesiae Dianae templi aut Capitolini incendiis*. Hinc illa ipsa templa Mentori testimonium quotidie perhibere neutiquam dici possunt, et persuasum mihi est Plinium scripsisse *Mentori olim* sc. *perhibuit*, quales omissiones eiusdem verbi, quamquam diverso tempore supplendi, saepissime inveniuntur; v. Heind. ad Horat. sat. I. 1, 23., Garat. ad Cic. Mil. 37. et Spohn. ad Verg. ecl. 9, 1. — *eius artis*, d. — *varra*, d.

§ 128. *humanis*, d. — *genitum*, Rd. — *compererit*, d. — *Daphni Natio*, codd. Salmas. exerc. p. 30. a. D. et Gronovii ad 25. c. 2. *dapninatio*, R. *dampnatio*, d. *Daphnidis*, *Cn.*, *β*. *Daphnidis Egnatio*, Gronov. *Daphni*, *Gnatio*, Hard. *γ*. —

maticae artis Daphni, Natio Pisaurense vendente et M. Scauro
principe civitatis IIɪ. ᴅᴄᴄ licente. Excessere hoc in nostro
aevo nec modice histriones, sed libertatem suam mercati,
quippe cum iam apud maiores Roscius histrio IIɪ. ᴅ annua
meritasse prodatur; nisi si quis in hoc loco desiderat Ar- 129
meniaci belli paulo ante propter Tiridaten gesti dispensato-
rem, quem Nero IIɪ. ᴄxxx manumisit. Sed hoc pretium
belli, non hominis fuit tam, Hercules, quam libidinis, non for-
mae, Paezontem e spadonibus Seiani IIɪ. ᴅ mercante Lu-
torio Prisco. Quam quidem iniuriam lucri fecit ille mercatus
in luctu civitatis, quoniam arguere nulli vacabat.

XL. 41. Gentium in toto orbe praestantissima una omnium 130
virtute haut dubie Romana exstitit. Felicitas cui praecipua fuerit homini, non est humani iudici, cum prosperitatem ipsam alius alio modo et suopte ingenio quisque determinet. Si verum facere iudicium volumus ac repudiata omni fortunae ambitione decernere, nemo mortalium est felix. Abunde agitur atque indulgenter a fortuna deciditur cum eo qui iure dici non infelix potest. Quippe ut alia non sint, certe ne lassescat fortuna metus est, quo semel recepto solida felicitas

Pisaurensi, β. — *IIɪ*, Hard. *III*, Rd (omnes codd. Salmas.) *III. M*, β. *H-S*, γ. — *DCCC*, r. — *histrioni reddi*, R^1. *histrionis reddi*, R^2d. Vulgata *histr. sed* cum sit aperte interpolata, in codicum scriptura numerum aliquem ingentem latere existimo, quo unus alterve histrionum libertatem suam mercatus erat, quam ad coniecturam numerus ingens statim sequens ducit, quem Roscius meritaverat. — *histrio IIɪ*, Hard. *histrio III*, RθTd (codd. Salmas.) *histrioni*, K. *histrio HS*, βγ. — *mercasse*, K.

§ 129. *nisi si*, Rd (Ambr. I.) *nisi*, θγ. — *Tiridaten*, Rd. *Tiridatem*, βγ. — *IIɪ*, Hard. *III*, Rdr (codd. Salmas. et Gronovii miscell. p. 846. et cod. Bud. de ass. p. 276.) *in*, alii codd. Gronov. *HS*, βγ. — *CXXX*, Rr (codd. Salmas. et Gronovii, Medioll. et alii ap. Rezz.), *CXX*, d (cod. Bud.) β. *centies vicies*, K. Ceterum de hoc et superioribus numeris consule Salmas. et Gronov., quorum vestigia tacite premit Hard. — *Hercules*, Rd. *Hercule*, codd. Gel. βγ. — *Paezontem*, d (codd. Gel.) *p̄zontem*, R. *Parenetemi*, Vaticani et Passion. *Paronetemi*, Ambr. I. *Pezontemes*, Ambr. II. *Patontemes*, r. — *e spadonibus*, Rd (codd. Gel.) *spadonis*, r (omnes codd. Rezz.) — *Seiani*, codd. Gelen. et Salmasii. *reiani*, Rd. *Seiano*, codd. Rezz. γ. — *IIɪ*, Hard. *III*, Rd (codd. Salmas. et Gronovii.) *III M*, codd. Gelen. β. *HS*, γ. — *Lutorio*, Lips. ad Tac. annal. 3, 49. *L. Lutorio*, Gronov. *C. Lutorio*, Hard. *Sutorio*, Barbar. Rd (codd. Gelen. et Salmasii) β. *Sutonio*, Ambross. *a Sutorio*, codd. Gronov. *a C. Lutorio*, γ. — *vocabat*, R.

§ 130. *omnium*, RθTdr (Rob.) *omni*, β, quod defendit Gesner. chrestom. p. 195. — *suopte*, R. *suapte*, Rob. *pro suopte*, Tr. *prompte*, d. — *quisque*, omitt. Td. — *determinet*, RθT. *terminet*, d (Rob.) βγ. — *nemo mortalium*, Rd (Rob.) *mortalium nemo*, βγ. — *agitur*, RθTdr (Rob.) *igitur*, β. — *a*, R. Omitt. Td (Rob.) βγ. — *deciditur*, RθTr (Rob.) *decidita*, d. *decidit*, βγ. *indulgente fortuna deciditur*, Hard.

non est. Quid quod nemo mortalium omnibus horis sapit? 131
utinamque falsum hoc et non ut a vate dictum quam plu-
rumi iudicent! Vana mortalitas et ad circumscribendam se
ipsam ingeniosa conputat more Thraciae gentis, quae calcu-
los colore distinctos pro experimento cuiusque diei in urnam
condit ac supremo die separatos dinumerat atque ita de
quoque pronuntiat. Quid quod iste calculi candore illo lau-
datus dies originem mali habuit? Quam multos accepta ad- 132
flixere inperia! quam multos bona perdidere et ultimis mer-
sere suppliciis, ista nimium bona, cum interim illa hora in
gaudio fuit! Ita est profecto, alius de alio iudicat dies et
tamen supremus de omnibus ideoque nullis credendum est.
Quid quod bona malis paria non sunt etiam pari numero,
nec laetitia ullo minumo maerore pensanda? Heu vana et
inprudens diligentia! numerus dierum conparatur, ubi quae-
ritur pondus.

XLI. 42. Una feminarum in omni aevo Lampido Lace- 133
daemonia refertur quae regis filia, regis uxor, regis mater
fuerit; una Berenice quae filia, soror, mater Olympionica-
rum; una familia Curionum in qua tres continua serie ora-
tores exstiterint; una Fabiorum in qua tres continui prin-
cipes senatus, M. Fabius Ambustus, Fabius Rullianus filius,
Q. Fabius Gurges nepos.

XLII. 43. Cetera exempla fortunae variantis innumera 134

§ 131. *ut a*, RTd. *a*, Rob. βγ. — *circumscribendam*, RθK (Rob.) *circumscribendum*, dβγ. — *separatim*, K. — *de*, om. R[1]. — *quoque*, R[1] (Rob.) *quoquo*, R[2]. *uno quoque*, d. — *laudato die*, RθTdr. — *abuisset*, R.

§ 132. *prodidere*, Rob. — *nimium*, RTd. *nimirum*, βγ. — *cum*, RθTd. *si cui*, βγ. — *interim*, RθTd. *inter*, βγ. — *quod*, om. R[1]. — *sint*, Rob. — *etiam* — *vana* omisso *heu*, d ad marginem. — *par*, R. — *ullo*, R. *uno*, T. *ulla*, Kd (Rob.) γ. — *pensanda*, d (Rob.) *pensandae*, R. — *Heu*, Rob. Omitt. Rd. — *vane*, R. — *diligentiae*, d. — *computatur*, K.

§ 133. *refertur*, Td (codd. Rezz.) *referitur*, R. *reperitur*, codd. Gelen., Rob. βγ. — *fuerit*, RθTd (Rob.) *fuit*, β. — *Berenice*, θTdr. *Verenice*, R. *Pherenice*, Barbar. β. — *familia*, Rob. *filia*, Rd. — *exstiterint*, Rθ. *exstiterunt*, d (Rob.) βγ. — *Rullianus*, Rd (codd. Gel.) *Rulliani*, θ.

§ 134. *facit*, RθTd. *fecit*, Rob. β. — *ex insignibus malis*, Dalec. — *XXXVI*, Rd. *XXXIII*, r. — *sed usque*, Rθd. Om. β. Ceterum in h. l. corruptelam inesse senserunt et Pint. et Gesner., quorum ille coniectura satis violenta ei succurrere vult, hic chrestom. p. 199. diversus ab Hard., qui verba *sed iterum proscriptus* ad sequentia refert, haec ipsa verba cum β prioribus annectit. Sed haec ipsa ratio, quam interim ego quoque retinui, structuram reddit elumbem, et certo mihi persuasum est Plinium scripsisse *proscriptura* sc. *fortuna*.

§ 135. *Pompeii*, Rr. *Pompeius*, STd. Huic voci addunt *Strabonis* βγ, quod

sunt; etenim quae facit magna gaudia nisi ex malis, aut quae mala inmensa nisi ex ingentibus gaudiis?

XLIII. Servavit proscriptum a Sulla M. Fidustium senatorem annis xxxvi; sed iterum proscriptus; superstes Sullae vixit, sed usque ad Antonium, constatque nulla alia de causa ab eo proscriptum, quam quia proscriptus fuisset.

44. Triumphare P. Ventidium de Parthis voluit quidem 135
solum, sed eundem in triumpho Asculano Cn. Pompei duxit
puerum, quamquam Masurius auctor est bis in triumpho
ductum, Cicero mulionem castrensis furnariae fuisse, plu-
rumi iuventam inopem in caliga militari tolerasse. Fuit et 136
Balbus Cornelius maior consul, sed accusatus atque de iure
virgarum in eum iudicum in consilium missus, primus ex-
ternorum atque etiam in oceano genitorum usus illo honore
quem maiores Latio quoque negaverint. Est et L. Fulvius
inter insignia exempla, Tusculanorum rebellantium consul
eodemque honore cum transisset exornatus confestim a po-
pulo Romano, qui solus eodem anno quo fuerat hostis Ro-
mae triumphavit ex iis quorum consul fuerat. Unus homi- 137
num ad hoc aevi Felicis sibi cognomen adseruit L. Sulla,
civili nempe sanguine ac patriae oppugnatione adoptatus;
et quibus felicitatis inductus argumentis? Quod proscribere
tot milia civium ac trucidare potuisset. O prava interpretatio
et futuro tempore infelix! Non melioris sortis tunc fuere

cognomen nullus codex agnoscit. — *Cicero*, vel potius, si Plinius huc respicit, Plancus ad Ciceron. Fam. 10, 18. „Ventidii Mulionis castra despicio." — *castrensis*, RTKdr. *castrensem*, βγ. — *furnariae*, Turneb. adv. 29, 18. *furinariae*, θ. *fusinariae*, Td (codd. Turnebi.) *fufifurie*, R. *suffranium*, r. *ferraviam*, codd. nonnulli pervetusti Turnebi. *frumentarium*, codd. Barbari. *sufferaneum* vel potius *sufforaneum*, Sabell. *suffarranium*, βγ. — *inventam*, R. — *in*, om. r.

§ 136. *iudicum*, codd. Barbari et Gelenii. *iudicem*, RθTd. *iudicium — missum*, Ruhnken. ad Vell. 2, 51. et Zumpt. *über die persönliche Freiheit des Röm. Bürgers* p. 41., cui coniecturae assentirer, nisi per eam collatis verbis statim infra sequentibus, quae arctissime cum superioribus cohaerent, structura tota frangeretur. Non multum abest, quin *iudicem* pro vero habeam, ut Plin. cum acrimonia quadam ei propria dicat Balbum eo ipso tempore, quo civitatis male affectatae accusatus sit, iudicis munere functum fuisse eumque quodammodo ipsum de se indicare debuisse. — *in oceano*, om. d. — *maiore statio*, d. — *negaverint*, RθTd. *negaverunt*, βγ. — *eodem quoque honore transfuga*, S. — *qui fuerat*, Rd. — *de iis*, K.

§ 137. *Unum*, R. *Unem*, d. — *adoptatus*, d. *adoptat'*, R. *adoptatum*, Hard. tacite, γ. — *et quibusnam*, θr. Ita vel *ex quibusnam*, Sabell. *En quibus*, Pint. *sed quibus*, Salmas. exerc. p. 39. b. B. *At quibus*, Hard. — *indutus*, d. — *potuisset*, R. *posset*, Td. — *tempori*, Pint. — *Nam*, Dalec.

pereuntes quorum miseremur, cum Sullam nemo non oderit?
Age, non exitus vitae eius omnium proscriptorum ab illo 138
calamitate crudelior fuit, erodente se ipso corpore et sup-
plicia sibi gignente? Quod ut dissimulaverit et supremo
somnio eius, cui inmortuus quodammodo est, credamus ab
uno illo invidiam gloria victam, hoc tamen nempe felicitati
suae defuisse confessus est, quod Capitolium non dedica-
visset.

45. Quintus Metellus in ea oratione quam habuit supremis 139
laudibus patris sui L. Metelli pontificis, bis consulis, dicta-
toris, magistri equitum, quindecimviri agris dandis, qui pri-
mus elephantos ex primo Punico bello duxit in triumpho,
scriptum reliquit decem maxumas res optumasque, in quibus
quaerendis sapientes aetatem exigerent, consummasse eum;
voluisse enim primarium bellatorem esse, optumum orato- 140
rem, fortissimum inperatorem, auspicio suo maxumas res
geri, maxumo honore uti, summa sapientia esse, summum
senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo invenire,
multos liberos relinquere et clarissimum in civitate esse;
haec contigisse ei nec ulli alii post Romam conditam. Lon-
gum est refellere et supervacuum, abunde uno casu refu-
tante. Siquidem is Metellus orbam luminibus exegit senectam 141
amissis incendio cum Palladium raperet ex aede Vestae,
memorabili causa sed eventu misero; quo fit ut infelix qui-
dem dici non debeat, felix tamen non possit. Tribuit ei po-
pulus Romanus, quod nulli alii ab condito aevo, ut quotiens

miseremur , R. *miseremur hodie*, d $\beta\gamma$. — *cum te Sulla*, K. — *nemo adorat*, r.

§ 138. *eius*, om. r. — *tibi*, T. *ibi*, K. — *Quod*, om. R. — *dissimulaveris*, K. — *et*, om. β. — *eius*, om. r. — *cui*, Barbar. R. *civi*, d. *cum*, r. — *immortuus*, Rd. *mortuus*, r β. *cuius vi mortuus*, Dalec. — *est*, Rdr. *es*, K. — *creditus*, r. — *ipse*, Titz. p. 129. sq. — *tuae*, K. — *defuisse*, om. d[1]. — *es*, K. — *dedicavisses*, K.

§ 139. *Que*, R[1]. *Quod*, R[2]. *Quem*, d. — *supremi*, R. — *L.*, om. d. — *XII viri*, r. — *dividendis*, K. — *plurimos*, Pint. — *ex*, RθTdr. Om. β. — *reddendis*, r. — *consummasse aevo. Fuisse enim pr. bellatorem; optimum*, Pint.

§ 140. *eum valuisse. Primarium enim bell.*, K (Rob.) *Valuisse*, S. — *in civ. est*, β. — *ei*, om. d[1]. — *refutantes*, d.

§ 141. *eadem*, d. — *tamen esse*, Rob. — *nulli*, RθT (Rob.) *nunquam ulli*, d$\beta\gamma$. — *ab*, Rob. Omitt. RθTd. — *magnum ei et*, Rob.

§ 142. *dixit*, RθTd. *dixerat*, $\beta\gamma$. — *inter ra*, R. *intra*, dr. — *numeretur*, d. — *e*, omitt. Rd. — *illatis*, R[1]d. — *praetorio*, Pint. et Pigh. annal. 3, 97. *praetorie*, R[1]. *praetore*, R[2]dβ. — *duobus triumphalibus*, om. d[1].

§ 143. *C. Atinio*, Torrent. ad Hor. sat. I. 6, 39. et Pigh. annal. 3, 20. Add. Corrad. ad Cic. Brut. p. 153., Torren. ad Valer. Max. VIII. 3, 2. et Duker. ad

in senatum iret, curru veheretur ad curiam, magnum et
sublime sed pro oculis datum.

XLIV. Huius quoque Q. Metelli qui illa de patre dixit 142
filius inter rara felicitatis humanae exempla numeratur. Nam
praeter honores amplissimos cognomenque e Macedonia quat-
tuor filiis inlatus rogo, uno praetorio, tribus consularibus,
duobus triumphalibus, uno censorio, quae singula quoque
paucis contigere; in ipso tamen flore dignationis suae ab 143
C. Atinio Labeone cui cognomen fuit Macerioni tribuno
plebis, quem e senatu censor eiecerat, revertens e campo
meridiano tempore vacuo foro et Capitolio ad Tarpeium
raptus ut praecipitaretur, convolante quidem tam numerosa
illa cohorte quae patrem eum appellabat, sed, ut necesse
erat in subito, tarde et tamquam in exsequias, cum resi-
stendi sacroquesanctum repellendi ius non esset, virtutis
suae opera et censurae periturus, aegre tribuno qui interce-
deret reperto a limine ipso mortis revocatus; alieno bene- 144
ficio postea vixit bonis inde etiam consecratis a damnato
suo, tamquam parum esset faucium reste intortarum, ex-
pressi per auris sanguinis poenam exactam esse. Equidem
et Africani sequentis inimicum fuisse inter calamitates duxe-
rim, ipso teste Macedonico, siquidem dixit: „ite filii, celebrate
exsequias, numquam civis maioris funus videbitis"; et hoc
dicebat iam Baliaricis, Diadematis, iam Macedonicus ipse.
Verum ut illa sola iniuria aestumetur, quis hunc iure feli- 145

Liv. epit. 59. Confirmat R. *Catinio*, β. *Catilino*, d. — *Macerionis*, Td. — *et*, om. β. — *praecipitaretur*; pone h. v. Pint. verba *virtutis — periturus* collocat. — *resistenti*, R. — *collegium repellendi*, r. — *perituris*, d. — *intercideret*, Rd. — *reperto*, R. *referto*, d. *recepto*, K. *referente*, r (codd. Barbari.)

§ 144. *et inde*, R. — *consecratus*, d. — *damnato*, RθTSdr. *damnatu*, β. Ruhnken. ad Vell. 1, 11. verba *a damn. suo* corrupta recte dicit, non acquiescens ergo in Hard. explicatione. — *quamquam parum obesset*, Titz. — *reste*, Ruhnken. *recte*, Pigh. *certe*, Rdβγ. — *expressi*, Rd. *expressique*, βγ. — *nares*, Pigh. *aures et nares*, Ruhnken. — *poena exacta est*, θ. *poena exacta esset*, T. *poenae exacta esset*, Rd. Veterem lectionem β recte praetulerunt Ruhnken. et Beier. ad Cic. Off. 1, 25. p. 198. — *Africani sequentis*, R. *Africanis equitis*, d. *Afr. Aemiliani*, r. *Afr. secundi*, Beier. — *siquidem*, RSTdr. *siquidem liberis*, βγ. — *Baliaricis*, R. *Balearicis*, dβγ. Huic voci addit *et Creticis* β, quod recte omitt. RTdr (tres codd. Medicei ap. Noris. cenot. Pis. p. 65.) Vid. Corrad. ad Cic. Brut. p. 154. sq. — *Diadematis*, Rd. *et Diadematis*, βγ. *Dalmaticis*, Beroald. K. Probant Gesner. chrestom. p. 217. et Titz. At v. intpp. ad h. l., Ernesti. Cl. Cicer. p. 210. et Ellendt. ad Cic. Brut. p. LVII. ed. 1.

§ 145. *iure*, om. d[1].

cem dixerit periclitatum ad libidinem inimici nec Africani
saltem perire? Quos hostis vicisse tanti fuit? aut quos non
honores currusque illa sua violentia fortuna retroegit, per
mediam urbem censore tracto, — etenim sola haec morandi
ratio fuerat, — tracto in Capitolium illud, in quo trium-
phans ipse de eorum exuviis ne captivos quidem sic traxe-
rat? Maius hoc scelus felicitate consecuta factum est, pe- 146
riclitato Macedonico vel funus tantum ac tale perdere, in
quo a triumphalibus liberis portaretur in rogum velut exse-
quiis quoque triumphans. Nulla est profecto solida felicitas,
quam contumelia ulla vitae rumpit, nedum tanta. Quod su-
perest, nescio, morum gloriae an indignationis dolori accedat
inter tot Metellos tam sceleratam C. Atini audaciam semper
fuisse inultam.

XLV. 46. In divo quoque Augusto, quem universa mor- 147
talitas in hac censura nuncupet, si diligenter aestumentur
cuncta, magna sortis humanae reperiantur volumina: repulsa
in magisterio equitum apud avonculum et contra petitionem
eius praelatus Lepidus, proscriptionis invidia, conlegium in
triumviratu pessimorum civium nec aequa saltem portione
sed praegravi Antonio; Philippensi proelio morbi, fuga et 148
triduo in palude aegroti et, ut fatentur Agrippa et Maece-
nas, aqua supter cutem fusa turgidi latebra, naufragia Si-
cula et alia ibi quoque in spelunca occultatio; iam in navali
fuga urguente hostium manu preces Proculeio mortis admo-
tae, cura Perusinae contentionis, sollicitudo Martis Actiaci,

ad libidinem, R. *a libidine*, Td. — *Africano saltem paris*, K. *ab Africano s. perire*, Dalec. — *rursusque*, r. — *et per*, d. — *morandi*, RTd. *moriendi*, β. — *Capitolio cum*, d. — *illo*, θ. *ille*, Rd. — *inquit*, d. — *deorum exubiis*, R. — *nec*, d.

§ 146. *ac*, om. d. — *rupit*, θr. — *maiorum*, r. *maior gloriae an indignationis dolor accedat*, K. *an dignationi dolor*, Dalec. — *Cattinii*, β. *catini*, d (ex corr.)

§ 147. *nuncupet*, R^2Td^2. *nuncupit*, R^1d^1. *nuncupat*, βγ. — *cuncta*, R. *nunc tam*, d. *nunquam*, codd. Salmas. exerc. p. 17. a. C. *nunquam tam magna — rapientur*, r. *aestimetur*, *quam magna*, Salmas. — *reperientur*, K. Exscripsit h. l. Solin. 1, 48. 49. — *avuncolarium*, R. *avunculiarum*, d. Plinius scripsisse videtur *avunculum maiorem*, coll. Vell. 2, 59. et Suet. Aug. 7. — *petitionem*, RS. *voluntatem*, TdK. — *eius*, mihi suspectum, cum *suam* exspectetur; Plinius potius *ei* scripsisse videtur. — *invidia*, R (codd. Gelen.) *invidiam*, d (omnes codd. Salmas.) *ad proscr. invidiam*, Salmas. — *praegravi*, R. *praegravante*, Td (nonnulli codd. Salmas.)

§ 148. *morbi*, RθTd. *morbus*, βγ. — *triduo*, θdr. *tridui*, TK. *tridua*, R. — *palude*, RθTKdr. *palude latebrae*, β. — *aegrotantis*, r. — *turgidi latebra*,

Pannonicis bellis ruina e turri, tot seditiones militum, tot
ancipites morbi corporis; suspecta Marcelli vota, pudenda 149
Agrippae ablegatio, totiens petita insidiis vita, incusatae li-
berorum mortes luctusque non tantum orbitate tristis, adul-
terium filiae et consilia parricidae palam facta, contumeliosus
privigni Neronis secessus, aliud in nepte adulterium, iuncta
deinde tot mala, inopia stipendi, rebellio Illyrici, servitiorum
delectus, iuventutis penuria, pestilentia urbis, fames Italiae,
destinatio exspirandi et quatridui inedia maior pars mortis
in corpus recepta; iuxta haec Variana clades et maiestatis 150
eius foeda suggillatio, abdicatio Postumi Agrippae post ad-
optationem, desiderium post relegationem, inde suspicio in
Fabium arcanorumque proditionem, hinc uxoris et Tiberi
cogitationes, suprema eius cura. In summa, deus ille cae-
lumque nescio adeptus magis an meritus herede hostis sui
filio excessit.

XLVI. 47. Subeunt in hac reputatione Delphica oracula 151
velut ad castigandam hominum vanitatem a deo emissa. Duo
sunt haec: Pedium felicissimum qui pro patria proxume
occubuisset; iterum a Gyge rege tunc amplissimo terrarum
consulti, Aglaum Psophidium esse feliciorem; senior hic in
angustissimo Arcadiae angulo parvom sed annuis victibus
large sufficiens praedium colebat numquam ex eo egressus
atque, ut e vitae genere manifestum est, minuma cupiditate
minumum in vita mali expertus.

RθTKdr. *turgida latera*, β. — *preces pro periculo mortis*, r. — *Pannonicis bellis*, Rr (codd. Salmas. exerc. p. 18. b. C.) *Pannonici///belli*, d. *Pannonici belli*, codd. Gelen. β. — *ruina e turri*, R. *ruine turri*, d. *ruinae curri*, Rigalt. *ruina in curru*, nonnulli codd. Salmas. *ruinae in curru*, r. *ruinae pontis*, K.

§ 149. *vita*, K. — *alienatio*, Torrent. ad Suet. Aug. 66. — *incusante*, d. — *orbitate*, d. *orbitatē*, R. — *tristis*, R. *triste*, d. *tristes*, βγ. *et amissis liberis non solus orbitatis dolor*, Salmas. e libris. — *in nepte*, R^{2}θT. *inepte*, R^{1}. *inepre*, d. *neptis*, βγ. — *milia*, d. — *fames*, Rθr (codd. Salmas.) *fame siti*, Td. *fames sitisque*, βγ. — *Ittaliae*, R. — *corpore*, d.

§ 150. *adoptationem*, R. *adoptionem*, dβγ. — *relationem*, R. — *suspiciis*, R^{1}. — *proditorem*, θ. *prodito*, K. *arcanorum proditorem* vel *proditionis*, Salmas. — *ds illū*, R. — *hostis sui*, R (codd. Gelen.) *orti suo*, d. *non suo*, codd. Barbari.

§ 151. *hanc*, R. — *castiganda*, R. *castigandum*, d. — *vanitatum*, d^{1}. — *ab*, θr. — *Pedium*, RTd. *Paedium*, θ. *Phedium*, βγ. — *consulti*, Rθ. *consultu*, d. *consultum*, βγ. — *Prophidium*, R. *Prophodium*, d. Haec ex Valerio Max. VII. 1, 2. — *angustissimum*, d. *augustissimum*, R. — *eo*, Rd^{2}. *quo*, d^{1}. — *atque ut*, Rd. *utque*, S. *utique*, r. — *minime*, d. — *cupidine*, β.

XLVII. 48. Consecratus est vivos sentiensque eiusdem 152
oraculi iussu et Iovis deorum summi adstipulatu Euthymus pycta, semper Olympiae victor et semel victus. Patria ei Locri in Italia. Ibi imaginem eius et Olympiae alteram eodem die tactam fulmine Callimachum ut nihil aliud miratum video ad eumque iussisse sacrificari, quod et vivo factitatum et mortuo; nihilque adeo mirum aliud quam hoc, placuisse dis.

XLVIII. 49. De spatio atque longinquitate vitae homi- 153
num non locorum modo situs verum exempla ac sua cuique sors nascendi incertum fecere. Hesiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit, fabulose, ut reor, multa de hominum aevo referens cornici novem nostras attribuit aetates, quadruplum eius cervis, id triplicatum corvis, et reliqua fabulosius in
phoenice ac Nymphis. Anacreon poeta Arganthonio Tarte- 154
siorum regi CL tribuit annos, Cinyrae Cypriorum X annis amplius, Aegimio CC, Theopompus Epimenidi Cnosio CLIII. Hellanicus quosdam in Aetolia Epiorum gentis CC explere, cui adstipulatur Damastes memorans Pictoreum ex iis praecipuum corpore viribusque etiam CCC vixisse; Ephorus Ar-
cadum reges CCC annis; Alexander Cornelius Dandonem 155
quendam in Illyrico D vixisse, Xenophon in periplo Lu-

§ 152. *eiusdem oraculi*, Rd. *oraculi eiusdem*, *βγ*. — *summi*, R. *vi*, d. — *adstipulatus*, d. — *Euthymus*, Barbarus ex Pausan. VI. 6, 4. *Eutymus*, d. *Eutimus*, R. — *pycta*, Rd (codd. Barbari.) *poeta*, K. — *sed ter*, Meurs. Att. lectt. 5. p. 301. *saepe*, Davis. ad Cic. N. D. 3, 27. — *Patrie et*, Rd. — *ubi*, r. — *eodem*, Rd. *eadem*, *βγ*. — *Callimachum*, fragm. 399. ed. Bentl., ubi vix quemquam fugere potest, esse ex libro Callimachi *περὶ θαυμασίων*. — *ut*, om. d[1]. — *ad eumque*, R*θ*d. *deumque*, *β*. — *sacrificare*, *θ*. — *nihilque de eo*, T.

§ 153. *spara*, R. — *Hesiodus*, ap. Plutarch. def. orac. p. 415. C. — *qui*, om. d[1]. — *de*, omitt. Rd, quod tamen me non movere potest, ut *aliqua* pro adverbio habeam. — *nostras novem*, d. — *id*, R. *in*, d. — *in phoenice*, R. *in nice hoc*, d.

§ 154. *Anacreon*, vid. Lucian. Macrob. 10. — *Arganthonio*, Barbar. *Arguatonio*, Rd. — *Tartesiorum*, Rd. *Tartessiorum*, *βγ*. — *CL*, RSTd. *CLII*, Augustin. de civ. dei 15, 12. hunc Plinii locum exscribens. — *Egemio*, R. — *Theopompus*; haec sumpta sunt ex Valer. Max. VIII. 13. ext. 5. — *CLIII*, RTd. *CLVI*, *θ*. *CIV*, r. *CLVII*, *β*. — *Hellanicus*, fragm. 89. ed. Müller. — *Aetoliepiorum* (a h), R. *Ephyrorum*, K. — *et plere*, d. — *Damastes*, codd. Gel. *Damiates*, Rd. *Damiades*, *θ*r. — *Pictoreum*, R. *Pictorium*, *θ*d. *Lictorium*, K. — *iis*, R. *his*, *θ*d. — *Ephorū*, R. *Ephodorus*, Td. *Theophorus*, r. Vid. Ephori fragm. 24. ed. Müller., coll. Censorin. d. nat. 17. — *tricenis*, *θ*.

§ 155. *Dandonem*, R. *Candonem*, *θ*d. — *D*, om. d. — *periplo Lutmiorum*, ita e vestigiis codd. scripsi, quia omnes hucusque de h. l. prolatae coniecturae

tmiorum insulae regem DC atque ut parce mentitus filium eius
DCCC, quae omnia inscitia temporum acciderunt. Annum enim
alii aestate unum determinabant et alterum hieme, alii qua-
dripartitis temporibus, sicut Arcades quorum anni trimestres
fuere, quidam lunae senio, ut Aegyptii; itaque apud eos
aliqui et singula milia annorum vixisse produntur. Sed ut 156
ad confessa transeamus, Arganthonium Gaditanum octoginta
annis regnasse prope certum est; putant quadragesimo coe-
pisse. Masinissam sexaginta annis regnasse indubitatum est,
Gorgian Siculum centum et octo vixisse. Q. Fabius Maxu-
mus sexaginta tribus annis augur fuit. M. Perperna et nu-
per L. Volusius Saturninus omnium quos in consulatu sen-
tentiam rogaverant superstites fuere; Perperna septem reliquit
ex iis quos censor legerat; vixit annos XCVIII. Qua in re et 157
illud adnotare succurrit, unum omnino quinquennium fuisse
quo senator nullus moreretur, cum Flaccus et Albinus cen-
sores lustrum condidere, usque ad proxumos censores ab
anno urbis quingentesimo septuagesimo nono. M. Valerius
Corvinus C annos inplevit, cuius inter primum et sextum
consulatum XLVI anni fuere. Idem sella curuli semel ac vi-
ciens sedit, quotiens nemo alius; aequavit eius vitae spatia

nihili erant; vera scriptura nondum detecta. *petropulutmiorum*, R. *petropulutiniorum*, Lugdun. *petri plulutimorum*, T. *petri plulutiniorum*, Sd (codd. Salmas. exerc. p. 13. b. B.) *petri pulutimorum*, r. *in peri plutmiorum*, θ (*plut* in litura.) *Latinorum* vel *Lamiorum*, K. *periplo maritimorum*, β. *per. Latmiorum*, Salmas. *per. Thyniorum*, Hard. ed. 1. *per. Tyriorum*, idem in ed. 2., γ. Sed nomen insulae fabulosae in mari Baltico vel Atlantico sitae, quae maria adiisse Xenophontem Lampsacenum scimus, a littera *L* incipientis hic latere cum monstra lectionum codd., tum Valer. Max. VIII. 13. ext. 7. ostendit, ubi *is enim Latmiorum regem* legitur; utroque loco Pighius *Lachminorum* praefert, causa non addita. — *insulae*, om. β. — *patrem eius*, Pint. — *alium*, d. — *estrate*, R. Haec exscripsit Solin. 1, 34. — *unum*, d. In R rasura. — *atque*, d^1. — *aliqui*, om. R. — *singuli*, d.

§ 156. *Arganthonium*, Herodot. 1, 163. Sua sumpsit Plinius ex Valer. Max. VIII. 13. ext. 4. *Arcandorium*, R. *Archantonium*, d. — *esse*, R^2. — *Masinissam—vixisse* om. d^1. — *Gorgian*, vid. Valer. Max. VIII. 13. ext. 2. *Goniam*, d. *Gorgoniam*, R. — *sexaginta tribus*, Rd. *LXVI*, θ. *LX*, Barbar. *LXII*, Pigh. annal. 2, 223. coll. Liv. 30, 26. — *Perperna*, ita nos scripsimus. *Perpenna*, Rdβγ. Sumpsit haec Plinius ex Valer. Max. VIII. 13, 4. — *rogaverunt*, Td. *rogaver¯*, R. — *his*, d. — *legerat — annos* om. R^1. — *XCVIII*, Rd. *LXXXVIII*, θ. *XCVII*, r.

§ 157. *adnotaverit*, R^1. *adnotavere*, R^2. — *septuagesimo octavo*, r. — *Cornelius*, RθTd. Vid. Valer. Max. VIII. 13, 1. — *implevit annos*, d. — *cuius*, R. *cui*, Td. — *spatia*, RθTd. *spatium*, βγ.

Metellus pontifex. Et ex feminis Livia Rutili xcvi annos 158
excessit, Statilia Claudio principe ex nobili domo nonaginta
novem, Terentia Ciceronis ciii, Clodia Ofili cxv, haec qui-
dem etiam enixa quindeciens. Lucceia mima centum annis
in scaena pronuntiavit. Galeria Copiola emboliaria reducta
est in scaenam C. Poppaeo Q. Sulpicio coss. ludis pro sa-
lute divi Augusti votivis; annum viii agens producta fuerat
tirocinio a M. Pompilio aedile plebis C. Mario Cn. Carbone
consulibus ante annos xc, a Magno Pompeio magni theatri
dedicatione anus pro miraculo reducta. Sammulam quoque 159
centum annis vixisse auctor est Pedianus Asconius. Minus
miror Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit,
utrisque saecularibus ludis saltavisse et divi Augusti et quos
Claudius Caesar consulatu suo quarto fecit, quando lxiii
non amplius anni interfuere, quamquam et postea diu vixit.
In Tmoli montis cacumine quod vocant Tempsim cl annis
vivere Mutianus auctor est, totidem annos censum Claudi
Caesaris censura T. Fullonium Bononiensem, idque conlatis
censibus quos ante detulerat vitaeque argumentis — etenim
id curae principi erat — verum adparuit.

XLIX. 50. Poscere videtur locus ipse sideralis scientiae 160
sententiam. Epigenes cxii annos inpleri negavit posse, Be-

§ 158. *Rutilia*, RθTdr. Vid. Valer. Max. VIII. 13, 6. — *XCVI*, R. *XCVII*, dβγ. — *Statilia*, θ. *Sattilia*, RTd. *Stratiliae*, r. — *modo*, d. — *CIII*, d. *CIIII*, R. *CVI*, θ. — *Ofelli*, θ. — *CV*, Td. — *emboliaria*, d. *empoliaria*, R. *empolaria*, Salmas. ad scriptt. hist. Aug. p. 384. At v. Pigh. annal. 3, 256., Böttigeri opuscula p. 343., inscript. Orell. 2613. — *C. Poppaeo*, d. *C. Pompeo*, RT. *Cn. Pompeio*, β. Vid. Pigh. annal. 3, 256. 537. — *VIII*, R. *VIIII*, Td. *centesimum quartum*, βγ. — *agens*, RTd (cod. antiquiss. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 77.) *agens, quae*, βγ. — *Pompilio*, R. *Pomponio*, dβγ. — *aedile*, Rθ. *aedili*, dβγ. — *XC*, ita nos scripsimus. *XD*, Rd. *XV*, θ. *nonaginta novem*, β. *nonaginta unum*, γ. — *a*, Rd. *et a*, βγ. — *Marco*, Rd. — *Pomponio*, d. — *producta*, r.

§ 159. *Sammulam*, R. *Sammullam*, d. *Summullam*, θ. *Samulam*, β. — *Pedianus Asconius*, Rd. *Asc. Ped.*, βγ. — *togatus*, d. *togat'*, R. *togatas*, Sabell., Torrent. ad Suet. Aug. 45., γ. *togatarius*, Grysar. in diurn. scholast. 1832. nr. 46. p. 361. At v. Hermann. opusc. 5, 261. — *saecularibus*, Barbar. R. *singularibus*, d. — *saltavisse et*, ita nos scripsimus. *saltavisse*, θ. *saltavit sed*, Rd. *saltasse et*, βγ. — *Claudius quos*, d. — *LXXXIIII*, R. — *tot moli*, d. — *Tempsint*, R. — *Totidem annos id est CL*, r. — *censum*, r. *centum*, Rd. *item censum*, K. — *Fallonium*, R. — *argumentis*, om. d[1]. — *id*, om. d. — *principio*, RTd.

§ 160. *sententiam*, om. d[1]. — *Epigenes*, R in margine. *sic*, d. — *CXII*, RTd. *CXXV*, θ. *CXXII*, β. — *excedit*, RθTd. *excedi*, βγ. — *CXVII*, R. *CXVI*, Td (Salmas. de annis clim. p. 659. e codd. vett.) γ. — *Necepsus*, d.

rosus excedit CXVII. Durat et ea ratio quam Petosiris ac Necepsos tradidere et tartemorion appellant a trium signorum portione, qua posse in Italiae tractu CXXIV annos vitae contingere adparet. Negavere illi quemquam XC partium exortivam mensuram, quod anaphoras vocant, transgredi et has ipsas incidi occursu maleficorum siderum aut etiam radiis eorum solisque, schola rursus Aesculapii secuta quae stata vitae spatia a stellis accipi dicit; sed quantum plurumum tribuat, incertum est. Rara autem esse dicunt longiora 161
tempora, quandoquidem momentis horarum insignibus lunae dierum, ut VII atque XV, quae nocte ac die observantur, ingens turba nascatur scansili annorum lege occidua quam climacteras appellant, non fere ita genitis LIV. annum excedentibus. Primum ergo ipsius artis inconstantia declarat, 162
quam incerta res sit; accedunt experimenta recentissimi census quem intra quadriennium inperatores Caesares Vespasiani pater filiusque censores egerunt. Nec sunt omnia vasaria excutienda; mediae tantum partis inter Appenninum Padumque ponemus exempla. Centum viginti annos Parmae 163
tres edidere, Brixelli unus CXXV, Parmae duo CXXX, Placentiae unus, Faventiae una mulier CXXXII, Bononiae L. Te-

— *tradidere*, R (ex corr.) *tradiderit*, θ d. *tradiderunt*, $\beta\gamma$. — *tartemorion*, Meinek. exercitt. ad Athen. 2. p. 31. *tartemarion*, R. *artemorion*, codd. Bud. de ass. p. 119. *artemarion*, d. *tetarmorion*, K. *tetartemorion*, Budaeus, $\beta\gamma$. — *appellat*, R θ d. — *CXXIV*, R T d r. *CXXVII*, θ. *CXXVI*, β. — *has*, om. d[1]. — *maleficiorum*, R. — *aut radiis eorum solis*, Salmas. l. l. p. 663. — *schola* — *secuta*, T. *scolapius rursus scolapii* (*sculapii*, d) *secuta*, R d. *Aesculapii sententiam secuti*, S r. *Asclepiadae*, Pint. K. *rursus* om. r. *rursus Aesculapii secta*, β. — *qui*, S r. — *statuit*, R d. Id ego verum puto, ut *dicit* sit illius verbi glossa. — *vitae spatia*, S. *spatia* ////, R. (*vitae* superscr.) *spatia*, d. (*vite* superscr.)

§ 161. *quidem q͞m*, R. *quidem q''m*, d. — *dierum ut*, R θ T d. *dierumve*, β. — *VII*, θ T d. *septem*, codd. Barbari. *VIII*, R. — *XV*, R θ T d (codd. Barbari.) *IX*, β. — *climacteros* sc. *legem*, Salmas. l. l. p. 71. — *appellat*, R. — *LIV.*, R. *LIII*, T d.

§ 162. *ipsius artis*, R d. *artis ipsius*, $\beta\gamma$. — *experimenta*, d. *experimenta exempla*, R. *experimenta et exempla*, codd. Rezz. β. — *quadragesimum*, Ambr. I., Escor. II., Vatic. 1955. *triennium*, Vatic. 1953. — *imperator*[u] *Caesaris*, R. *imperator Caesaris*, d. — *vasaria*, R. *varia*, θ T d. — *meridie*, R d.

§ 163. *tres vixere*, codd. Rezz. — *Brixili*, R θ d. *Brixilli*, codd. Rezz. *Brulixi*, r. — *Placentiae unus*, R d (codd. Rezz.) *Placentiae unus CXXXI*, β. — *Faventiae*, om. d[1]. *Florentiae*, Carbonar., Barber. 758. — *uni*, d. — *muliere*, R. *mulieri*, d. — *CXXXII*, Salmas. et nonnulli codd. Rezz. *CXXV*, R θ T d. *CXXXV*, γ.

*

rentius Marci filius, Arimini vero M. Aponius CXL, Tertulla CXXXVII. Circa Placentiam in collibus oppidum est Veleiacium, quo CX annos sex detulere, quattuor centenos vicenos, unus CXL, M. Mucius M. F. Galeria Felix. Ac ne pluribus 164
moremur in re confessa, in regione Italiae octava centenum annorum censi sunt homines LIV, centenum denum homines XIV, centenum vicenum quinum homines duo, centenum tricenum homines quattuor, centenum tricenum quinum aut septenum totidem, centenum quadragenum homines tres. Alia mortalitatis inconstantia: Homerus eadem nocte natos 165
Hectorem et Polydamanta tradidit, tam diversae sortis viros. C. Mario Cn. Carbone III coss. a. d. quintum kalend. Iunias M. Caelius Rufus et C. Licinius Calvos eadem die geniti sunt, oratores quidem ambo sed tam dispari eventu. Hoc etiam iisdem horis nascentibus in toto mundo cotidie evenit, pariterque domini ac servi gignuntur, reges et inopes.

L. 51. Publius Cornelius Rufus qui consul cum M'. Cu- 166
rio fuit dormiens oculorum visum amisit, cum id sibi accidere somniaret; e diverso Pheraeus Iason deploratus a medicis vomicae morbo, cum mortem in acie quaereret, volnerato pectore medicinam invenit ex hoste. Q. Fabius Maxumus consul apud flumen Isaram proelio conmisso adversus Allobrogum Arvernorumque gentes a. d. VI. idus Augustas,

animi, R. — *M. Aponius*, Escor. I. *Maponius*, Vatic. 1957. *Maponias*, RTd. *M. Apomum* vel *Mapponius* vel *Mapomas* vel *Mapponias* vel *M. Aponiam*, codd. Rezz. *Maponia*, θ. — *CXL*, Bergk. in diurn. antiq. 1849. nr. 3. p. 21. *CX et L*, R. *C et L*, codd. Rezz. *VI et L*, d. *C tum et L* vel *CL* vel *sex et L* vel *C* (*sex* supra) vel *ser et* vel *sex et quinquaginta*, alii codd. Rezz. *et Claudia*, Hertz. in diurn. antiquar. 1849. nr. 43. p. 344. *CL*, $\beta\gamma$. — *Tertulla*, R. *Certulla*, d. *Tertullus*, Salmas. — *Circa*, R. *Citra*, Salmas. Td (omnes codd. Rezz.) — *Veleiacium*, r (Medicaei et Salmas.) *Veleacium*, R. *Veleiatium*, dγ. *Veletacium* vel *Veleatium* vel *Veleianum* vel *Veleiaditum*, codd. Rezz. *Velleiacium*, β. — *quo*, R (cum parva rasura ante h. v.). *in quo*, d$\beta\gamma$. — *detulerunt*, d. — *quatuor*, Rd. *quatuor vero*, θT (et multi codd. Rezz.) — *unus etiam*, codd. Rezz. — *CXL*, Barber. I., Medic. I., Escor. I., Carbonar. *ex quinquaginta*, Rd. *CL*, θ (multi codd. Rezz.) γ. — *Galeria*, r (codd. Rezz. et antiquus liber Francisci Asulani ap. Manut. ad Cic. Fam. VIII. 8.) *Gali*, Rd. *Galius*, alii codd. Rezz. *Galerius*, β.

§ 164. *XIIII*, RθTdr. *LVII*, β. — *quinum* — *tricenum* om. r.

§ 165. *Homerus*, Il. σ, 249. — *Polydamantem*, d. — *tradidit*, RθTd. *tradit*, $\beta\gamma$. — *iam*, Rd. — *vero*, d. — *Iunii*, d. — *Caelius*, Coler. ad Valer. Max. IV. 2, 7., Ruhnken. ad Vell. 2, 68., Ernesti. Cl. Cicer. p. 119. et Weichert. vett. poett. Lat. p. 90. *Caecilius*, Rd$\beta\gamma$. — *et Cornelius Licinius*, Rd. — *tamen*, Weichert.

cxxx M perduellium caesis, febri quartana liberatus est in
acie. Incertum ac fragile nimium est hoc munus naturae, 167
quidquid datur nobis, malignum vero et breve etiam in his
quibus largissime contigit, universum utique aevi tempus
intuentibus. Quid quod aestumatione nocturnae quietis di-
midio quisque spatio vitae suae vivit, pars aequa morti si-
milis exigitur aut poenae, nisi contigit quies? Nec reputantur
infantiae anni qui sensu carent, non senectae in poenam
vivacis, tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot
curae, totiens invocata morte ut nullum frequentius sit vo-
tum. Natura vero nihil hominibus brevitate vitae praestitit 168
melius; hebescunt sensus, membra torpent, praemoritur vi-
sus, auditus, incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta,
et tamen vitae hoc tempus adnumeratur. Ergo pro miraculo
et id solitarium reperitur exemplum Xenophili musici, cen-
tum et quinque annis vixisse sine ullo corporis incommodo.
At Hercule, reliquis omnibus per singulas membrorum partis 169
qualiter nullis aliis animalibus certis pestifer calor remeat
horis aut rigor, neque horis modo sed et diebus noctibusque
trinis quadrinisve, etiam anno toto. Atque etiam morbus est 170
aliquis per sapientiam mori; morbis enim quoque quasdam
leges natura posuit, quadrini circuitus febrem numquam
bruma, numquam hibernis mensibus incipere, quosdam post

§ 166. *Rufinus*, Pint. K. — *M'.*, r. *Marco*, Rd (Rob.) — *Cario*, Rd (Rob.) — *Pheraeus Iason*, Pint. et Turneb. adv. 29, 18. *Phalere Iason*, R. *Phalereus Iacum*, STd. *Phalereus Cacus*, *θ*. *Phalereus*, *β*. — *deploratus*, Rd. *tum deploratus*, *β*. *iam tum depl.*, K. — *adversus Allobrogum*, R[2]d. *adlobrogum*, R[1]. *Allobrogum regem*, K. — *Augusti*, d.

§ 167. *fragile nimium*, RTK. *nimiun fragile*, d. *fragile nimirum*, *β*. — *est*, om. d[1]. — *his*, R*θ*d. *iis*, *β*. — *longissime*, K. — *contigit*, R*θ*. *contingit*, d*β*. — *Quid post aestimationem*, Rob. — *suae tantum vivit*, K. — *contigit*, R*θ*Tdr. *contingit*, *β*. — *nec senectae*, r. — *mors*, r.

§ 168. *torpent*, Rd (codd. Gel.) *torquentur*, r (Rob.) — *ad ciborum*, Rob. — *adnumerant*, *θ*. — *Est ergo*, r. — *Xenophili musici*, R[2]. *Xenophilim'*, R[1]d. *Xenophilinus*, Rob. *Xenophilum musicum*, *βγ*. — *centum et quinque*, Rd (codd. Barbari.) *ducentos et quinque*, T. *ducentum et q.*, *θ*. *ducentis et q.*, r (Rob.) Vid. Valer. Max. VIII. 13. ext. 3.

§ 169. *Hercule*, Rd. *Hercules*, *βγ*. — *certis aliis*, d. — *toto anno*, Rob.

§ 170. *Atque—mori*; quas de h. l. proposuerunt viri docti coniecturas, omnes sunt supervacaneae, cum iam Mercurialis var. lectt. 6, 20., Dalec., I. I. Scaliger in Scaligeranis p. 272. et Salmas. epistt. p. 79. 86. de *φρενίτιδι* agi docuerint, quam explicationem verba § 171. *sapientiae vero aegritudine* ut certissimam probant. — *enim quoque*, R. *quoque enim*, STd. *quoque*, Rob. — *imposuit*, r (Rob.)

sexagesimum vitae spatium non accidere, alios pubertate
deponi, a feminis praecipue, senes minume sentire pestilen-
tiam. Namque et universis gentibus ingruunt morbi et ge-
neratim modo servitiis, modo procerum ordini aliosque per
gradus, qua in re observatum ab meridianis partibus ad
occasum solis pestilentiam semper ire nec umquam aliter
fere, non hieme, nec ut ternos excedat menses.

LI. 52. Iam signa letalia: in furoris morbo risum, sa- 171
pientiae vero aegritudine fimbriarum curam et stragulae ve-
stis plicaturas, a somno moventium neglectum, praefandi
umoris e corpore effluvium, in oculorum quidem et narium
adspectu indubitata maxume, atque etiam supino adsidue
cubitu, venarum inaequabili aut formicante percussu, quae-
que alia Hippocrati principi medicinae observata sunt. Et
cum innumerabilia sint mortis signa, salutis securitatisque
nulla sunt, quippe cum censorius Cato ad filium de validis
quoque observationem ut ex oraculo aliquo prodiderit seni-
lem iuventam praematurae mortis esse signum. Morborum 172
vero tam infinita est multitudo ut Pherecydes Syrius ser-
pentium multitudine ex corpore eius erumpente exspiraverit.
Quibusdam perpetua febris est, sicut C. Maecenati; eidem
triennio supremo nullo horae momento contigit somnus. An-
tipater Sidonius poeta omnibus annis uno die tantum natali
conripiebatur febre et eo consumptus est satis longa senecta.

accedere, θ. — *alius*, Rd^{1}. — *a*, om. d. — *a feminis. Praecipue senes*, K. — *sentisse*, d. — *per*, om. d^{1}. — *ab*, ita nos scripsimus. *ad*, R. *a*, dβγ. — *ad*, R^{2} (Rob.) *et*, R^{1}Td. — *occasum*, R (Rob.) *occasu*, Td. — *aliter fere*, RθTd (Rob.) *fere aliter*, βγ. — *non*, RθTd (Rob.) *nisi*, β. — *hieme sedari et ut ternos non excedat menses*, K. — *excedant*, R (Rob.)

§ 171. *moventium*, R (codd. Barbari.) *morientium*, STθ (Rob.) *monentium*, d. *fimbriarum oram et — plicaturas in omnes movere; neglectum praefandi*, K. — — *praefandi*, R (codd. Gel.) *profundi*, dr (codd. Barbari, Rob.) — *corpori* omisso *e*, d. — *indubitate*, R. — *assiduo*, K. — *inaequalia*, d. *ac venarum inaequalium, et alia quoque*, r. — *inenumerabilia*, θ. — *sint*, Rob. Omitt. Rd. — *de*, Rr. Omitt. Td. — *valetudinis quoque observatione*, r.

§ 172. *Syrus*, K. — *serpentium multitudine*, Rθd. *copia serpentium*, Rob. β. — *sicut*, Rθd (Rob.) *ut*, β. — *natali tantum*, Rob. Ceterum v. Valer. Max. I. 8, 16. — *febre*, Rθd. *febri*, β. — *et ea*, K.

§ 173. *Aviolare*, d. Haec sumpsit Plinius ex Valer. Max. I. 8, 12., excerpsit Servius ad Vergil. Aen. 6, 218., respicit mythogr. Vatic. III. 6, 27. p. 190. ed. Bode. — *C. Aelium*, R (codd. Gel.) *Caelium*, θ. *Celium*, Td. — *praetorem*, d. — *Messala, Rufus et*, Heyn. *antiq. Aufs.* 2, 86. *Messala Rufus et*, βγ. — *ut*, d. — *morti*, Barbar. $R^{2}d^{2}$. *sorte*, R^{1}. *forti*, d^{1}. *forte morti*, K (Rob.)

§ 174. *De anima*, Rd. Omitt. βγ. — *Hermotimi*, codd. Gel. *Hermoti*, Rd. *Hermolini*, K. *Hermoni*, Rob. *Hermotini*, γ operarum errore. — *solitam*, om. R^{1}.

LII. 53. Aviola consularis in rogo revixit et quoniam 173
subveniri non potuerat praevalente flamma vivos crematus
est. Similis causa in L. Lamia praetorio viro traditur; nam
C. Aelium Tuberonem praetura functum a rogo relatum
Messala, Rufus et plerique tradunt. Haec est conditio mortalium;
ad has et eiusmodi occasiones fortunae gignimur,
uti de homine ne morti quidem debeat credi. De anima re- 174
perimus inter exempla Hermotimi Clazomenii animam relicto
corpore errare solitam vagamque e longinquo multa
adnuntiare quae nisi a praesente nosci non possent, corpore
interim semianimi, donec cremato eo inimici qui Cantharidae
vocabantur remeanti animae velut vaginam ademerint; Aristeae
etiam visam evolantem ex ore in Proconneso corvi
effigie, magna quae sequitur fabulositate. Quam equidem 175
et in Cnosio Epimenide simili modo accipio, puerum aestu
diei et itinere fessum in specu septem et quinquaginta dormisse
annis, rerum faciem mutationemque mirantem velut
postero die experrectum, hinc pari numero dierum senio
ingruente, ut tamen in septumum et quinquagesimum atque
centesimum vitae duraret annum. Feminarum sexus huic
malo videtur maxume opportunus conversione volvae, quae
si corrigatur, spiritus restituitur. Huc pertinet nobile apud
Graecos volumen Heraclidis septem diebus feminae exanimis
ad vitam revocatae. Varro quoque auctor est xxviro se 176
agros dividente Capuae quendam qui efferretur foro domum
remeasse pedibus; hoc idem Aquini accidisse; Romae quoque
Corfidium materterae suae maritum funere locato revixisse
et locatorem funeris ab eo elatum. Adicit miracula 177

— *praesente*, R θ T d. *praesenti*, β. — *possunt*, d (Rob.) — *inimico*, d. — *vaginam*, R². *imaginem*, R¹ d. — *Aristeae*, Pint. d. *Aristee*, T. *Ariste*, R. *Aristhae*, θ. *Aristaeae*, r. — *magna quae sequitur*, codd. Barbari. *magnaq; ritur ac* (*haec*, man. sec.), R. *quae magna quaeritur hic*, θ. *quae magna quaeritur hac*, T d. *magna equidem*, alii codd. Barbari. Vulgatae aperte interpolatae quid sit ex R restituendum, nondum reperi.

§ 175. *diei*, R². Omitt. R¹ d $\beta\gamma$. — *itinere*, d in rasura. — *rerum* — *mirantem* pone *experrectum* collocat Pint. *faciem rerum*, d. — *die experrectum*, R d. *exp. die*, $\beta\gamma$. — *septimo*, R. — *Hoc*, R d. — *nobile illud*, β.

§ 176. *XXviro se*, Pint. et Ursin. ad Varr. de re rust. I. 2, 10. Confirmat θ. *XXviros*, R T d. *e XXviris*, r (Rob.) *XXviris*, β. — *agros*, θ r (Rob.) *egro*, R T d. — *dividente*, R θ T d. *dividentem*, r (Rob.) *dividentibus*, β. — *foro*, R θ S T K d (Rob.) *feretro*, β. — *Corfidium*, Rob. *Corfidiut*, R d. *Corfidis*, θ. *Gorfidiis*, K. — *loco*, d. — *latum*, d.

§ 177. *Adiecit miraculum quod totum*, Rob.

quae tota indicasse conveniat: e duobus fratribus equestris ordinis Corfidio maiori accidisse ut videretur exspirasse apertoque testamento recitatum heredem minorem funeri institisse, interim eum qui videbatur exstinctus plaudendo concivisse ministeria et narrasse a fratre se venisse, commendatam sibi filiam ab eo, demonstratum praeterea quo in loco defodisset aurum nullo conscio et rogasse ut iis funebribus quae conparasset efferretur. Hoc eo narrante fratris domestici propere adnuntiavere exanimatum illum, et aurum ubi dixerat repertum est. Plena praeterea vita est his vati- 178
ciniis; sed non conferenda, cum saepius falsa sint, sicut ingenti exemplo docebimus. Bello Siculo Gabienus Caesaris classium fortissimus captus a Sexto Pompeio, iussu eius incisa cervice et vix cohaerente, iacuit in litore toto die; deinde cum advesperavisset, cum gemitu precibusque congregata multitudine petiit ut Pompeius ad se veniret aut aliquem ex arcanis mitteret, se enim ab inferis remissum habere quae nuntiaret. Misit pluris Pompeius ex amicis 179
quibus Gabienus dixit inferis diis placere Pompei causas et partis pias, proinde eventum futurum quem optaret; hoc renuntiare iussum, argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis protinus exspiraturus esset, idque ita evenit. Post sepulturam quoque visorum exempla sunt, nisi quod naturae opera, non prodigia consectamur.

e, omitt. Rd. — *Corfidis*, Rd. — *maioris*, R. — *fuerit*, R[1]d. *fratrem*, R[2]. *maiorem fratrem*, Sabell. — *instituisse*, Sabell. R[2]. — *concinisse*, r. *concinuisse*, K. — *misteria*, d. *mysteria*, K. — *fodisset*, d[1]. — *uti his*, d. — *repertum est*, R. *esse*, Td.

§ 178. *Gavienus*, R. — *classium*, RθTdr (Rob.) *classiarius*, βγ. — *iussuque*, T. — *toto*, Rθ. *tota*, d (Rob.) β. — *cum gemitu*, R. *gemitu*, Tdr (Rob.) — *congregata multitudine* quamquam paulo durius explicari potest, nihil tamen mihi certius est, quam Plinium *congregata a mult.* scripsisse. — *ut*, R (Rob.) *uti*, dβγ. — *arcanis*, Rθr (Rob.) *caris*, dβ. — *missum*, T. — *habere quae*, R (codd. Gel., Rob.) *habereque quod*, T. *haberetque quod*, d.

§ 179. *dixit*, RθTdr (Rob.) Om. β. — *renuntiare*, RTd. *se nuntiare*, Rob. βγ. — *idque ita*, d (Rob.) *itaque ita*, RθT. Haec scriptura optimorum librorum e dittographia orta; Plinius scripsit *itaque* i. e. *et ita*, coll. 7, 3. 12, 75. 33, 39. 36, 104. — *venit*, θ. — *prodigiosa*, K.

§ 180. *frequentia*, RθTd. *frequenter*, r (codd. Barbari, Rob.) *frequenti*, βγ. — *mortes*, Rd (codd. Barbari, Rob.) *mortis*, θT. Varia coniicit Barbar.; sed retinenda librorum scriptura, ita ut post v. *atque* excidisse putemus v. *adeo* (v. 36, 6. coll. Iano ad 35. p. 419.). Dicit Plinius memorabiles esse mortes repentinas, eoque magis, quod adeo frequentes sint, uti ipse statim infra explicat.

LIII. 54. In primis autem miraculo sunt atque frequen- 180
tia mortes repentinae hoc est summa vitae felicitas, quas esse naturalis docebimus; plurumas prodidit Verrius, nos cum delectu modum servabimus. Gaudio obiere praeter Chilonem, de quo diximus, Sophocles et Dionysius Siciliae tyrannus, uterque accepto tragicae victoriae nuntio, mater illa Cannensi filio incolumi viso contra nuntium falsum, pudore Diodorus sapientiae dialecticae professor, lusoria quaestione non protinus ad interrogationem Stilponis dissoluta. Nullis evidentibus causis obiere dum calciantur ma- 181
tutino duo Caesares, praetor et praetura perfunctus dictatoris Caesaris pater, hic Pisis exanimatus, ille Romae; Q. Fabius Maxumus in consulatu suo pridie kalend. Ianuarias, in cuius locum C. Rebilus paucissimarum horarum consulatum petiit; item C. Volcatius Gurges senator, omnes adeo sani atque tempestivi ut de progrediendo cogitarent; Q. Aemilius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi;
C. Aufustius egressus cum in senatum iret, offenso pede in 182
comitio; legatus quoque qui Rhodiorum causam in senatu magna cum admiratione oraverat in limine curiae protinus exspiravit progredi volens; Cn. Bebius Tamphilus praetura et ipse functus, cum a puero quaesisset horas; Aulus Pompeius in Capitolio, cum deos salutasset; M'. Iuventius Thalna consul, dum sacrificat; C. Servilius Pansa, cum staret in foro ad tabernam hora diei secunda in Publium

— *haec est*, Pint. — *cum delectu*, R. *dilectum*, d. — *servabimus*, d. *servavimus*, R. *servamus*, r (Rob.) — *diximus* § 119. — *Siciliae*, R²d². Omitt. R¹d¹. — *tyrannus*, om. R¹. — *traciae*, d. — *mater*, Rd. *mater pugna*, βγ. — *illa Cannensi*, R²d. *ille annensi*, R¹. — *incolumi*, R¹. *incolumis*, R². *incolume*, d. — *reviso*, θ. — *nuntium falsum*, Rdr. *falsum nuntium*, βγ. — *delectae*, r. — *luxuriae*, r. — *interrogationem*, R². *interrogatione*, R¹. *interrogationes*, dβγ. — *Stilbonis*, R. *tilbonis*, d.

§ 181. *obiecere*, d¹. — *praetura perfunctus*, Rd (codd. Gel.) *P. R. functus*, r. — *hipisis*, R. *hippasis*, r. — *exanimatus*, R. *exan. est*, θTdr. — *Or////bilius*, R. *Orbilius*, θ. *Oreillius*, T. *Orabilius*, Sr. *more illius*, d. Ex vestigiis codicum nomini *Rebilus* iam in β restituto ego praenomen *C.* addidi. — *Gurgus*, R. — *senator*, om. d¹. — *cubiculo*, d. *cubili*, Rob.

§ 182. *C. Aufustius*, RθTd. *Caufustius*, Rob. *Caustistius*, r. *C. Aufidius*, β. — *oraverat*, R. *eruerat*, d. *concionaverat*, r (Rob.) — *Tamphilus*, Hard. *Pamphilus*, d. *Pampilus*, R. — *praefectura*, d. — *M'.*, Hard. *M.*, Rdβ. — *Thalna*, RθTdr. *Talva*, β. Vid. Valer. Max. IX. 12, 3. — *sacrificat*, Rd. *sacrificaret*, βγ. Ex illa codicum scriptura apparet pro *cum* legendum esse *dum*, ut statim infra aliquoties; itaque hoc reposui. — *secunda*, d. *ad secundam*, Rθr.

fratrem innixus; Bebius iudex, dum vadimonium differri
iubet; M. Terentius Corax, dum tabellas scribit in foro;
nec non et proxumo anno dum consulari viro in aurem di- 183
cit eques Romanus ante Apollinem eboreum qui est in foro
Augusti; super omnis C. Iulius medicus dum inunguit, spe-
cillum per oculum trahens; Aulus Manlius Torquatus con-
sularis, cum in cena placentam adpeteret; L. Tuccius me-
dicus Valla, dum mulsi potionem haurit; Ap. Saufeius e ba-
lineo reversus, cum mulsum bibisset ovomque sorberet;
P. Quintius Scapula, cum apud Aquilium Gallum cenaret;
Decumus Saufeius scriba, cum domi suae pranderet. Cor- 184
nelius Gallus praetorius et T. Haterius eques Rom. in ve-
nere obiere et quos nostra adnotavit aetas duo equestris
ordinis in eodem pantomimo Mystico, tum forma praecel-
lente. Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio
Hilaro ab antiquis traditur. Comoediarum histrio is cum po- 185
pulo admodum placuisset natali die suo conviviumque ha-
beret, edita cena caldam potionem in pultario poposcit
simulque personam eius diei acceptam intuens coronam e
capite suo in eam transtulit, tali habitu rigens nullo sen-
tiente, donec adcubantium proxumus tepescere potionem
admoneret. Haec felicia exempla, at contra miseriarum in- 186
numera. L. Domitius clarissimae gentis apud Massiliam vi-
ctus, Corfini captus ab eodem Caesare, veneno poto propter

fratrem, R d. *Pansam fratrem*, βγ. — *innixus est*, d. — *dum*, θ T dr. *cum*, R βγ. — *vadimonium*, R θ. *babilium*, T d. *babilonium vadimonium*, r. — *differre*, r. — *scriberet*, r.

§ 183. *et*, d. *ex*, R. — *per oculum*, om. d[1]. — *trahens Aulus*, r. *trahensiu*, R. *trahens iam*, θ. *trahens* ////, d. *trahens*, T. *trahens; iam L.*, β. — *Tuccius*, Hard. *Tuctius*, codd. Torrent. ad Horat. epp. I. 15, 1. *t. tutius*, R. *Tuntius*, θ. *Tuscius*, T d. *Tunctius*, r. *Ductius*, K. *Tunccius* vel *Tuncius*, codd. Hard. *Cinthius*, Rob. *Dictius*, Pint. *Tucius*, Torrent. *Durius*, β. — *medicus Valla*, R θ T d (Rob.) *Valla medicus*, βγ. *medicus*, *calidam*, Hard. Locus corruptus, ut in quo nonnulla exciderint, cum Plinius ita fere scripsisse videatur: *L. Tuccius medicus dum .... Valla dum*, oculis librarii ab una particula ad alteram transcurrentibus. — *Ap. Saucipeius*, R. *Appius Aupeius*, d. — *e*, R θ T dr. *cum a*, βγ. — *valineos*, d. — *cum*, θ T r. *eum*, d. Omitt. R βγ. — *Quilium Gallium*, d.

§ 184. *T.*, ita Valerius Max. IX. 12, 8. *V.*, R θ T d. *Q.*, Hard. γ. — *Haterius*, Hard. ex Valerio Maximo. *Aetherius*, θ β. *Hectierius*, R. *Heterius*, T d. *Vethrius*, r (Rob.) — *pantomimo*, R[2]. *pantomimum*, R[1]. *pantominum*, d. — *Mystico*, T. *histao*, R[1]. *histico*, R[2]. *ystico*, d. *mythico*, βγ. *Mithaeco*, Salmas. ad hist. Aug. p. 504. b. C. *Mysticus* nomen proprium ex inscriptione ap. Boeckh. corp. T. I. nr. 268, 29. laudavit L. Dindorf. in Stephani thesauro. — *tum*, om. r. — *Ofilo*, r. *Filio*, R (prius *o* erasum.)

taedium vitae, postquam biberat omni ope ut viveret adnisus est. Invenitur in actis Felice russei auriga elato in rogum eius unum e faventibus iecisse sese, frivolum dictu; ne hoc gloriae artificis daretur, adversis studiis copia odorum conruptum criminantibus. Cum ante non multo M. Lepidus nobilissimae stirpis, quem divorti anxietate diximus mortuum, flammae vi e rogo eiectus recondi propter ardorem non potuisset, iuxta sarmentis aliis nudus crematus est.

LIV. 55. Ipsum cremare apud Romanos non fuit ve- 187
teris instituti; terra condebantur; at postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum. Et tamen multae familiae priscos servavere ritus, sicut in Cornelia nemo ante Sullam dictatorem traditur crematus, idque voluisse veritum talionem eruto Gai Mari cadavere. Sepultus vero intellegatur quoquo modo conditus, humatus vero humo contectus.

LV. 56. Post sepulturam variae manium ambages. Omni- 188
bus a suprema die eadem quae ante primum, nec magis a morte sensus ullus aut corpori aut animae quam ante natalem. Eadem enim vanitas in futurum etiam se propagat et in mortis quoque tempora sibi vita mentitur alias inmortalitatem animae, alias transfigurationem, alias sensum inferis dando et manis colendo deumque faciendo qui iam

§ 185. *histrio is*, θ. *istri is*, R. *ystriis*, d. *histrius*, r. *histrione. Is*, β. — *natale*, R. — *enita*, d. — *potionem*, om. Lips. elect. 1, 4. — *pultuario*, R. *poposcit in pultario*, d. — *simul*, d. — *e*, om. d. In R omissum videtur. — *capiti*, d. — *ea*, d. — *gens*, R. — *te poscere*, R. *deposcere*, d.

§ 186. *Cornifi*, R^{1}d^2. *Cornifici*, R^{2}d^1. — *potato post*, r. — *ope*, R. *opere*, drγ. — *annixus*, β. — *russei*, R. *rusei*, d. *russato*, βγ. Lectio codicum retinenda videtur, ita ut, quod facillime suppleri poterat, *coloris* suppleatur. — *sese*, R. *se*, θ. Om. d. — *a diversis*, r. — *corrumpum*, R. *correptum*, K. — *Lepidus*, om. R. — *divorti*, Pint. *diverti*, RθTdr. *deverti*, S. *ingenii*, K. *eventi*, β. Add. Freinshem. ad Flor. III. 23, 7. — *diximus* § 122. *Flamminiae viae*, r. — *de*, d. — *potuisset*, d^2. *potuisse*, Rd^1.

§ 187. *post*, R. — *multae familiae*, R (codd. Gel.) *multifarie*, d. — *Corneliam*, d. — *eruto*, R. *obruto*, θTd. *ab eruto*, Hard. prob. Drakenb. ad Liv. 23, 6. coll. Hand. Tursell. 1, 61. *ob erutum — cadaver*, K. — *G.*, R. Omitt. Td. — *vero*, RθTd^{2}K. Omitt. d^{1}β. — *intelligatur*, RTd. *intelligitur*, Rob. βγ. — *contectus*, R (Rob.) *tectus*, Td. Ceterum *Sepultus — contectus* spuria habet Pint.

§ 188. *variae*, RTd. *aliae*, Sθ (Rob.) *aliae atque aliae*, β. — *primum* si verum est, offendit sane propter *suprema die*; excusari tamen posse intelligo. — *unitas*, Rob. — *tempore*, r (Rob.) — *sibi*, RSTdr. *ipsa sibi*, Rob. βγ. — *vita*, θTr (codd. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 284., Rob.) *vitam*, Rdβγ. Vid. ad 35, 165.

etiam homo esse desierit, ceu vero ullo modo spirandi ratio
ceteris animalibus distet aut non diuturniora in vita multa
reperiantur, quibus nemo similem divinat inmortalitatem.
Quod autem corpus animae per se? quae materia? ubi co- 189
gitatio illi? quomodo visus, auditus? aut quî tangit? quis
usus eius? aut quod sine his bonum? quae deinde sedes
quantave multitudo tot saeculis animarum velut umbrarum?
Puerilium ista deliramentorum avidaeque numquam desinere
mortalitatis conmenta sunt. Similis et de adservandis cor-
poribus hominum ac reviviscendi promissa Democrito va-
nitas, qui non revixit ipse. Quae, malum! ista dementia est 190
iterari vitam morte, quaeve genitis quies umquam, si in
sublimi sensus animae manet, inter inferos umbrae? Perdit
profecto ista dulcedo credulitasque praecipuum naturae bo-
num, mortem, ac duplicat obituri dolorem etiam post fu-
turi aestumatione. Etenim si dulce vivere est, cui potest
esse vixisse? At quanto facilius certiusque sibi quemque
credere, specimen securitatis antegenitali sumere experimento!

LVI. 57. Consentaneum videtur, priusquam digrediamur 191
a natura hominum, indicare quae cuiusque inventa sint.
Emere ac vendere instituit Liber pater; idem diadema re-

etiam, om. d^1. Sensus loci: „qui iam (i. e. per mortem) vel homo esse desierit." Errat Hand. Tursell. 2, 574. — *esse homo*, d. — *vero*, Rd^2 (codd. Barbari, Rob.) Om. d^1. — *ratio*, RTdr (Rob.) *ratio homini a*, βγ. — *non*, om. d. — *multa in vita*, Rob.

§ 189. *Quod — materia*, RTd. *Quae autem corporis prosequitur materiam*, K. *Quod autem corpus animae persequitur materiam*, β. — *qui tangit*, RTd. *quis tangit*, r. *quid agit*, β. — *quis*, Rd. *qui*, βγ. — *visus*, d. — *stat*, d. — *deliramentorum*, R^2. *delenimentorum*, R^1. *delinimentorum*, Pint. θγ. *elementorum*, STd. — *desiniere*, d. — *observandis*, R. — *aut*, d. — *promissa*, Rob. *promisso*, Rd. — *vanitas revixit, ipsoque malo ista*, r. — *ipse*, R. *ipsum*, d. Om. Rob.

§ 190. *Quae malum — est*, R (codd. Barbari.) *Quae malum stat dementi ast*, d. — *morte*, codd. Barbari. *mortem*, R. *mortemque*, dr. — *quaeve genti quies*, R. *vegenti quis*, d. *interea quies nunquam*, r. — *sit*, d. — *in sublimi*, d. *in sublime*, Rθ. *sublime*, r. — *ac duplicat*, R. *adduplicat*, d. — *obituri dolorem*, Pint. *obitusi dolorem*, Rθ. *obitus hi*, T. *obitu sit*, d^1. *obitus hii*, d^2. *obitus, si dolere*, βγ. — *aestimatione*, Td. *aestimationē*, R. *estimationem invenit*, Rob. *aestimatione evenit*, βγ. — *vire*, R. — *est*, Rθ. Omitt. d (Rob.) β. — *tertiusque*, R. — *specimen*, RθTd (Rob.) *ac specimen*, βγ.

§ 191. *videtur*, om. d^1. — *cuiusque*, R. *a quocumque*, Td. *cuiusque scientia*, r (codd. Barbari, Rob.) — *sint*, RθTd (Rob.) *sunt*, codd. Barbari, β. — *aut*, R. — *illud*, Rob. — *regium*, RθTd (Rob.) *regum*, β. — *et*, R^2d. *aut*, R^1. — *et panem conficere*, K. — *et alia in*, R (Rob.) *vialia in*, Td. *Italia et*, β. — *putaverunt*, d.

§ 192. *Assyriis*, Perizon. origg. Babyl. p. 10., R. *Assyrias*, d (Rob.) βγ. —

gium insigne et triumphum invenit; Ceres frumenta, cum
antea glande vescerentur; eadem molere et conficere in
Attica et alia in Sicilia, ob id dea iudicata; eadem prima
leges dedit, ut alii putavere, Rhadamanthus. Litteras sem- 192
per arbitror Assyriis fuisse, sed alii apud Aegyptios a Mer-
curio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt; utique
in Graeciam intulisse e Phoenice Cadmum sedecim numero,
quibus Troiano bello Palameden adiecisse quattuor hac fi-
gura ΘΞΦΧ, totidem post eum Simoniden melicum ΖΗΨΩ,
quarum omnium vis in nostris recognoscitur. Aristoteles x
et viii priscas fuisse ΑΒΓΔΕΖΙΚΛΜΝΟΠΡΣΤΥΦ et duas
ab Epicharmo additas ΘΧ quam a Palamede mavolt. An- 193
ticlides in Aegypto invenisse quendam nomine Menon tra-
dit xv m annorum ante Phoronea antiquissimum Graeciae
regem idque monimentis adprobare conatur. E diverso
Epigenes apud Babylonios dccxx m annorum observationes
siderum coctilibus laterculis inscriptas docet, gravis auctor
in primis, qui minumum Berosus et Critodemus, ccccxc m.
Ex quo adparet aeternus litterarum usus; in Latium eas
attulerunt Pelasgi. Laterarias ac domum constituerunt 194
primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis; antea specus

a Mercurio ut, R. *emerearii ut*, d. *ut Mercurius et*, Rob. — *utique*, Rob. *virique*, R^{1}. *easque*, R^{2}. *utrique*, Bochart. geogr. sacra p. 449., Td. — *intulisse*, Rd (codd. Gel.) *attulisse*, θTr (Rob.) — *Palamoeden*, R. — *hac*, om. d^{1}. — *ΗΥΦΧ*, L. *ΝΥΦΧ*, Rd (Rob.) — *eum*, R (Rob.) Omitt. Td. — *melicum*, R^{2}. *medicum*, R^{1}Tdr. — *ΥƷΟθ*, R. *ΥƷθθ*, d. *ΥΖθϾ*, Rob. Ex his vestigiis codicum coll. Victorin. art. gramm. p. 1944. *ΥΖΟθ* scribendum esse aliquis putet; nihil tamen in loco graviter corrupto mutare sum ausus, cum, quamcumque scripturam probamus, in difficultates prorsus inextricabiles incidamus; v. Franz. elem. epigr. p. 13. — *quantum*, R. — *Α—Φ* omitt. Rd. Nonnulla hic mutant Scaliger. ad Euseb. chron. p. 21. et Petit. obss. II. 1. p. 145. — *θΧ*, omitt. Rd. — *mavolit*, R^{1}. *mavulit*, R^{2}. *maluit*, d.

§ 193. *Menon*, RTd. *Menona*, β, quod probat Iacobs. *verm. Schrift.* 4, 68. cogitans de Memnone. — *annorum*, RTθ. *annis*, dβγ. Cum ex illa optimorum librorum scriptura, tum ex ipsa loci natura ego addidi *M*, in quod iam Wesseling. ad Anton. itiner. p. 329. incidit $\overline{\overline{XV}}$ scribens. — *Phoronea*, RθTd. *Phoroneum*, βγ. — *regem Graeciae*, d. — *M*, addidit Perizon. p. 13., om. Rdβ. — *Verosus*, R. — *CCCCXC*, RθTdr. *CCCCLXXX*, β. — *M*, addidit Periz. Om. Rdβ. Post ipsum numerum habent *annorum* βγ, quod om. Rd. Ceterum de toto h. l. vid. Bayl. diction. hist. et crit. 1, 414. et Ideler. mathem. chronol. 1, 215—218. — *apparet*, R^{2}. *appare*, d^{1}. *appareret*, R^{1}θTd^{2}. — *aeternus—usus*, Rd. *aeternum—usum*, θγ. — *eas attulerunt*, R^{2}. *erattulerunt*, R^{1}d.

§ 194. *Laterarias ac domum*, RTd. *laterarias. Domum*, r (Rob.) *latericias domos*, K. *Laterarias ac domos*, β. — *primum*, Rob. — *Agrolas*, Reines. var. lectt. 2, 7. p. 169. et Müller. de Orchom. p. 440. — *fratres. Athenis antea*, r.

erant pro domibus. Gellio Toxius Caeli filius lutei aedifici
inventor placet, exemplo sumpto ab hirundinum nidis. Op-
pidum Cecrops a se appellavit Cecropiam quae nunc est
Athenis. Aliqui Argos a Phoroneo rege ante conditum vo-
lunt, quidam et Sicyonem, Aegyptii vero multo ante apud
ipsos Diospolim. Tegulas invenit Cinyra Agriopae filius et 195
metalla aeris, utrumque in insula Cypro, item forcipem,
martulum, vectem, incudem; puteos Danaus ex Aegypto
advectus in Graeciam quae vocabatur Argos Dipsion; la-
picidinas Cadmus Thebis aut, ut Theophrastus, in Phoenice;
Thrason muros; turris, ut Aristoteles, Cyclopes, Tirynthii, ut
Theophrastus; Aegyptii textilia, inficere lanas Sardibus 196
Lydi, fusos in lanificio Closter filius Arachnae, linum et
retia Arachne, fulloniam artem Nicias Megarensis, sutrinam
Tychius Boeotius. Medicinam Aegyptii apud ipsos volunt
repertam, alii per Arabum Babylonis et Apollinis filium,
herbariam et medicamentariam a Chirone Saturni et Phi-
lyrae filio. Aes conflare et temperare Aristoteles Lydum 197
Scythen monstrasse, Theophrastus Delan Phrygem putant,
aerariam fabricam alii Chalybas, alii Cyclopas, ferrum He-
siodus in Creta eos qui vocati sunt Dactyli Idaei. Argen-
tum invenit Erichthonius Atheniensis, ut alii, Aeacus, auri
metalla et flaturam Cadmus Phoenix ad Pangaeum mon-

Toxius, R θ T d. *Taxius*, Rob. *Doxius*, β γ. — *Caelii*, K. — *nidis*, R. *dum*, d. — *est*//// *Athenis*, R. *est Athene*, Rob. *est Athenae*, r. *eithar Athenis*, d. *est arx Athenis*, β γ. — *vero*, R θ d. Om. β.

§ 195. *Regulas*, r (Rob.) — *Agriopae*, L^2. *Agricolae*, R L^1 T d r (Rob.) — *aeris*, R. *et aes*, d. — *martulum*, Achilles Statius in Gruteri lamp. 2, 886., R θ d r (Rob.) *martellum*, T. *marculum*, β. — *qua*, Barbar. et Unger. parad. Theb. 1, 306. — *lapicidinas*, T d. *lapidicinas*, R θ (Rob.) — *aut ut Theophrastus*, R d (codd. Barbari.) *Archeophrasius*, r. — *Tirynthii*, codd. Gel. *Tipintii*, R d.

§ 196. *textilia*, Rob. *qui extilia*, R. *qui ex Italia*, d. — *infecere*, R θ T d r (Rob.) — *Clostor*, d^1. — *Arachnae*, θ (Leid. antiquiss. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 96.) *Arachne*, R (Rob.) *Anacrie*, T d. *Arachnes*, β γ. — *sutrinam*, T. *sutrinan*, R d. *sutoriam*, Rob. — *Tychius Boeotius*, Hard. *tibus Boeotius*, R T θ d. *Boetius*, Rob. *Boethius*, β. — *Babylonis* vix sanum et aut *Babylones* aut *Babylonidis* scribendum. — *Phyllirae*, β.

§ 197. *Scytin*, T d. *Scitham*, Rob. — *Delan*, ita nos scripsimus. *Delam*, R d β γ. *Deltam*, K. — *putant*, R θ T d. *putat*, β γ. — *creta eos*, L^2. *Creteos*, R L^1 d. — *dactylii. Dein*, d. — *Aeacus*, R d (codd. Gel.) *Caeacus*, codd. Turneb. adv. 21, 9. *Ceacus*, Rob. — *flaturam*, R θ (Rob.) *conflaturam*, d β γ. — *Itonus*, Grot. ad Lucan. 6, 402. *Ianos*, Oudend. ibidem. *Cotos*, Unger. parad. Theb. 1, 300. coll. Muncker. ad Hygin. fab. 274. — *aut*, R T d. *et*, β γ. — *Eaclis*, R T d.

tem, ut alii, Thoas aut Eaclis in Panchaia aut Sol Oceani
filius, cui Gellius medicinae quoque inventionem ex melle
adsignat; plumbum ex Cassiteride insula primus adportavit
Midacritus. Fabricam ferream invenere Cyclopes, figlinas 198
Coroebus Atheniensis, in iis orbem Anacharsis Scythes, ut
alii, Hyperbius Corinthius, fabricam materiariam Daedalus et
in ea serram, asciam, perpendiculum, terebram, glutinum,
ichthyocollam, normam autem et libellam et tornum et cla-
vem Theodorus Samius, mensuras et pondera Phidon Ar-
gius aut Palamedes, ut maluit Gellius, ignem e silice Py-
rodes Cilicis filius, eundem adservare ferula Prometheus;
vehiculum cum quattuor rotis Phryges, mercaturas Poeni, 199
culturam vitium et arborum Eumolpus Atheniensis, vinum
aquae misceri Staphylus Sileni filius, oleum et trapetas
Aristaeus Atheniensis, idem mella; bovem et aratrum Bu-
zyges Atheniensis, ut alii, Triptolemus; regiam civitatem
Aegyptii, popularem Attici post Theseum. Tyrannus pri- 200
mus fuit Phalaris Agraganti; servitium invenere Lacedae-
monii; iudicium capitis in Areopago primum actum est.
Proelium Afri contra Aegyptios primi fecere fustibus quos
vocant phalangas. Clipeos invenerunt Proetus et Acrisius
inter se bellantes sive Chalcus Athamantis filius, loricam
Midias Messenius, galeam, gladium, hastam Lacedaemonii,

Aeclis, θ. *Eucleus*, Unger. — *quoque*, om. d[1]. — *ex melle*, r (Rob.) *et Metellus*, R. *ex mellis*, Td. *et mellis*, β. — *assignat*, Rob. *signat*, RTd. *signas*, θ. — *Melicartus* vel *Melicarthus*, Bochart. geogr. sacra p. 651. *Midas Phrygius*, Hard.

§ 198. *ferream*, RθTd. *ferrariam*, β. — *alii*, Theophrast. ap. schol. Pindar. Ol. 13, 27. — *Hyperbius*, Rθ. *Hyperbilius*, d. *Hyperbios*, β. — *fabricam materiariam*, R (Rob.) *fabricae materiam*, Td. *fabricam materiarum*, Kβ. — *serram asciam*, R[2]. *serram artiam*, R[1]. *serra marciam*, d. — *ichthyocollam*, Beroald. R. *lithocollam*, Tdr (codd. Gel., Rob.) — *normam*, *fornicem autem*, K, ubi Dalec. *forcipem* legit. — *Phido*, β. — *Argius*, RT. *Asgius*, d. *Argivus*, βγ. — *Ciricis*, R. — *et eundem*, Rob. — *ferula*, RTd. *ferulam*, Rob. *in ferula*, βγ.

§ 199. *culturam*, RθTd. *culturas*, Rob. βγ. — *vitum*, d. — *aquae*, R. *aque*, Rob. *aqua*, dβγ. — *Staphinus*, Rob. — *Sileni*, codd. Gel. *Siteni*, Rd. *Sitheni*, Rob. *Silethi*, K. — *rapetas*, d. — *Aristeus*, Rob. — *Cyrenensis*, Pint. — *Buzyges*, codd. Gel. *Bytyges*, θ (cui *vel Buziges* suprascriptum.) *Biziges*, d. *Bitiges*, R. *Briges*, K.

§ 200. *Agraganti*, Rd. *Agrigentinus*, Rob. *Agrigenti*, βγ. — *invenere*, Rob. *inherere*, Rd. *invehere*, T. — *Areopago*, Rθdr. *Ariopago*, Rob. β. — *primi*, RθTd. *primum*, β. — *phalangos*, d. — *Acrisius*, vid. Apollodor. II. 2, 2. *Acritus*, Rd (Rob.) — *se bellantes*, R. *rebellantes*, d. — *Calchus*, R. — *Messenium*, d.

ocreas et cristas Cares. Arcum et sagittam Scythen Iovis 201
filium, alii sagittas Persen Persei filium invenisse dicunt,
lanceas Aetolos, iaculum cum ammento Aetolum Martis
filium, hastas velitaris Tyrrenum, pilum Penthesileam
Amazonem, securim Pisaeum, venabula et in tormentis
scorpionem Cretas, catapultam Syrophoenicas, ballistam et
fundam, aeneam tubam Pisaeum Tyrrenum, testudines Ar-
temonem Clazomenium; equom qui nunc aries appellatur in 202
muralibus machinis Epeum ad Troiam, equo vehi Bellero-
phontem, frenos et strata equorum Pelethronium, pugnare
ex equo Thessalos qui Centauri appellati sunt habitantis
secundum Pelium montem. Bigas prima iunxit Phrygum
natio, quadrigas Erichthonius; ordinem exercitus, signi da-
tionem, tesseras, vigilias Palamedes invenit Troiano bello,
specularum significationem eodem Sinon, inducias Lycaon,
foedera Theseus; auguria ex avibus Car a quo Caria ap- 203
pellata, adiecit ex ceteris animalibus Orpheus, haruspicam
Delphus, ignispicia Amphiaraus, extispicia avium Tiresias
Thebanus, interpretationem ostentorum et somniorum Am-
phictyon, astrologiam Atlas Libyae filius, ut alii, Aegyptii,
ut alii, Assyrii; sphaeram in ea Milesius Anaximander, ven-
torum rationem Aeolus Hellenis filius; musicam Amphion, 204
fistulam et monaulum Pan Mercuri, obliquam tibiam Midas
in Phrygia, geminas tibias Marsyas in eadem gente, Lydios
modulos Amphion, Dorios Thamyris Thrax, Phrygios Mar-

§ 201. *Iovis filius*, T. — *Aetolios*, Rd. — *ammento ferunt invenisse*, Ambros. I. II. (Rob.) — *pilumque*, β. Id arripiens Heyn. in novis commentt. Gotting. 7, 41. infra *Pisaeum* delet, Müller. contra de Etruscis 1, 395. aut *pilum* delendum aut signa nominis alicuius omissi post illud ponenda, nomen *Pisaeum* autem delendum censet. Vulgatae lectioni assentitur etiam Boswelii codex ap. Ulitium ad Grat. cyneg. 108.; sed eam interpolatam esse multa docent. — *Piseum*, β. — *Syrophoenicas*, RθSTd (Ambr. I. II.) *Syros; Phoenicas*, β. — *eniabam*, d. — *Piseum*, β.

§ 202. *Epeum*, d. *Saepium*, R. *Epeum primum*, Rob. *primum Epeum*, r. — *appellati sunt*, R (Rob.) *sunt appellati*, Td. — *prima*, RTθd. *primum*, Rob. β. — *specularum*, RTdr (Rob.) *specularem*, β. — *Lycaon*, RTKd (Rob.) *Lycanor*, codd. Gel. β.

§ 203. *Chara ex quo*, Rob. — *aruspicam*, Rd. *arispicam*, θ. *auruspicam*, T. *aruspicium*, Rob. β. — *Amphiaraus extispicia*, R[2]. *Amphiaraus*, *auspicia*, βγ. Omitt. R[1]Td. *Amphiaraus aut Tiresias*, Pint. — *sphaeram*, vid. 2, 31. *speram neam*, R[1]. *speram mineam*, R[2]. *speraminea*, d. *spiramina*, r.

§ 204. *fistulam — Mercurii*, Rd. *fistulam et monaulon Mercurius*, r. *fistulam Pan et monaulum Mercurius*, Rob. — *Thamyris*, ita nos scripsimus; v. infra. *Thamyras*, Rdβγ. — *ut alii Linus ut alii Orpheus*, Td. — *septem chordis — additis*, θ. *septem chordis additis*, Rdβγ. — *addit*, R. *adiecit*, Td. — *Citharam*, ST.

syas Phryx, citharam Amphion, ut alii, Orpheus, ut alii,
Linus; septem chordis primum cecinit III ad IIII primas
additis Terpander, octavam Simonides addidit, nonam Ti-
motheus. Cithara sine voce cecinit Thamyris primus, cum
cantu Amphion, ut alii, Linus; citharoedica carmina com-
posuit Terpander; cum tibiis canere voce Troezenius Ar-
dalus instituit. Saltationem armatam Curetes docuere, Pyr-
richen Pyrrus, utramque in Creta. Versum heroum Pythio 205
oraculo debemus. De poematum origine magna quaestio
est; ante Troianum bellum probantur fuisse. Prosam ora-
tionem condere Pherecydes Syrius instituit Cyri regis ae-
tate, historiam Cadmus Milesius, ludos gymnicos in Arcadia
Lycaon, funebris Acastus Iolco, post eum Theseus in
Isthmo, Hercules Olympiae athleticam, Pythus pilam luso-
riam, Gyges Lydus picturam Aegypti, et in Graecia Eu-
chir Daedali cognatus, ut Aristoteli placet, ut Theophrasto,
Polygnotus Atheniensis. Nave primus in Graeciam ex Ae- 206
gypto Danaus advenit; antea ratibus navigabatur inventis
in mari rubro inter insulas a rege Erythra. Reperiuntur
qui Mysos et Troianos priores excogitasse in Hellesponto
putent, cum transirent adversus Thracas. Etiamnunc in Bri-
tannico oceano vitiles corio circumsutae fiunt, in Nilo ex
papyro et scirpo et harundine. Longa nave Iasonem pri- 207
mum navigasse Philostephanus auctor est, Hegesias Para-
lum, Ctesias Semiramim, Archemachus Aegaeonem, biremem

— *Thamyris*, R θ. *Thamiaris*, T. *Thamyras*, d β γ. — *citharoedica*, R (codd. Gel.) *citharnedica*, d. *cithara edita*, K. — *Ardalus*, Hard. *Dardanus*, R d (Rob.) β. — *Pyrrhichus*, Kramer. ad Strabon. 10. p. 480.

§ 205. *heroum*, θ. *eroum*, R^2. *oreum*, R^1. *heroicum*, d (Rob.) β γ. — *habemus*, r (Rob.) — *est*, omitt. T r (Rob.) — *probatur*, d. — *prorsam*, T. — *tempore Cyri regis*, r (Rob.) — *Iolco*, θ T. *cole*, R. *io leo*, d. *in Iolco*, β. — *Sisyphus in Isthmo*, Pint. — *Pitus*, R. *Picus*, θ. — *Gyges Lydus*, θ. *Gyges Ludus*, R^1 d γ. *Gyges Lidius*, R^2. *Gyges Lydius*, β. *Cyges luctus*, T. *Cynges Lyctius*, Pint. Locus corruptus. — *Aegypti, et in Graecia*, θ. *Aegyptie et in Graecia*, T. *Aegyptie in Graecia*, R. *Aegyptie in Graecie*, d. *in Aegypto, in Graecia vero*, β γ. — *Euchir*, codd. Gel. *Euchirrae*, θ. *vehirre*, R T d. — *ut*, om. R. — *Aristotiles*, d. — *ut*, om. d.

§ 206. *Navem primus in Graecia — Danaus adinvenit*, r (Rob.) *in Graeciam — advexit*, K. — *antea*, R T θ d r (Rob.) *ante*, β. — *cratibus*, Heins. adv. p. 400. — *in*, om. R. — *Etiamnunc*, R^2. *Etiamnum*, R^1 d. — *atiles*, R. — *ac scirpo*, d.

§ 207. *Egeas*, d^1. *Etesias*, d^2. — *Ctesias Semiramim*, θ. *Ctesias apen' myrrā*, R. *cetesia sapanus miramin*, d. *Ctesias Samyram, Saphanus Semiramin*, β. Fontem erroris aperuit Reines. var. lectt. 2, 7. p. 169. — *Archemachus*, R. *Archeachus*, θ. *Acheacus*, d. *Nacheacus*, T. *Antimachus*, K. *Archimachus*, β.

Damastes Erythraeos fecisse, triremem Thucydides Aminoclen Corinthium, quadriremem Aristoteles Carthaginiensis, quinqueremem Mnesigiton Salaminios; sex ordinum Xenagoras 208
Syracusios, ab ea ad decemremem Mnesigiton Alexandrum magnum, ad XII ordines Philostephanus Ptolemaeum Soterem, ad quindecim Demetrium Antigoni, ad XXX Ptolemaeum Philadelphum, ad XL Ptolemaeum Philopatorem qui Tryphon cognominatus est. Onerariam Hippus Tyrius invenit, lembum Cyrenenses, cymbam Phoenices, celetem Rhodii, cercyrum Cyprii; siderum observationem in navigando Phoe- 209
nices, remum Copae, latitudinem eius Plataeae, vela Icarus, malum et antennam Daedalus, hippagum Samii aut Pericles Atheniensis, tectas longas Thasii; antea ex prora tantum et puppi pugnabatur. Rostra addidit Pisaeus Tyrrenus, ancoram Eupalamus, eandem bidentem Anacharsis, harpagones et manus Pericles Atheniensis, adminicula gubernandi Tiphys. Classe princeps depugnavit Minos. Animal occidit primus Hyperbius Martis filius, Prometheus bovem.

Demasthenes, K. — *Thucydides* 1, 13., ubi v. intpp. — *Aminoclen*, Rd. *Aminoclem*, βγ. — *quinqueremem*, Rd. *quinqueremem instituit*, β. — *Mnesigiton*, R. *Nesigiton*, θ. *Nesicton*, d^{2}. *Sicton*, d^{1}. *Nesichthon*, β. — *Salaminios*, d. *Salaminius*, Rβ.

§ 208. *Xenagoras*, d. *Zenacoras*, R. — *Syracusios*, d. *Syraeusius*, Rβ. — *Mnesigiton*, T. *Nesigiton*, Rθd. *Mnesigeton*, Hard. *Mnesigethon.*, β. Ab hac voce magna in β regnat perturbatio, ita ut verba *ad XII ordines* et quae eiusdem generis sequuntur semper ad praecedentia referantur, deinde *Philostephanus Pt. Soterem ad quindecim* interpungatur. Causa huius erroris fuit, quod in edd. vett. β verbis *cognominatus est* substituantur verba *ad L*, quae omittunt cum alii codices, tum RTd. Hanc pravam interpunctionem auctoribus illis codicibus emendavit Hard. — *magnum*, Rd. *magnum ferunt instituisse*, βγ. — *Philopatorem*, om. d^{1}. — *cumbam*, R. — *celetem*, Rθdr. *celeten*, codd. Turneb. adv. 29, 18. *celocem*, β. — *cercyrum*, R^{2}d. *cescyrum*, R^{1}. *cercuron*, β. *cercurum*, γ.

§ 209. *rerum*, d. — *eius*, R. *navium*, K. Om. d. — *Plataeae*, Barbar. R. *Plate*, d. *Plato*, Rob. — *Icarus*, ut supposititium delet Gesner. chrestom. p. 601. — *hippagum*, ST. *hippegum*, Rd. *hypagum*, Barbar. — *Samii*, codd. Gel. *Dami*, Rd. *Damia*, T. *Damias*, S. — *Piseus*, β. — *Tyrrhenus*, Pint. R. *Tyrrheni*, θd (Rob.) β. Etiam hanc vocem et sic deinceps omnia subiecta ad sequentia refert β; emendaverat iam Pint. — *idem*, d. — *harpagones*, Rd. *harpagonas*, βγ. — *aut*, Pint. — *Tiphys. Classe*, Rob. *tipl////trasse*, R. *typlicasse*, d.

§ 210. *Ionum*, d. *Ione*, R. Om. Hotomann. opp. III. p. 6. et Rob. *et omnium*, Petit. obss. 2, 1. p. 141. — *uteretur*, R. — *sint*, RθTd. *sunt*, βγ. — *Delphica*, Rd. *Delphica tabula*, βγ. — *dicatio*, R. — *Ναυσικράτης—κόρη*. Hanc inscriptionem mutilam ego dedi, ea tantum exhibens, quae ex codd. iam ab aliis recte eruta viderentur, reliqua acutioribus enucleanda permittens. Scilicet R habet: *ΑΔΥCΙΚΑΤΗCΑΝΕΘΕΤΟΊΝΔΙΟCΚΟΡΝΤⲰΝΑSRΑΤΑΝΝΑΑΘΞΙΟΔ ΑΤΟΝΟΝΟΝΑЄ*, d vero: ⲀⲇⲨCIRPⲀTHCAOЄЄ et *IN ⲀIOIH ⲀIOC. KOPIHNⲀ ЄKA ⲰⲀNNΔΔⲈΞIOΔIONONAЄ*. Et Scaliger. quidem ad Euseb.

LVII. 58. Gentium consensus tacitus primus omnium conspiravit ut Ionum litteris uterentur. 210

LVIII. Veteres Graecas fuisse easdem paene quae nunc sint Latinae indicio erit Delphica antiqui aeris quae est hodie in Palatio dono principum Minervae dicata in bibliotheca cum inscriptione tali: ΝΑΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΑΝΕΘΕΤΟ ΤΗι ΔΙΟΣ ΚΟΡΗι.

LIX. 59. Sequens gentium consensus in tonsoribus fuit, 211
sed Romanis tardior. In Italiam ex Sicilia venere post Romam conditam anno quadringentesimo quinquagesimo quarto, adducente P. Titinio Mena, ut auctor est Varro; antea intonsi fuere. Primus omnium radi cotidie instituit Africanus sequens, divos Augustus cultris semper usus est.

LX. 60. Tertius consensus fuit in horarum observatione 212
iam hinc rationi accedens. Quando et a quo in Graecia reperta, diximus secundo volumine. Serius etiam hoc Romae contigit. Duodecim tabulis ortus tantum et occasus nominantur, post aliquot annos adiectus est et meridies, accenso consulum id pronuntiante, cum a curia inter rostra et Graecostasim prospexisset solem; a columna Maenia ad carce-

p. 111. coniecit: *NAVSIKPATES TISAMENO ATHENAIOS*, Dalecamp. β, nescio unde, scripsit: *Ναυσικράτης Τισαμένου Ἀθηναῖος κόρᾳ καὶ Ἀθηνᾷ ἀνέθηκεν*, cui suffragatur Boeckh. corp. inscr. T. I. p. 6., Turneb. adv. 29, 18. *Ἀδυσικράτης ἀνέθετο τῇ Διὸς κόρῃ δεκάτην, ἥδε δέξατο ἥδιον τήνδε*, cui subscribit priore in parte Broter., qui γ in altera refingit: *τὴν δεκάτην διὰ δεξιὸν αἰῶνα*, Müller. in *kleine Schriften* 1, 256. *Ναυσικράτης ἀνέθετο τῇ Διὸς κόρῃ*, Welcker. in *Rhein. Mus. f. Philologie* 1836. IV. p. 422. *Ναυσικράτης ἀνέθετο τῇ Διὸς κόρῃ || τὰν δεκάταν, ἁ δὲ δέξατ' ἀδέϊ νόῳ*, ubi quae insuper acute addit vir doctissimus, iam ipse retractabit ob deletam vocem *tabula*; Rossignol. in *révue de philologie* nr. 2. p. 109—132. (sive in: *trois dissertations*. Paris. 1850. p. 1—55.) *NAVSIKPATES TISAMENO ATHENAIOS KOPAI KAI ATHENAAI ATHΛΟ AKSIOTHEIS ΑΓΟΝΟΝ ΔΕ*, Godofr. Hermann. denique in litteris ad me datis, cum ad eum apographa R d misissem: *Ναυσικράτης ἀνέθετο τῇ Διὸς κόρῃ || ἠδὲ καί, ὦ Παιάν, σοί, ἀλέξιε δἰ' δμόνας*.

§ 211. *Titinio*, Hard. *Thinnio*, Rθ. *Thinio*, d. *Ticinio*, $\beta\gamma$. Harduino suffragatur Schneider. ad Varr. — *Varro* de re rust. II. 11, 10. — *antea*, Rθ. *ante*, dβ. — *intonsi*, R. *attonsi*, d. — *Primum*, d. — *sequens*, ad sequentia refert β.

§ 212. *in*, d. Omitt. RT (Rob.) — *observationem*, R². — *hinc*, RTd. *hic*, $\beta\gamma$. — *ratione*, RTd. An Plin. *rationem* scripsit? Vid. 16, 204. coll. Drakenb. ad Liv. IX. 40, 19. — *reperta diximus*; pro hac vera vulgatae $\beta\gamma$ scriptura habent *diximus repente* Rd. — *diximus*, RTdr. *diximus in*, $\beta\gamma$. Vid. ad 36, 122. — *secundo* § 187. — *hoc*, R. *hic*, Td. — *a curia*, Pint. et Turneb. adv. 29, 18. ex optimis libris. Addicit K. *auguria*, RSTd (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 457. a. F.) *curio*, β. — *Graecostasin*, Sabell. RST (Rigalt., codd. Barbari et Turnebi.) *Graecos casim*, d. — *solem*, codd. modo dicti. *talem solem*, β. — *Maenia*, Rd. *Menia*, θTKr (codd. Salmas.) *Mevia*, codd. Turnebi. *aenea*, β. — *ad arcem*, Urlichs. in *N. Rhein. Museum* IV. 4.

*

rem inclinato sidere supremam pronuntiavit, sed hoc serenis
tantum diebus usque ad primum Punicum bellum. Princeps 213
Romanis solarium horologium statuisse ante XII annos quam
Pyrro bellatum est ad aedem Quirini L. Papirius Cursor,
cum eam dedicaret a patre suo votam, a Fabio Vestale
proditur; sed neque facti horologii rationem vel artificem
significat nec unde translatum sit aut apud quem scriptum
id invenerit. M. Varro primum statutum in publico secun- 214
dum rostra in columna tradit bello Punico primo a M'. Va-
lerio Messala consule Catina capta in Sicilia, deportatum
inde post XXX annos quam de Papiriano horologio traditur,
anno urbis CCCCLXXXXI., nec congruebant ad horas eius li-
niae; paruerunt tamen ei annis undecentum, donec Q. Mar-
cius Philippus qui cum L. Paulo fuit censor diligentius
ordinatum iuxta posuit, idque munus inter censoria opera
gratissime acceptum est. Etiamnunc tamen nubilo incertae 215
fuere horae usque ad proxumum lustrum; tunc Scipio Na-
sica conlega Laenatis primus aqua divisit horas aeque no-
ctium ac dierum idque horologium sub tecto dicavit anno
urbis DXCV. Tamdiu populo Romano indiscreta lux fuit.
Nunc revertemur ad reliqua animalia primumque terrestria.

pronuntiavit, Salmas. Rd. *pronuntiabit*, codd. Salmas. *pronuntiabat*, βγ. Ceterum totum hunc locum foede interpolatum dat cod. Gotticus Floriani Senticensis apud Pint.

§ 213. *Romanis*, R. Omitt. θTdr (codd. Salmas.) — *XII*, Rd. *undecim*, θr (codd. Salmas.) γ. *tredecim*, Salmas. — *Pyrrho*, Rd. *cum Pyrrho*, βγ. — *est eadem* omisso *ad*, Rd. — *Quirinib; Papirius*, Rd. — *eam*, RθTd. *eandem*, β. — *Vestale*, RθTd. *Vestali*, β. — *artificem*, R. *artificii*, Td. *artificis*, K. — *id*, omitt. Td.

§ 214. *statum*, d. *statom*, R. *factum*, θ. — *M'*., ita nos scripsimus. *M.*, Rdβγ. — *Catina*, RθTd. *Cathina*, r. *Catana*, β. — *CCCCLXXXXI.*, Salmas. *CCCCLXXVII.*, Rβ. *CCCLXXXII.*, θ. *CCCLXXVI.*, T. *CCCLXXVII.*, d. *trecentesimo quinquagesimo vigesimo septimo*, r. *CCCCLXXXX.*, Pigh. annal. 2, 18. ex 34, 4. — *congruebat*, Rd (codd. Salmas.) — *lineae*, Rd. *linea* (codd. Salmas.) *ad lineas eius horae*, r. — *et paruerunt*, r. — *ei*, K (codd. Salmas.) *et*, Rdr. *eis*, βγ. — *undecima*, K. — *Q.*, d. *quae*, R. — *consul*, d.

§ 215. *Etiam nunc*, R^2. *Etiamnum*, R^{1}θTd. *Etiam tum*, βγ. — *nubilo*, Rd (Rob.) *numero*, θ. — *incertae*, R (Rob.) *incerto*, θd^2. *inter tot*, d^1. — *Laenatis*, codd. Gel. *Laenati*, RθTd (Rob.) — *aequinoctium*, d (Rob.) — *ac*, RTr (Rob.) *et*, d. *ad*, β. — *id*, d. — *tecto*, Rob. *secto*, Rd. — *populo Romano*, RθTdr (Rob.) *populi Romani*, β. — *indisc&ata*, R. — *revertemur*, RθTdr. *revertamur*, Ambr. II., Rob. β. *revertens*, Ambr. I.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER VIII.

CAP. I. SECT. 1. Ad reliqua transeamus animalia et pri- § 1
mum terrestria. Maxumum est elephas proxumumque hu-
manis sensibus, quippe intellectus illis sermonis patrii et
inperiorum obedientia officiorumque quae didicere memoria,
amoris et gloriae voluptas, immo vero; quae etiam in ho-
mine rara, probitas, prudentia, aequitas, religio quoque si-
dērum solisque ac lunae veneratio. Auctores sunt in Mau- 2
retaniae saltibus ad quendam amnem cui nomen est Amilo
nitescente luna nova greges eorum descendere ibique se
purificantis sollemniter aqua circumspergi atque ita salutato
sidere in silvas reverti, vitulorum fatigatos prae se ferentis.

Ad librum VIII. toti excussi sunt Rd.

§ 1. *Ad reliqua — terrestria* omitt. Ambr. II., Rob., damnat Rezz. ut male huc ex fine libri VII. translata. — *elephans*, T semper, nec aliter Rd multis in locis. Ceterum hinc sua sumpsit Solin. 25, 2 sqq. — *imperiorum*, codd. Gel. *in priorum*, R (codd. Salmas. exerc. p. 216. a. B. et Gronovii miscell. p. 847.) *in porum*, d[1]. *in piorum*, d[2]. *inprimis*, r (Rob.) — *obedientia*, Rd (codd. Gel., Salmasii et Gronovii, Rob.) *obedientiae*, *θ*. — *officiorumque*, R (Rob.) *officiorum*, d. — *quae*, d (Rob.) Om. R. *et in priorum obedientia officia, eorum quae*, Salmas. — *siderum*, om. d[1]. — *veneratio*, om. d[1].

§ 2. *Annulo*, codd. vetustiores Dalec. *Anulo*, codd. Voss. ad Mel. I. 5. *Aulo*, codex R. Christinae ap. eund. *Valo* vel *Valon*, Voss. — *se atque*, Rob. — *sollempniter se purificantes*, d. — *fastigatos*, T.

Alienae quoque religionis intellectu creduntur maria trans- 3
ituri non ante navis conscendere quam invitati rectoris iu-
reiurando de reditu, visique sunt fessi aegritudine, quando
et illas molis infestant morbi, herbas supini in caelum iaci-
entes, veluti tellure precibus adlegata. Nam quod ad doci-
litatem attinet, regem adorant, genua submittunt, coronas
porrigunt; Indis arant minores quos appellant nothos.

II. 2. Romae iuncti primum subiere currum Pompei 4
Magni Africo triumpho, quod prius India victa triumphante
Libero patre memoratur; Procilius negat potuisse Pompei
triumpho iunctos egredi porta. Germanici Caesaris munere
gladiatorio quosdam etiam inconditos meatus edidere saltan-
tium modo. Volgare erat per auras arma iacere non aufe- 5
rentibus ventis atque inter se gladiatorios congressus edere
aut lascivienti pyrriche conludere; postea et per funis in-
cessere lecticis etiam ferentes quaterni singulos puerperas
imitantis plenisque homine tricliniis accubitum iere per le-
ctos ita libratis vestigiis, ne quis potantium attingeretur.

III. 3. Certum est unum tardioris ingeni accipiendis 6
quae tradebantur saepius castigatum verberibus eadem illa
meditantem noctu repertum. Mirum maxume et adversis
quidem funibus subire, sed regredi magis utique pronis.
Mutianus ter consul auctor est aliquem ex his et litterarum
ductus Graecarum didicisse solitumque perscribere eius lin-
guae verbis: „ipse ego haec scripsi et spolia Celtica di-
cavi", itemque se vidente Puteolis, cum advecti e nave

§ 3. *regionis*, K. — *per herbas*, K. — *iacientes*, R. *iacentes*, θTKd. — *telluri*, R. — *allegata*, Rd. *alligata*, Tr. *ablegata*, Sabell. K. — *nothos*, Rob. *notos*, Rd.

§ 4. *Africo*, Rd. *Africano*, βγ. — *egredi*, RθTdr. *ingredi*, Barbar. Kβ. — *porta*, RθrK. *portam*, dβ. — *Germani*, Rd. — *quosdam*, RθS. *quo*, Td. — *etiam*, RθSTd. Om. β. — *meatus*, T. *maeatus*, R. *motus*, Sdβγ.

§ 5. *gladiatorius*, R. — *lascivienti*, Rd. *lasciviente*, βγ. — *pyrrhiche*, codd. Gel. *pyrrhice*, R. *pirrice*, d. *pernicitate*, Kr. — *colludere*, Rd (codd. Gel.) *collidere*, T. — *lecticis—singulos*, Rd (codd. Gel.) *lecticas—singulas*, r. — *plerisque*, Rdr. — *homine*, Rθ. *hominem*, d. *hominum*, β. — *accubitum*, RθTd. *accubitu*, β. — *portantium*, Tr.

§ 6. *ingenii*, Rd^{1}. *ingenii pro*, Td^{2}. *ingenii in*, βγ. — *eundem*, R^{2}. — *furibus subiere*, Rd. — *magis*, d. Omitt. RT. — *IIII*, RTd. — *Graecarum*, RTd. *Graecorum*, β. — *dedicisse*, R^{2}. *dedidisse*, R^{1}. *decidisse*, Td. — *pscribere*, Rd. *praescribere*, γ. — *dicavi*, R. *ipse dicavi*, Td. — *e*, Rd. *de*, K. Om. r. — *ut sese in*, K.

egredi cogerentur, territos spatio pontis procul a continente porrecti, ut sese longinquitatis aestumatione fallerent, aversos retrorsus isse.

4. Praedam ipsi in se expetendam sciunt solam esse in 7
armis suis quae Iuba cornua appellat, Herodotus tanto antiquior et consuetudo melius dentis. Quamobrem deciduos casu aliquo vel senecta defodiunt. Hoc solum ebur est; cetero et in his quoque, qua corpus intexit, vilitas ossea, quamquam nuper ossa etiam in lamnas secari coepere paenuria; etenim rara amplitudo iam dentium praeterquam ex 8
India reperitur, cetera in nostro orbe cessere luxuriae. Dentium candore intellegitur iuventa. Circa hos beluis summa cura; alterius mucroni parcunt, ne sit proeliis hebes, alterius operario usu fodiunt radices, inpellunt molis circumventique a venantibus primos constituunt, quibus sunt minumi, ne tanti proelium putetur; postea fessi inpactos arbori frangunt praedaque se redimunt.

IV. 5. Mirum in plerisque animalium scire quare petan- 9
tur, sed et per cuncta quid caveant. Elephas homine obvio forte in solitudine et simpliciter oberrante clemens placidusque etiam demonstrare viam traditur, idem vestigio hominis animadverso prius quam homine intremiscere insidiarum metu, subsistere ab olfactu, circumspectare, iras proflare nec calcare sed erutum proxumo tradere, illum sequenti, simili nuntio usque ad extremum, tunc agmen circumagi et reverti aciemque dirigi, adeo omnium odori durare virus

§ 7. *in se*, omitt. Td. — *expetendam*, R. *expectandam*, Td. *expectandum*, K. — *Herodotus*, v. Wesseling. ad Herod. 3, 97. — *diffodiunt*, d. — *cetero*, R. *ceterum*, Td. *ceterum iis quibus corpus intexitur*, K. — *vilitas ossea*, RKd. *vilitas osse*, *θ*. — *aliquaque nuper*, r. — *in lamnas*, R²d. *alamnas*, d.

§ 8. *dentibus*, r. — *inventa*, d. — *hos*, Rd (codd. Gel.) *alios*, *θ*. — *belluis*, Rd (codd. Gel.) *belli*, *θ*Kr. — *curae*, d. — *sunt*, d (codd. Barbari.) s̄ s̄, R. *sint*, T. — *minimi*, R²d². *minime*, R¹d¹. — *ne*, omitt. Rd. — *postera*, R.

§ 9. *sed et per*, Rob. *sed per*, RTd. *sed et fere*, Salmas. exerc. p. 217. a. B. et Gesner. chrestom. p. 248. *sed et super*, Hard. In verbis *per cuncta* corruptela sane latere videtur, nondum tamen illis coniecturis sublata; non multum abest, quin Plinium *sed et percunctari* (i. e. *explorare*) scripsisse putem. — *homini et oberranti*, Hard. — *et placidus etiam*, Rob. — *quam hominem*, d. — *moetus*, R. — *subsistere*, d (Rob.) Om. R. — *ab*, om. Rob. — *olfactus*, R. — *istas*, d. — *erutum*, Barbar. RS. *derutum*, Td. *cretum*, Constant. Fanensis ap. Pint. — *simili nuntio*, Rd. *nuntio simili*, *βγ*. — *tunc*, Rd. *et tunc*, *βγ*. — *visus*, R. *visu*, d.

illud maiore ex parte ne nudorum quidem pedum. Sic et 10
tigris etiam feris ceteris truculenta atque ipsa elephanti
quoque spernens vestigia hominis viso transferre dicitur
protinus catulos, quonam modo agnito? ubi ante conspecto
illo quem timet? Etenim talis silvas minume frequentari
certum est. Sane mirentur ipsam vestigi raritatem; sed unde
sciunt timendi esse? Immo vero cur vel ipsius conspectum
paveant tanto viribus, magnitudine, velocitate praestantiores?
Nimirum haec est natura rerum, haec potentia eius, saevissimas ferarum maxumasque numquam vidisse quod debeant
timere et statim intellegere cum sit timendum.

V. Elephanti gregatim semper ingrediuntur. Ducit agmen 11
maxumus natu, cogit aetate proxumus; amnem transituri
minumos praemittunt, ne maiorum ingressu atterente alveum
crescat gurgiti altitudo. Antipater auctor est duos Antiocho
regi in bellicis usibus celebris etiam cognominibus fuisse;
etenim novere ea. Certe Cato, cum inperatorum nomina
annalibus detraxerit, eum qui fortissime proeliatus esset in
Punica acie Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato.
Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax alioqui 12
dux agminis semper; tum pronuntiatum eius fore principatum qui transisset, ausumque Patroclum ob id phaleris
argenteis, quo maxume gaudent, et reliquo omni primatu
donavit. Ille qui notabatur inedia mortem ignominiae praetulit; mirus namque pudor est victusque vocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit. Pudore numquam nisi 13
in abdito coeunt, mas quinquennis, femina decennis; initur

§ 10. *Sic*, Rob. *Sit*, Rd. — *elephanti*, R (Rob.) *elephantem*, Tdr. — *vestigia hominis*, Rθ. *vestigio hominis*, Tdr. *vestigia homine*, Rob. β. — *aut ubi*, K. *ubi autem*, r. — *timendi*, RTd. *timendos*, Rob. *timendum*, $\beta\gamma$. *timendi causam*, Dalec. — *ipsius*, Rd. *ipsum*, T. *saepius*, K. — *velocitate*, om. d. — *haec est potentia*, Rob. — *saevissima*, T. — *quae nunquam*, K (Rob.) — *vidisse*, Rd[1]. *vidissent*, TKd[2] (Rob.) — *timere statim* omisso *et*, Barbar. — *cum*, RθTd. *cur*, Rob. β.

§ 11. *gurgiti*, Rd. *gurgitis*, Rob. $\beta\gamma$. — *detraxerit*, RT. *detruxerit*, d[1]. *destruxerit*, d[2]. *describeret*, β. Vid. Gesner. chrestom. p. 249., qui apte laudat Cornel. Cat. 3. — *Sursum*, d.

§ 12. *alioqui*, Rd. *alioquin*, $\beta\gamma$. — *agminis reptum*, R. *agmini reptu"*, d. Plin., ni fallor, *agminis repertus*. *Tum* scripsit. — *gaudens*, Rd. — *donatum*, Dalec. — *victusque*. Pro hac voce habet *ouistq;* R[1], *eustq;* R[2], *ovisque* Td. Ex vestigiis cod. R[2] coniicio Plinium *est ei*, *victusque* scripsisse. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 9, 1. p. 610[a] 16.

autem biennio, quinis, ut ferunt, cuiusque anni diebus, nec
amplius; sexto perfunduntur amne non ante reduces ad
agmen. Nec adulteria novere nullave propter feminas inter
se proelia ceteris animalibus pernicialia, nec quia desit illis
amoris vis; namque traditur unus amasse quandam in Ae-
gypto corollas vendentem ac, ne quis volgariter electam pu-
tet, mire gratam Aristophani celeberrimo in arte gramma-
tica; alius Menandrum Syracusanum incipientis iuventae in 14
exercitu Ptolemaei, desiderium eius, quotiens non videret,
inedia testatus; et unguentariam quandam dilectam Iuba
tradit. Omnium amoris fuere argumenta gaudium ad con-
spectum blanditiaeque inconditae stipesque quas populus de-
disset servatae et in sinum effusae. Nec mirum esse amo-
rem, quibus sit memoria. Idem namque tradit agnitum in 15
senecta multos post annos qui rector in iuventa fuisset;
idem divinationem quandam iustitiae: cum Bocchus rex tri-
ginta elephantis totidem in quos saevire instituerat stipitibus
adligatos obiecisset, procursantibus inter eos qui laces-
serent, non potuisse effici ut crudelitatis alienae ministerio
fungerentur.

VI. 6. Elephantos Italia primum vidit Pyrri regis bello 16
et boves Lucas appellavit in Lucanis visos anno urbis qua-
dringentesimo septuagesimo secundo, Roma autem in trium-
pho septem annis ad superiorem numerum additis, eadem
plurumos anno quingentesimo secundo victoria L. Metelli
pontificis in Sicilia de Poenis captos; centum quadraginta
duo fuere aut, ut quidam, CXL transvecti ratibus, quas do-
liorum consertis ordinibus inposuerat. Verrius eos pugnasse 17

§ 13. *in abdito*, Aristot. hist. anim. 5, 2. p. 540a 20. — *a biennio*, K. *a triennio*, Pint. ex Aristot. hist. anim. 5, 14. p. 546b 10. At v. Schneider. ad h. l. p. 305. sq. — *perniciosa*, r (Rob.) — *nec quia*, Rd. *non quia*, βγ. — *traditur unus*, d. *tradit illis*, R. — *quondam*, T. — *electam*, RθTdr. *dilectam*, β, quod praefert Bentlei. ad Horat. carm. II. 4, 17. — *mire*, RθTd. *mire etiam*, Sabell. *miretur*, β. — *Aristophanico*, K. — *celeberrimo*, pone *grammatica* collocant Td.

§ 14. *ad conspectum*, RT. *a conspectu*, dβγ. — *blanditiae inconditaeque*, d².

§ 15. *senectam*, d. — *item*, γ vitio operarum. — *Buccos*, d. *Bacus*, R. — *rex*, R. *VI et*, Td. — *saevire instituerat*, Rd. *saevirent*, r. — *obiectis sed*, Rd. — *nec*, θ.

§ 16. *sex annis*, Pigh. annal. 1, 442. — *quingentesimo quarto*, Harduini editio 1. — *CLXII*, R. — *aut ut quidam CXL*, RθSTdr. Om. β. — *qua*, R. — *imposuerat*, Rd. *imposuerant*, β.

in circo interfectosque iaculis tradit paenuria consili, quoniam neque ali placuisset neque donari regibus; L. Piso inductos dumtaxat in circum atque ut contemptus eorum incresceret ab operariis hastas praepilatas habentibus per circum totum actos; nec quid deinde iis factum sit auctores explicant qui non putant interfectos.

VII. 7. Clara est unius e Romanis dimicatio adversus 18
elephantum, cum Hannibal captivos nostros dimicare inter sese coegisset; namque unum qui supererat obiecit elephanto et ille dimitti pactus, si interemisset, solus in harena congressus magno Poenorum dolore confecit. Hannibal cum famam eius dimicationis contemptum adlaturam beluis intellegeret, equites misit qui abeuntem interficerent. Probo- 19
scidem eorum facillime amputari Pyrri proeliorum experimentis patuit. Romae pugnasse Fenestella tradit primum omnium in circo Claudi Pulchri aedilitate curuli M. Antonio A. Postumio coss. anno urbis sexcentesimo quinquagesimo quinto, item post annos xx Lucullorum aedilitate curuli adversus tauros. Pompei quoque altero consulatu, dedica- 20
tione templi Veneris Victricis, viginti pugnavere in circo aut, ut quidam tradunt, xvii, Gaetulis ex adverso iaculantibus, mirabili unius dimicatione qui pedibus confossis repsit genibus in catervas abrepta scuta iaciens in sublime, quae decidentia voluptati spectantibus erant in orbem circumacta, velut arte, non furore beluae iacerentur. Magnum et in altero miraculum fuit uno ictu occiso; pilum autem

§ 17. *iaculis*, om. T. — *consulum*, r. — *alii*, R. — *indoctos*, Rd. — *operis*, Lips. ad Tac. annal. 1, 16. — *deinde*, Rd. *dein de*, T. *dein*, θ. — *iis*, R. *his*, θTd. — *pactum*, Rd. — *auctor is explicat—putat*, Pint.

§ 18. *sese*, RθTd. *se*, Rob. β. — *obiecti*, R^1. *obiecto*, R^2. — *illum — Solus ergo*, r (Rob.) — *aggressus*, Rob. — *intellegerat*, R. — *abeuntem*, R^2. *obeuntem*, R^{1}d^2. *euntem*, d^1.

§ 19. *Promuscidem*, Kr (et codd. Davis. ad Caes. b. Afr. 84.) — *CLV.*, θ. *CLVI.*, R. *CLII.*, d.

§ 20. *viginti*, pone *circo* collocant βγ. — *XVIII*, Pint. ex Senec. brev. vit. 13. — *confossus*, Td. — *in catervas*, om. r. — *abrepta*, RθTd. *arrepta*, β. — *aspicientibus*, d. — *volubilitate spectantibus voluptati erant*, K. — *Magno*, d. — *ictu*, omitt. Rd. — *autem*, RθTd. Om. β. — *adactum*, om. R.

§ 21. *circumdatis*, RθTdr. *circumdati*, βγ. *circumdantis*, K. — *clastris*, θ. *claustris*, r. Omitt. RTd. — *ferreis*, omitt. RTd. — *harena*, Rd. *euripos harenae*, K. — *accommodans*, K. — *barritu*, Fabric. ad Dion. Cass. T. I. p. 209. — *honori suo*, codd. Barbari. *honori sue*, R. *honorisve*, d. — *diras quaeque*, d. — *aquas*, R^1. — *imprecaretur*, R. *imprecatur*, d. *poenas imprecaretur*, βγ.

sub oculo adactum in vitalia capitis venerat. Universi eru- 21
ptionem temptavere non sine vexatione populi circumdatis
clathris ferreis; qua de causa Caesar dictator postea simile
spectaculum editurus euripis harenam circumdedit, quos Nero
princeps sustulit equiti loca addens. Sed Pompeiani amissa
fugae spe misericordiam volgi inenarrabili habitu quaerentes
supplicavere, quadam sese lamentatione conplorantes, tanto
populi dolore ut oblitus inperatoris ac munificentiae honori
suo exquisitae flens universus consurgeret dirasque Pom-
peio quas ille mox luit inprecaretur. Pugnavere et Caesari 22
dictatori tertio consulatu eius viginti contra pedites quin-
gentos iterumque totidem turriti cum sexagenis propugna-
toribus, eodem quo priore numero peditum et pari equitum
ex adverso dimicante, postea singulis principibus Claudio et
Neroni in consummatione gladiatorum. Ipsius animalis tanta 23
narratur clementia contra minus validos ut in grege pecu-
dum occurrentia manu dimoveat, ne quod opterat inprudens,
nec nisi lacessiti nocent idque cum gregatim semper am-
bulent, minume ex omnibus solivagi. Equitatu circumventi
infirmos aut fessos volneratosve in medium agmen recipiunt
ac velut inperio aut ratione per vicis subeuntes. Capti ce-
lerrime mitificantur hordei suco.

VIII. 8. Capiuntur autem in India unum ex domitis 24
agente rectore qui deprehensum solitarium abactumve a
grege verberet ferum, quo fatigato transcendit in eum nec
secus ac priorem regit. Africa foveis capit, in quas deer-
rante aliquo protinus ceteri congerunt ramos, molis devol-
vont, aggeres construunt omnique vi conantur extrahere.

§ 22. *quinquaginta*, K. At v. Oudend. ad Suet. Caes. 39. — *iterumque*, RθTd. *iterum*, β. — *priore*, Rθ. *priori*, STd. *priores*, $\beta\gamma$. — *singulis*, RθTdr. *singuli*, $\beta\gamma$.

§ 23. *ista*, d^1r. — *validos*, RθTd. *valida*, Pint. β. — *occurrentium*, Salmas. exerc. p. 217. a. D. — *quid*, K. — *nocent*, RTd. *noceant*, $\beta\gamma$. — *idque cum gregatim*, RθS. *hique congregatim*, Td. *ideoque gregatim*, $\beta\gamma$. — *ambulent*, R. *ambulant*, Td. — *agmen*, om. d^1. — *aut*, RSTdK. *ac*, $\beta\gamma$. *auctorati onus*, Pint. — *subeuntes*, Td. *subeunte*, R. *subeunt*, $\beta\gamma$. — *et capti*, θ. — *celeri*, d. — *mitigantur*, Cornar. ad Dioscor. 2, 76.

§ 24. *verberet ferum*, θ. *verbere et ferum*, d. *verbere iterum*, R. *verberat ferum*, β. Ceterum haec sumpta sunt ex Aristot. hist. anim. 9, 1. p. 610^a 24. — *fatigatis*, R. — *regit*, om. d. — *aquas*, R^1. — *congregantur*, T. — *omnique*, Rd^1. *omnesque*, Td^2. *omnesque vivum*, K. — *conantur*, R^2Td^2. *negantur*, R^1d^1. Cum vocis *vi* in codicibus modo tenuia exstent vestigia, ex ductibus litterarum colligo Plinium *omnique ope con.* scripsisse; v. 7, 186.

Ante domitandi gratia greges equitatu cogebant in vallem
manu factam et longo tractu fallacem, cuius inclusos ripis
fossisque fame domabant; argumentum erat ramus homine
porrigente clementer acceptus. Nunc dentium causa pedes 25
eorum iaculantur alioquin mollissimos. Trogodytae conter-
mini Aethiopiae, qui hoc solo venatu aluntur, propinquas
itineri eorum conscendunt arbores; inde totius agminis no-
vissimum speculati extremas in clunis desiliunt; laeva de-
prehenditur cauda, pedes stipantur in sinistro femore; ita 26
pendens alterum poplitem dextra caedit ac praeacuta bi-
penni hoc crure tardato profugiens alterius poplitis nervos
ferit, cuncta praeceleri pernicitate peragens. Alii tutiore
genere sed magis fallaci ingentis arcus intentos defigunt
humi longius; hos praecipui viribus iuvenes continent, alii
connixi pari conatu contendunt ac praetereuntibus sagitta-
rum venabula infigunt, mox sanguinis vestigiis secuntur.
Elephantorum generis feminae multo pavidiores.

IX. 9. Domantur autem rabidi fame et verberibus, ele- 27
phantis aliis admotis qui tumultuantem catenis coerceant, et
alias circa coitus maxume efferantur et stabula Indorum
dentibus sternunt; quapropter arcent eos coitu feminarum-
que pecuaria separant quae haud alio modo quam armento-
rum habent. Domiti militant et turris armatorum in hostis
ferunt magnaque ex parte orientis bella conficiunt; proster-

Ante, RθT. *Antea*, dβγ. — *militandi*, Barbar. — *gradu*, d. — *greges*, Barbar. (codd. Gel.) *regere*, R. *rege͡*, d^1. *reges*, Pint. r. *regis*, Kd^2. — *vallem*, RθTd. *convallem*, βγ. — *inclusus*, R. — *euripis*, Pint.

§ 25. *mollissimo*, R. — *Trogoditi*, R. *Troglodytae*, drβγ. Sumpsisse haec videtur Plin. ex Agatharchid. exc. 25. ap. Phot. bibl. cod. 250. — *aguntur*, R^1. — *propinquas* — *arbores*, R (Rob.) *arb. prop. it. eor. consc.*, dβγ. — *deprehenditur*, RTdr (Rob.) *apprehenditur*, βγ. — *femore*, R^2. *femere*, R^1. *fovere*, K. *femine*, dβγ.

§ 26. *caedit*, θr. *cedit*, d (Rob.) *caede*, R. — *ac*, Rd (Rob.) Omitt. Pint. θrβγ. — *alteris*, R. — *peragens*, R (Rob.) *agens*, Td. — *intentos*, pone *fallaci* collocant βγ. Nostram lectionem tuentur Rd (Rob.) — *aliquo connexu*, d. — *contendunt*, RθTd. *tendunt*, Rob. β. — *vestigia*, θK. — *generibus*, Rob. Vid. Aristot. l. l. p. 610^a 20.

§ 27. *admonitis*, d^2. — *quo*, Hard. coniectura. — *plagis*, Gesner. histor. anim. 1, 382. — *alias* omisso *et*, r. Haec sumpta sunt ex Aristot. hist. anim. 6, 18. p. 571^b 31. — *fabula*, R. — *haut*, d^2. *aut*, d^{1}γ (vitio operarum.) *ad*, R. — *in hostes*, Rd. *in dorsis*, r (Rob.) — *minime*, R. — *vulnera utique*, d. — *territi* — *cedunt*, Rd^2 (Rob.) *vulneratis horror est procedunt*, d^1. — *Inclitum*, d. — *Africi*, R. *Afri*, dβγ. — *maior his*, T.

nunt acies, proterunt armatos. Iidem minumo suis stridore terrentur volneratique et territi retro semper cedunt haud minore partium suarum pernicie. Indicum Africi pavent nec contueri audent, nam et maior Indicis magnitudo est.

X. 10. Decem annis gestare in utero volgus existumat, 28
Aristoteles biennio nec amplius quam semel gignere plurisve quam singulos, vivere ducenis annis et quosdam trecenis. Iuventa eorum a sexagesimo incipit. Gaudent amnibus maxume et circa fluvios vagantur, cum alioquin nare propter magnitudinem corporis non possint. Iidem frigoris inpatientes — maxumum hoc malum — inflationemque et profluvium alvi nec alia morborum genera sentiunt. Olei potu tela quae corpori eorum inhaereant decidere invenio,
a sudore autem facilius adhaerescere. Et terram edisse his 29
tabificum est, nisi saepius mandant; devorant autem et lapides. Truncos quidem gratissimo in cibatu habent; palmas excelsiores fronte prosternunt atque ita iacentium absumunt fructum. Mandunt ore, spirant et bibunt odoranturque haud inproprie appellata manu. Animalium maxume odere murem et si pabulum in praesepio positum attingi ab eo videre fastidiunt. Cruciatum in potu maxumum sentiunt hausta hirudine quam sanguisugam volgo coepisse appellari adverto; haec ubi in ipso animae canali se fixit, intolerando adficit
dolore. Durissimum dorso tergus, ventri molle, saetarum 30

§ 28. *gestari*, r. — *semel — quam* omitt. R^1d^1T, unde delevit Hard. γ. *semel pluresque quam*, R^2. *gignere semel. pluresque* pone *singulos* habet d^2. *semel gignere pluresque* eodem loco habent r (Rob.), quod probat Freinshem. ad Curt. IX. 2, 16. Qui totum hoc de elephantis caput Plinii exscripsit, Solin. 25, 8. haec habet: *non annis decem, ut vulgus, sed biennio, ut Aristoteles definit, utero gravescunt, nec amplius quam semel gignunt, nec plures quam singulos.* Revocavi autem ex β illa verba, quae Plinium ex male intellectis verbis Aristotelis hist. anim. 5, 14. p. 546^b 10. *ὃν δ' ἂν ἐγκύμονα ποιήσῃ, τούτου πάλιν οὐχ ἅπτεται*, deduxisse monuit Schneider. ad h. l. p. 305. — *ducentis* et *trecentis*, r (Rob.) Vid. Aristot. hist. anim. 8, 9. p. 596^a 11. collato tamen eodem 9, 46. p. 630^b 22. — *alioquin nare*, R. *inclinare*, d^1. *alioqui innare*, d^2. Vid. Aristot. hist. anim. 9, 46. p. 630^b 29. — *possunt*, Rd. — *Iidem frigoris* sqq.; haec sunt Aristotelis hist. anim. 8, 36. p. 605^a 23. — *inhaerebant*, θ. *inhaeserant*, r. *inhaeserunt*, K.

§ 29. *his*, Rθd. *iis*, β. — *fronte*, Rd^2 (Rob.) *fractu*, Td^1. *frictu*, Pint. K. Vid. Aristotel. hist. anim. 9, 1. p. 610^a 23. — *atque*, R (Rob.) *ac*, dβγ. — *manu*, v. Aristot. hist. anim. 2, 1. p. 497^b 26. et part. anim. 2, 16. p. 658^b 33. — *assumunt*, TK. — *dicta*, r. — *arudine*, R. *harundine*, d. — *quem*, R. — *animae canali*, Sabell. et Barbar. R. *amne canali*, Td. *amne canalis*, θ.

§ 30. *ventres molles*, r.

nullum tegimentum, ne in cauda quidem praesidium abigendo taedio muscarum, — namque id et tanta vastitas sentit, — sed cancellata cutis et invitans id genus animalium odore. Ergo cum extenti recepere examina, artatis in rugas repente cancellis conprehensas enecant; hoc iis pro cauda, iuba, villo est. Dentibus ingens pretium et deorum simu- 31
lacris lautissima ex iis materia. Invenit luxuria conmendationem et aliam expetiti in callo manus saporis, haud alia de causa, credo, quam quia ipsum ebur sibi mandere videtur. Magnitudo dentium videtur quidem in templis praecipua; sed tamen in extremis Africae, qua confinis Aethiopiae est, postium vicem in domiciliis praebere saepesque in iis et pecorum stabulis pro palis elephantorum dentibus fieri Polybius tradidit auctore Gulusa regulo.

XI. 11. Elephantos fert Africa ultra Syrticas solitudines 32
et in Mauretania, ferunt Aethiopes et Trogodytae, ut dictum est, sed maxumos India bellantisque cum iis perpetua discordia dracones tantae magnitudinis et ipsos ut circumplexu facili ambiant nexuque nodi praestringant. Conmoritur ea dimicatio victusque conruens conplexum elidit pondere.

tegimentum, R d. *tegum.*, β γ. Vid. Aristot. hist. anim. 2, 1. p. 499ª 9. — *hoc genus*, T. — *artatis*, R. *arctatis*, d β γ. — *repetente*, R. — *hoc iis*, R. *oliis*, d^{1}. *hoc his*, T d^{2}. — *iuva. vi illo*, R. *iuvamen*, T d. *pro iuba, pro villo*, K.

§ 31. *lautissima*, R θ S r. *lautissimum*, d. *laudatissima*, β. — *his*, d. — *expetiti — saporis*, R θ T. *expedit in callo manus vim saporis*, β. *expetit* cum rasura d; deinde *saporis* d^{1}, *vim saporis* d^{2}. *commendationem; et aliam expedit*, Kr. — *postum*, d. — *sedesque* omisso *in*, K. — *his*, d. — *pro paliolis*, R T d. *propalam*, r. *palos*, K, quod praefert Gesner. chrestom. p. 269. — *tradidit*, R θ d. *tradit*, β. — *Gulusa*, R. *Gaulusa*, d. *Gaulussa*, K. *Gulussa*, β γ. *Γολοσσῆς* ap. Polyb. exc. libri XXXI. p. 1473. ed. Gron.

§ 32. *Elephantos*, R θ T d. *Elephantes*, β. — *dictum est* § 25. — *his*, d. — *et ipsos ut*, R θ S T d r. *ut et ipsos*, β. — *circumplexu*, R θ S T d. *circumflexu*, r (Rob.) β. — *facili*, Rob. *facili////*, d. *faciunt*, R θ S T. *fasciatim*, Pint. Sed in illo *faciunt* et rasura codicis d latere videtur *facili III* i. e. *ter*. — *Commoritura*, nonnulli libri ap. Salmas. exerc. p. 217. b. E., qui *Commorituris* coniicit. — *addimicantes*, R^{1}. — *ve victusque*, d^{2}. *victus namque*, Hard. — *complexus*, r. — *decidit*, r.

§ 33. *praecipui quae*, R. *praecipuique*, T d^{1}. *pro se cuique praecipuaque*, d^{2} r. — *his*, R θ d. *iis*, β. *hic*, Salmas. — *una*; pone h. v. plene interpunxit Hard. γ. — *scandendi*, d^{2}. *arcessendi*, R θ T d^{1} (codd. Salmas.) *lacessendi*, Salmas. *ascendendi*, Hard. γ. Aut vulgatam lectionem retinendam aut *ut ex imo scandendi* legendum censet Pint. — *tanta*, R. *tantam*, θ d (codd. Salmas.) β γ. — *altitudine*, R^{2}. *altitudinem*, R^{1} θ d (codd. Salmas.) β γ. — *draconi*, R θ T d (codd. Salmas.) *Draco*, β ad sequentia referens. Totum locum, uti vulgo legitur, non sanum esse docent et codices et ipsa orationis, quocumque demum modo interpungitur, ratio; scripsit, nisi egregie fallor, Plin.: *Mira animalium praecipue*

XII. 12. Mira animalium pro se cuique sollertia est, ut 33
his una scandendi in tanta altitudine difficultas draconi;
itaque tritum iter ad pabula speculatus ab excelsa se arbore
inicit. Scit ille inparem sibi luctatum contra nexus; itaque
arborum aut rupium attritum quaerit. Cavent hoc dracones
ob idque gressus primum adligant cauda. Resolvont illi no-
dos manu; at hi in ipsas naris caput condunt pariterque
spiritum praecludunt et mollissimas lancinant partis, iidem
obvii deprehensi in adversos erigunt se oculosque maxume
petunt; ita fit ut plerumque caeci ac fame et maeroris tabe
confecti reperiantur. Quam quis aliam tantae discordiae cau- 34
sam attulerit nisi naturam spectaculum sibi paria componen-
tem? Est et alia dimicationis huius fama, elephantis frigi-
dissimum esse sanguinem, ob id aestu torrente praecipue
draconibus expeti; quamobrem in amnis mersos insidiari
bibentibus coartatosque inligata manu in aurem morsum de-
figere, quoniam is tantum locus defendi non possit manu;
dracones esse tantos ut totum sanguinem capiant, itaque

quae sollertia est, in (ita nos pro *ut*) *his summa* (ita nos pro *una*) *lacessendi* (cum Salmasio) *in tanta altitudine difficultas draconi; itaque* rel. Advertenda in his est oppositio inter sollertiam draconis et elephanti per totam hanc paragraphum exposita. Dicit igitur Plin.: ex praecipue mira (de adverbio suo adiectivo postposito v. 7, 88. 30, 37. 33, 32. 34, 19. 35, 180. 36, 44. 67. 37, 65.) animalium sollertia in his (sc. dracone et elephanto) draco, cui summa (ita pro *una* scribendum; ortus autem est error ex scriptura *hisumma*) difficultas est lacessendi in tanta elephanti altitudine, huius iter speculatur, elephantus vero attritum quaerit. Alias utriusque beluae sollertias deinde recenset. Apposuit vero Plin. ex usu omnibus scriptoribus usitatissimo eam enuntiationem, quae alteri subornanda erat (*una — draconi*), tamquam huic parem; v. Madvig. emendatt. in Cicer. Legg. et Acad. p. 24—53., epist. crit. ad Orell. p. 134. et quos laudat Matthiae. ad Cic. l. Manil. 1. § 2. Ceterum v. Solin. 25, 11. — *tritum*, Rd (codd. Salmas. exerc. p. 218. a. A.) *certum*, T. *ut tritum*, Sr (Rob.) Omitt. βγ. *ut itantem*, Pint. — *speculatus*, d. *speculatur*, R^1 (Rob.) *speculantur*, R^2. *speculetur*, r. — *excelse arbore*, R. — *luctari contra. Nexus*, r. *se luctari c. n.*, Dalec. — *aut rupium aut eritum*, R. *aut rupium aut crituum*, d. *aut rup. aut criptuum*, codd. Salmas., qui *arborem aut rupem adfrictui* legit. Codicibus magis accommodatum est *adfrictum* legere. — *ipsas nares*, RθTd (codd. Voss. et Leid. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 72., Rob.) *ipsa nare*, β. — *procludunt*, R. — *laniant*, d^{2}r (Rob.)

§ 34. *alia*, R. — *naturam*, R (Lips. Saturn. 2, 19. p. 966. e veteri libro.) *natura*, θSdr. *naturae*, β. — *paria*, Rd (codd. Leidd. ap. Oudend. ad Suet. Vesp. 8.) *ac paria*, θSr (vetus liber Lipsii) γ. — *componentem*, RθTd. *componenti*, β. *componens*, r. — *draconibus*, R. *a draconibus*, dβγ. — *amnis*, R. *amnes*, Rob. β. *amnibus*, Tdγ. — *bibentibus*, R^2. *viventibus*, R^1. *venientibus*, Td. — *coartatosque*, R^{2}θ. *arctatosque*, r (Rob.) *artatosque*, d^2. *motusque*, Td^1. *arctatisque*, βγ. *artiusque*, Salmas. exerc. p. 218. a. E. *intortuque*, Pellicer., quod probat Gesner. chrestom. p. 271. — *diffigere*, R. — *his* et *locis*, d. — *manus*, R. — *aes*, R. — *totum*, Rd. *tantum*, r (Rob.)

elephantos ab iis ebibi siccatosque concidere et dracones
inebriatos opprimi conmorique.

XIII. 13. Generat Aethiopia Indicis inpares, vicenum 35
cubitorum; id modo mirum, unde cristatos Iuba crediderit.
Asachaei vocantur Aethiopes apud quos maxume nascuntur,
narrantque in maritimis eorum quaternos quinosque inter
se cratium modo inplexos erectis capitibus velificantis ad
meliora pabula Arabiae vehi fluctibus.

XIV. 14. Megasthenes scribit in India serpentis in tan- 36
tam magnitudinem adolescere ut solidos hauriant cervos tau-
rosque; Metrodorus circa Rhyndacum amnem in Ponto,
supervolantis ut quamvis alte perniciterque alites haustus
abreptas absorbeant. Nota est in Punicis bellis ad flumen
Bagradam Regulo inperatore ballistis tormentisque ut op-
pidum aliquod expugnata serpens cxx pedum longitudinis;
pellis eius maxillaeque usque ad bellum Numantinum dura- 37
vere Romae in templo. Faciunt his fidem in Italia appella-
tae boae in tantam amplitudinem exeuntes ut divo Claudio
principe occisae in Vaticano solidus in alvo spectatus sit
infans; aluntur trimo bubuli lactis suco, unde nomen traxere.
Ceterorum animalium, quae modo convecta undique Italiam
contigere saepius, formas nihil attinet scrupulose referre.

his, d.

§ 35. *Generat*, R. *Generat eos*, d. *Generat hos*, T. *Generat dracones*, r (Rob.) *Generat eos et*, βγ. — *impares*, R^2. *pares*, R^{1}dβγ. Quamquam Indicorum draconum veram magnitudinem secundum mensuram non affert Plin., nostram tamen lectionem recipere non dubitavi, quia Indicos vicenis cubitis longe maiores esse docent verba § 32. *tantae magnitudinis — praestringant.* Aelian. quidem, qui hist. anim. 2, 21. draconibus Aethiopicis longitudinem triginta orgyiarum tribuit, alios fontes est secutus. Ceterum v. Solin. 52, 33. — *Asachae*, codd. Barbari. — *narrantque*, RθTd. *narraturque*, βγ. — *cratium*, d^2. *gratiam*, Rd^1. — *ereptis*, R.

§ 36. *Rhyndacum*, v. Aelian. l. l. *Indicum*, R^2 (cum manus prima vulgatam scripturam praebuisse videatur.) *Sindacum*, d (Rob.) — *supervolantes ut*, Rob. *supervolantes*, Rd. *ut supervolantes*, βγ. — *alites haustus*, R^2. *alites haustu*, d (Rob.) βγ. *alie aut stultus*, R^1. — *abreptas*, R. *raptas*, d (Rob.) βγ. — *Regulo*, R. *a Regulo*, dβγ.

§ 37. *usque*, om. d. — *in publico*, Rader. ad Curt. IX. 1, 4. ex Obsequente 29. — *boae*, R^2. *bovae*, R^{1}θ (Rob.) *boes*, d. — *magnitudinem*, T. — *est*, Rd. Ceterum v. Solin. 2, 33. 34. — *trimo*, RSTd. *trivo*, θ. *primo*, βγ. *privo*, Salmas. exerc. p. 61. a. G. *plurimo*, Hard. e Solino. — *suctu*, Schneider. hist. amphib. 2, 237. — *Italiam*, Hard. *Italia*, Rd. *Italiae*, βγ.

§ 38. *fructicum*, d. *fructuum*, K. — *ferarum*, Rd. — *iubantur*, R. Ceterum v. Solin. 20, 4. — *uros*, v. Solin. 20, 5. *visos*, Rd. — *qui*, R. — *potius*, omitt. codd. Salmas. exerc. p. 163. a. B. — *cervique*, Salmas. *cerviceque*, Td. *cervicaequae*, R. *cervice quam*, r. *cervive*, β. Multa mutat Dalec.

XV. 15. Paucissima Scythia gignit inopia fruticum, pauca 38
contermina illi Germania, insignia tamen boum ferorum genera, iubatos bisontis excellentique vi et velocitate uros, quibus inperitum volgus bubalorum nomen inponit, cum id gignat Africa vituli potius cervique quadam similitudine.

16. Septentrio fert et equorum greges ferorum, sicut asi- 39
norum Asia et Africa, praeterea alcen iuvenco similem, ni proceritas aurium et cervicis distinguat; item natam in Scandinavia insula nec umquam visam in hac urbe, multis tamen narratam achlim haut dissimilem illi sed nullo suffraginum flexu ideoque non cubantem sed adclinem arbori in somno; eaque incisa ad insidias capi, alias velocitatis memoratae.
Labrum ei superius praegrande; ob id retrograditur in pa- 40
scendo, ne in priora tendens involvatur. Tradunt in Paeonia feram quae bonasus vocetur equina iuba, cetera tauro similem, cornibus ita in se flexis ut non sint utilia pugnae; quapropter fuga sibi auxiliari reddentem in ea fimum interdum et trium iugerum longitudine, cuius contactus sequentis ut ignis aliquis amburat.

17. Mirum pardos, pantheras, leones et similia condito in 41
corporis vaginas unguium mucrone, ne refringantur hebetenturve ingrediendo, aversisque falculis currere nec nisi

§ 39. *equorum*, om. R^{1}. — *ferarum*, R. — *Asiae et Africae*, R. — *alcen*, R d. *alcem*, βγ. Vid. Solin. 20, 6. — *iuvenco similem*, R. *iumento similem*, d. Utramque vocem, eamque uti in d legitur, pone *distinguat* collocant βγ. — *natam*, R θ T d. *notam*, β. — *hac urbe*, Salmas. R T d. *hoc orbe*, β, quod praefert Voss. ad Caes. B. G. 6, 27. — *achlim*, d^{1}. *achlin*, θ T (optimi libri ap. Salmas. et Oudendorp. ad Caesar. l. l.) γ. *machlin*, R (Rob.) β. *maclim*, d^{2}. *aclin*, Dalec. — *illis et*, d r. — *nulla*, R. — *sed*, R. *et*, θ d (Rob.) — *acclinem*, R T d (Rob.) *adclivem*, θ β. — *ab insidiis*, T d. — *memorandae*, Pint.

§ 40. *Labrum — involvatur*; haec verba pone *distinguat*, *iumento similem* § 39., uti olim haec verba collocata legebantur, ponenda esse censent Pint. et Dalec. ex Solino 20, 6. — *feram*, R^{2} d^{2}. *ferum*, d^{1}. *ferunt*, R^{1}. — *bona*, R. — *inflexis*, r (Rob.) — *reddente*, R. *reddenti*, d (in rasura, Rob.) — *trium iugerum*, ita omnes quidem codd. et Solin. 40, 11.; sed Aristotel. hist. anim. 9, 45. p. 630^{b} 9. *εἰς τέτταρας ὀργυιάς* habet, eaque de causa Muretus var. lect. 14, 4. et C. Gesner. hist. anim. 1, 135. apud Plinium *orgyiarum*, Pint. vero *IIII* scripserunt, coll. Niclasio ad Aristotel. mirab. auscult. 1. p. 5. Quibus ego ita accedo, ut *IIII orgyium* scribatur, coll. 6, 82. *amphorum*; ita fons erroris aperitur. — *longitudinem*, R. — *amburat*, d (codd. Gel.) *amburant*, R. *comburat*, Rob.

§ 41. *vaginas*, R d (Rob.) *vagina*, θ. — *refringantur*, d^{1} (Rob.) *cinere fricetur*, R^{1}. *nere fricetur*, R^{2}. *refringatur*, βγ. — *hebetenturve*, θ d. *hebetenturque*, r (Rob.) *hebetentur*, R. *hebeteturve*, βγ. — *ingrediendo*, R^{2}. *ingressu*, d. *ingredi*, R^{1} (Rob.) βγ. — *adversisque*, d.

in adpetendo protendere. XVI. Leoni praecipua generositas 42
tunc cum colla armosque vestiunt iubae; id enim aetate contingit leone conceptis; quos vero pardi generavere, semper insigni hoc carent, simili modo feminae. Magna libido coitus et ob hoc maribus ira. Africa haec maxume spectat inopia aquarum ad paucos amnis congregantibus se feris. Ideo multiformes ibi animalium partus, varie et feminis cuiusque generis maris aut vi aut voluntate miscente, unde etiam volgare Graeciae dictum semper aliquid novi Africam adferre. Odore pardi coitum sentit in adultera leo totaque vi 43
consurgit in poenam; idcirco ea culpa flumine abluitur aut longius comitatur; semel autem edi partum lacerato unguium acie utero in enixu volgum credidisse video. Aristoteles diversa tradit, vir quem in his magna secuturus ex parte praefandum reor. Alexandro magno rege inflammato 44
cupidine animalium naturas noscendi delegataque hac commentatione Aristoteli summo in omni doctrina viro, aliquot milia hominum in totius Asiae Graeciaeque tractu parere iussa, omnium quos venatus, aucupia piscatusque alebant quibusque vivaria, armenta, alvearia, piscinae, aviaria in cura erant, ne quid usquam genitum ignoraretur ab eo; quos percontando quinquaginta ferme volumina illa praeclara de animalibus condidit. Quae a me collecta in artum cum iis quae 45

in, Rob. Omitt. Rdβγ. — *praetendere*, K.

§ 42. *leone*, RθTd^{1}. *ex leone*, d^{2}. *e leone*, β. — *quos vero*; v. Solin. 27, 13. Hunc locum respiciunt Serv. ad Vergil. Aen. 8, 113., Isidor. Hispal. origg. XII. 2, 11. et mythogr. Vatic. 1, 39. p. 14. ed. Bode. — *Magna*, Rd. *Magna his*, Rob. *Magna iis*, βγ. — *coitur*, R. — *paucas*, R. Haec omnia desumpsit Plin. ex Aristot. hist. anim. 9, 28. p. 606^{b} 19. — *et feminis*, T. *effeminis*, R. *feminis*, dβγ. — *mares aut*, R. *mare se aut*, dr. — *voluntate*, Rd. *voluptate*, βγ. — *Africam afferre*, R (Rob.) *Africa affert*, Td.

§ 43. *ea culpa*, θTd (hic in rasura.) *arculi a*, R. *et culpa*, Rob. *aut culpa*, β. — *partu*, R. — *lacerato*; respicit huc Isidor. origg. XII. 2, 9. — *videt*, R. — *Aristoteles*, hist. anim. 6, 31. p. 579^{b} 2. — *his*, d. *iis*, Rβγ. — *secuturus*, RTd. *secutus*, r.

§ 44. *scientia*, K. — *in*, om. r. — *parere ei*, Hard. — *omnium*, om. Rob. et delendum videtur, cum ex dittographia vocis *hominum* ortum orationem valde languidam reddat. — *ventos*, R. — *aucupia*, Rob. *aucupi*, R^{1}d^{1}. *aucupio*, R^{2}d^{2}. — *piscatuque*, d. — *varia*, r (Rob.) — *alvearia*, d^{2} (Rob.) *aduaria*, Rd^{1}. — *vivaria in curia*, Rob. — *genitum*, RθTd. *gentium*, β.

§ 45. *artum*, Rd. *arctum*, βγ. — *Is*, de generat. anim. 3, 1. p. 750^{a} 32. — *tradit*, om. R. — *singulos*, d^{2}r (Rob.) *singuli*, RTd^{1}. Ceterum v. Solin. 27, 17. — *uno*, omitt. RTdr (Rob.) V. Salmas. exerc. p. 230. a. F. — *informes*, Aristot. gener. anim. 4, 6. p. 774^{b} 14. — *semenstres*, R (ubique.) — *ingredi*,

ignoraverat quaeso ut legentes boni consulant, in universis rerum naturae operibus medioque clarissimi regum omnium desiderio cura nostra breviter peregrinantes. Is ergo tradit leaenam primo fetu parere quinque catulos ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescere; informis minumasque carnis magnitudine mustelarum esse initio, semestris vix ingredi posse, nec nisi bimestris moveri, in Europa autem inter Acheloum tantum Nestumque amnis leones esse sed longe viribus praestantiores iis quos Africa aut Syria gignant.

18. Leonum duo genera, conpactile et breve crispioribus 46
iubis; hos pavidiores esse quam longos simplicique villo; eos
contemptores volnerum. Urinam maris crure sublato reddere
ut canes; gravem odorem nec minus halitum; raros in potu
vesci alternis diebus, a saturitate interim triduo cibis carere.
Quae possint in mandendo solida devorare nec capiente avi-
ditatem alvo coniectis in faucis unguibus extrahere, ut, si
fugiendum in satietate, abeant. Vitam iis longam docet ar- 47
gumento, quod plerique dentibus defici reperiantur. Polybius
Aemiliani comes in senecta hominem ab his adpeti refert,
quoniam ad persequendas feras vires non superant; tunc
obsidere Africa urbis eaque de causa cruci fixos vidisse se
cum Scipione, quia ceteri metu eius poenae similis absterrerentur eadem noxa.

d (Rob.) *crede*, R¹. *credo*, R². *credi*, T. — *bimestres*, θ d T. *bimenstris*, R (Rob.) *bimestrem*, β. — *Nestumque*, Barbar. Aristotel. hist. anim. 6, 31. p. 579ᵇ 7. 8, 28. p. 606ᵇ 16. *Νέσσον* dicit. *Vestumque*, R. *estumque*, d¹ (Rob.) *Mestumque*, d², quod 4, 40. (ubi v. adnotat. nostram) et 42. a me ex optimis codd. est repositum, Plinio illic, ut apparet, alios fontes secuto. — *his*, d (Rob.)

§ 46. *conpaccile*, R. — *longos*, margo Dalec. *longo*, R d (Rob.) β. Vid. Aristot. hist. anim. 9, 44. p. 629ᵇ 33. — *vellere*, T d¹. — *crure*, d². *crutare*, R. *scrutare*, d¹. — *sullato*, r. — *odorem*, R d. *odore*, r γ. — *aviditatem*, R T d (Ambr. II.) Omitt. r (Ambr. I.), quod probat Heins. adv. p. 137. — *faucis*, R¹. *fauces*, R² β γ. *faucibus*, T d. — *aut*, R d r (Ambr. II.) *a*, Ambr. I. — *in*, R T d r. *non in*, β. — *satietate*, r d (cum rasura, et codd. Salmas. exerc. p. 229. b. F.) *satietatem*, R T. — *habeant*, T r. *habeat*, R d. *non satietate hebeant*, vir doctus ap. Pint. Locus, uti mihi videtur, lacunosus; quae vulgo leguntur, interpolatione orta sensu iusto carent.

§ 47. *docet*, hist. anim. 9, 44. p. 629ᵇ 28. — *defici*, R². *deficit*, R¹. *deficere*, T d. *defecti*, β γ. *defractis*, Pint. *defectis*, Salmas. — *ab his adpeti*, R d. *appeti ab iis*, β γ. — *superant*, R. *suppetant*, T d r. — *Africa*, R d. *Africae*, β γ. — *metu eius*, R². *in eius*, d¹. *m ei*, R¹. *metu*, d² β γ.

19. Leoni tantum ex feris clementia in supplices, prostra- 48
tis parcit et saevire in viros potius quam féminas fremit, in
infantis non nisi magna fame. Credit Libya pervenire intel-
lectum ad eos precum. Captivam certe Gaetuliae reducem
audivi multorum in silvis inpetum a se mitigatum adloquio
ausae dicere se feminam, profugam, infirmam, supplicem
animalis omnium generosissimi ceterisque inperitantis, indi-
gnam eius gloria praedam. Varia circa hoc opinio, ex inge-
nio cuiusque vel casu mulceri adloquiis feras; quippe ob-
viam serpentis extrahi cantu cogique in poenam verum fal-
sumne sit, non vita decreverit. Leonum animi index cauda 49
sicut et equorum aures; namque et has notas generosíssimo
cuique natura tribuit. Inmota ergo placido, clemens blan-
dienti, quod rarum est; crebrior enim iracundia. Eius in
principio terra verberatur, incremento terga ceu quodam in-
citamento flagellantur. Vis summa in pectore. Ex omni vol-
nere sive ungue inpresso sive dente ater profluit sanguis;
iidem satiati innoxii sunt. Generositas in periculis maxume 50
deprehenditur, non in illo tantummodo, quod spernens tela
diu se terrore solo tuetur ac velut cogi testatur cooriturque
non tamquam periculo coactus sed tamquam amentia iratus.
Illa nobilior animi significatio: quamlibet magna canum et

§ 48. *saevire*, R^2. *ubi saevit*, d$\beta\gamma$. — *potius*, RθSTd (Ambr. I. II.) *prius*, β. — *quam*, R. *quam in*, d$\beta\gamma$. — *in magna*, codd. Rezz., Rob. — *Crediti*, Rd. — *pervenire intellectum*, Rd. *int. perv.*, $\beta\gamma$. Multa in h. l. mutarunt Pint. et Salmas. exerc. p. 230. a. C. — *alloqui*, R. — *ausae*, θ. *aut se*, R. *ausa*, K. *ausam*, d$\beta\gamma$. — *ac ceteris*, ST. — *imperitantis*, RθSTd. *imperantis*, Ambros. I. II., β. — *indignam*, R^2. *indignat*, R^1d. — *hoc*, RθTd. *haec*, β. — *obviam*, RTdr^1 (codd. Salmas.) *cum iam*, r^2. *obvium*, Hard. γ. *ubi etiam*, β. — *serpentes*, R. *serpente////*, d^1. *serpentem*, d^2. — *cogique*, Rd (hic in rasura.) *quoque*, T. — *falsumne*, RTθd. *falsumve*, β. — *non vita*, Rd. *vita*, r (codd. Salmas.) *vita non*, $\beta\gamma$.

§ 49. *placido clemens blandienti*, RSTd. *placido clementi blandienti*, r. *placidus, clemens, blandientique similis*, $\beta\gamma$. — *iracundia. Eius in*, R. *iracundia eius. In*, β. *iracundia cuius in*, T (Rob.) *iracundia cinus in*, d. — *ater*, d^2 (Rob.) *alter*, Rd^1. *ἐκ τῶν ἑλκῶν ἰχῶρες ῥέουσιν ὠχροὶ σφόδρα*, Aristot. hist. anim. 9, 44. p. 630^a 5. His ex verbis colligo vocem *ater* ex interpolatione ortam et pro *alter* legendum esse *albidior*, quem huius adiectivi comparativum adhibuit (*pus crassius et albidius*) Celsus V. 28, 4. — *profuit*, R. — *iidem*, v. Aristot. hist. anim. 9, 44. p. 629^b 9.

§ 50. *supernèns*, R. — *tueretur*, R. — *cooriturque — iratus* ut suppositicia delent Pint. et Salmas. exerc. p. 231. a. D. At v. Gronov. miscell. p. 847. *cogiturque*, r (Rob.) — *amentia*, RTdr (Rob.) *amentiae*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *aratus*, R. — *Illa*, v. Arist. l. l. p. 629^b 12. — *ac*, d. — *vi*, d. *ut*, R. — *refutansque*,

venantium urguente vi contemptim restitansque cedit in campis et ubi spectari potest; idem ubi virgulta silvasque penetravit, acerrimo cursu fertur velut abscondente turpitudinem loco; dum sequitur insilit saltu, quo in fuga non utitur.
Volneratus observatione mira percussorem novit et in quan- 51
talibet multitudine adpetit, eum vero qui tela quidem miserit sed tamen non volneraverit conreptum rotatumque sternit nec volnerat. Cum pro catulis feta dimicat, oculorum aciem
traditur defigere in terram, ne venabula expavescat. Cetero 52
dolis carent et suspicione nec limis intuentur oculis adspicique simili modo nolunt. Creditum est a moriente humum morderi lacrimamque leto dari. Atque hoc tale, tam saevom animal rotarum orbes circumacti currusque inanes et gallinaceorum cristae cantusque etiam magis terrent, sed maxume ignes. Aegritudinem fastidi tantum sentit, in qua medetur ei contumelia, in rabiem agente adnexarum lascivia simiarum; gustatus deinde sanguis in remedio est.

20. Leonum simul plurium pugnam Romae princeps dedit 53
Scaevola P. filius in curuli aedilitate, centum autem iubatorum primus omnium L. Sulla qui postea dictator fuit in praetura; post eum Pompeius Magnus in circo DC, in iis iubatorum CCCXV, Caesar dictator CCCC.

T d. — *penetraverit*, d² (Rob.) — *abscondendi se*, d in rasura. — *turpitudinem*, θ d² (codd. Gel.) *turpidi*, R d¹. *turpi*, codd. Salmas. exerc. p. 231. a. C. *velut deputans absconsam* (*absconsionem*, Rob.) *turpitudinem* omisso *loco*, r (Rob.) *turpe*, Salmas. Locus corruptus et sensu carens; nam leo per virgulta silvasque aufugiens cum pudore afficiatur, non pudet eum suam turpitudinem loco abscondi, quod si fieret, pudoris causa non esset; immo pudet sibi fugiendum esse per locum, ubi (v. supra) palam restitare spectarique non potest. Hinc aut cum codicibus Salmasii *turpi* aut, quod mihi propter R d probabilius est, *turpiori* legendum. — *insilit; saltu in fuga non utitur*, Salmas.

§ 51. *mira*, R² (Rob.) *mirum*, R¹ d. Vid. Aristot. hist. anim. 9, 44. p. 629ᵇ 24. — *tela*, R (Rob.) *telum*, d β γ. — *tamen*, omitt. d (Rob.) — *rotatumque*, R θ S T d r (Rob.) *raptatumque*, β. — *fata*, R. — *ne*, R T d (Rob.) *nec*, β. — *expavescat*, R T (Rob.) *expavescit*, d β.

§ 52. *Cetero*, R θ T d. *Ceterum*, Rob. β. Vid. Aristot. l. l. p. 629ᵇ 10. — *intuetur*, R. — *a*, omitt. R d. — *moriente*, d. *morientem*, R. An Plin. *morienti* scripsit? — *tamque*, Rob. *ec*, R. *sed*, d. *tanquam*, r. Plin. etiam h. l. *hoc* scripsisse videtur. — *ignis*, T. Vid. Aristot. l. l. p. 629ᵇ 21. — *tantum*, R. ////*un*////, d.

§ 53. *pugnam*, R. *pugnam magnam*, T d. — *Scaevola*, R T d r. *Q. Scaevola*, β γ. — *P. filius*, R d. *praefectus*, r. — *curulis*, R. — *iugatorum*, T, uti infra. — *rimos*, R. — *DC in iis*; pro hac vera scriptura (β γ) exhibent *ac in iis* R r (codd. Budaei de ass. p. 229.), *acinus* d.

21. Capere eos ardui erat quondam operis foveisque 54
maxume. Principatu Claudi casus rationem docuit pudendam
paene talis ferae nomine, pastoris Gaetuli sago contra in-
gruentis inpetum obiecto, quod spectaculum in harenam pro-
tinus translatum est, vix credibili modo torpescente tanta
illa feritate quamvis levi iniectu operto capite, ita ut devin-
ciatur non repugnans; videlicet omnis vis constat in oculis,
quo minus mirum sit a Lysimacho Alexandri iussu simul
incluso strangulatum leonem. Iugo subdidit eos primusque 55
Romae ad currum iunxit M. Antonius et quidem civili bello,
cum dimicatum esset in Pharsaliis campis, non sine ostento
quodam, tempore illo generosos spiritus iugum subire illo
prodigio significante; nam quod ita vectus est cum mima
Cytheride, super monstra etiam illarum calamitatium fuit.
Primus autem hominum leonem manu tractare ausus et
ostendere mansuefactum Hanno e clarissimis Poenorum tra-
ditur damnatusque illo argumento, quoniam nihil non per-
suasurus vir tam artificis ingeni videbatur et male credi
libertas ei cui in tantum cessisset etiam feritas. Sunt vero 56
et fortunae eorum quoque clementiae exempla. Mentor Sy-
racusanus in Syria leone obvio suppliciter volutante attoni-
tus pavore, cum refugienti undique fera opponeret sese et
vestigia lamberet adulanti similis, animadvertit in pede eius
tumorem volnusque; extracto surculo liberavit cruciatu. Pi-

§ 54. *operis — pudendam*, d². Omitt. R d¹. — *penetralis*, R. *pene////ralis*, d. — *parthis*, d¹. — *egetuli*, R. *e getulie*, d. Plin. videtur scripsisse *e Gaetulis*, littera *s* per *sago* intercepta. Vid. 8, 158. — *pago*, d¹. — *tanta illa*, R. *illa tanta*, d. *illa*, T. — *vis*, om. R¹. — *fit*, Kr. — *Alexandro*, R.

§ 55. *Pharsaliis*, θ T. *Pharsalis*, R. *Pharsalicis*, d β γ. — *ostento quodam*, R T d r. *quodam ostento*, codd. Gel. β γ. — *tempore illo*, r. *tempore*, R θ T. *temporum*, d (codd. Gel.) β γ. — *subire*, d². *ubi se*, R d¹. — *ima*, d. — *super*, R θ T d. *supra*, β γ. — *calamitatium*, R. *calamitatum*, d β γ. — *Hanno clarissimus*, r. — *in tantum*, d². *tantum*, R d¹.

§ 56. *fortunae*, R d¹. *fortuita*, d² β γ. — *Mentu*, R¹. *Mentum*, R². — *voluptante*, d. — *refugientium*, R. — *extracto*, R d. *et extracto*, β γ. — *Elpis*, R d. *Helpis*, Rob. *Elphis*, γ vitio operarum. — *navi*, d. — *in fuga*, R. *fuga*, d β γ. — *tum*, om. d. — *esset*, d.

§ 57. *Sed neque*, r (Rob.) — *profugium*, d. — *miseratione*, R¹. *miserationi*, R². — *avidiori*, d. — *tum*, θ T d (Rob.) *ntum*, R¹. *tantum*, R². — *poena*, R θ T d. *poenam*, Rob. *paene*, Barbar. β. — *suspectante*, r (Rob.) — *orante*, r (Rob.) — *fortuitus*, R. Totus hic locus, *tum poena — contra feram*, aperte cum sit vario modo depravatus, cum alii interpretes, quorum placita e margine Dalec. petas, tum Pint. coniecturas protulerunt varias, sed omnes omni probabilitatis specie adeo destitutas, ut eas afferre longum sit. Mihi Plin. scripsisse videtur:

ctura casum hunc testatur Syracusis. Simili modo Elpis
Samius natione in Africam delatus nave, iuxta litus con-
specto leone hiatu minaci, arborem in fuga petit Libero
patre invocato, quoniam tum praecipuus votorum locus est
cum spei nullus est; neque profugienti, cum potuisset, fera 57
institerat et procumbens ad arborem hiatu quo terruerat mi-
serationem quaerebat. Os morsu avidiore inhaeserat dentibus
cruciabatque inedia, tum poena in ipsis eius telis suspe-
ctantem ac velut mutis precibus orantem, dum fortuitu fidens
non est contra feram; multoque diutius miraculo quam metu
cessatum est. Degressus tandem evellit praebenti et quam 58
maxume opus esset adcommodanti, traduntque quamdiu na-
vis ea in litore steterit retulisse gratiam venatus adgerendo.
Qua de causa Libero patri templum in Samo Elpis sacravit,
quod ab eo facto Graeci κεχηνότος Διονύσου appellavere. Mi-
remur postea vestigia hominum intellegi a feris, cum etiam
auxilia ab uno animalium sperent? Cur enim non ad alia
iere, aut unde medicas manus hominis sciunt? nisi forte vis
malorum etiam feras omnia experiri cogit.

XVII. Aeque memorandum et de panthera tradit Deme- 59
trius physicus, iacentem in media via hominis desiderio
repente adparuisse patri cuiusdam Philini adsectatoris sa-
pientiae, illum pavore coepisse regredi, tamen feram cir-
cumvolutari non dubie blandientem seseque conflictantem

cruciabatque inedia tantum quantum poena in ipsis eius telis suspectantem — orantem illum, fortuitis fidens diffidens non esset contra feram. Leo igitur, quem aeque inedia ac poena i. e. dolor gravissimus eumque ob nimiam aviditatem puniens isque ipsius eius telis i. e. dentibus insidens cruciabat, ad arborem procumbens suspectabat et illum sc. Elpin velut mutis precibus orabat, ne, cum fortuitis i. e. ramorum arboris, cui insidebat, firmitati fideret, diffidens esset adversus feram, cui sententiae verba statim sequentia optime congruunt, quibus significatur Elpin fiduciam ferae neque metum sensisse. Mutationes nostrae ex codicum scriptura omnes sequuntur, cum sint restitutiones litterarum, quae ob vicinitatem similis aut eiusdem vocis facillime, ut fit, exciderant. *Non* pro *ne* positum vindicant ea quae dixerunt Reisig. scholl. gramm. Lat. p. 587. cum nota Haasii et Hand. Tursell. 4, 264. sq.; de usu praepositionis *contra* v. Hand. II. p. 116, 6. — *multoque*, RTd (Rob.) *multo*, βγ.

§ 58. *Aegre os tandem*, Pint. — *eo*, d. — *in*, om. β. — *stetit*, Rob. — *gratiam retulisse*, d. — *aggerando*, Rob. — *quod ab effectu*, Pint. — *κεχηνότος*, codd. Gel. *ae chenotar*, Rd. *Echenotar*, T. *acchenotos*, S. *σωτῆρος ναὸν*, K. *Archenostu* vel *Archenosto neon*, Pint. — *Διονύσου*, codd. Gel. *Dionysu*, d. *Dionisii*, R. *Dionisi*, T. — *Ne miremur*, θ. — *hominis*, Rob. — *iere*, d[2]. *ferc*, R. *ferae*, d[1].

§ 59. *tradidit*, d. — *repetente*, R. — *tamen feram*, d. *tamen fero*, R. *feram vero*, Rob. βγ.

maerore qui etiam in panthera intellegi possit; feta erat,
catulis procul in foveam delapsis. Primum ergo miserationis 60
fuit non expavescere, proxumum et curam intendere, secu-
tusque qua trahebat vestem unguium levi iniectu, ut causam
doloris intellexit simulque salutis suae mercedem, exemit
catulos eam prosequentis usque extra solitudines, deductus
laeta atque gestiente, ut facile adpareret gratiam referre et
nihil in vicem inputare, quod etiam in homine rarum est.

22. Haec fidem et Democrito adferunt, qui Thoantem in 61
Arcadia servatum a dracone narrat. Nutrierat eum puer di-
lectum admodum parensque serpentis naturam et magnitu-
dinem metuens in solitudines tulerat, in quibus circumvento
latronum insidiis agnitoque voce subvenit. Nam quae de in-
fantibus ferarum lacte nutritis cum essent expositi produn-
tur sicut de conditoribus nostris a lupa, magnitudini fatorum
accepta ferri aequius quam ferarum naturae arbitror.

23. Panthera et tigris macularum varietate prope solae 62
bestiarum spectantur, ceteris unus ac suus cuique generi
color est, leonum tantum in Syria niger; pantheris in can-
dido breves macularum oculi. Ferunt odore earum mire
sollicitari quadripedes cunctas, sed capitis torvitate terreri;
quamobrem occultato eo reliqua dulcedine invitatas conri-
piunt. Sunt qui tradant in armo iis similem lunae esse ma- 63
culam crescentem in orbis et cavantem pari modo cornua.
Nunc varias et pardos, qua mares sunt, appellant in eo omni
genere creberrimo in Africa Syriaque; quidam ab his pan-

possit, R d. *posset*, βγ.

§ 60. *mirationi*, r. *miraculum*, Rob. — *proximum*, Rob. *proximam*, R d. — *et*, R. *ei*, d (Rob.) βγ. — *intellexit*, R (Rob.) *sensit*, T d. — *eam prosequentes*, R^{2} θ. *eamiis pros.*, R^{1}. *eam usque prosequentes*, d. *ea usque cum his prosequente*, Rob. *eaque cum iis prosequente*, βγ. — *deductus*, R (Rob.) *gratiam deductus*, d. — *invicem nihil*, d.

§ 61. *et*, R θ T d r (Rob.) *etiam*, β. — *Dathen*, r (Rob.) — *Achaia*, K. — *parensque*, R θ S T K. *pavensque*, d (*v* in rasura, Rob.) β. — *agnitaque*, d. — *magnitudini*, d. *magnitudine*, R θ. — *fatorum*, d^{2}. *ferarum*, R d^{1}. — *fieri*, R θ d (ϑφ ap. Gronov. ad 28, 2.) *referri*, Sabell.

§ 62. *maculorum*, R. — *cuique*, R r (Rob.) *unicuique*, T d. *cuiusque*, βγ. — *generi*, R θ T d. *generis*, Rob. βγ. — *leonum*, d^{2}. *leonem*, d^{1}. *leone*, R. — *odore*, Bud. de ass. p. 229. *colore*, θ T d r. *colere*, R. Vid. Aristot. hist. anim. 9, 6. p. 612^{a} 13. et Solin. 17, 8. — *quadripedes*, R^{1}. *quadrupedes*, R^{2} d βγ.

§ 63. *tradant*, R θ T d. *tradunt*, β. — *his*, d. — *orbis*, R^{1}. *orbes*, R^{2} βγ. *orbe*, d. — *cornua*, d^{2}. Omitt. R d^{1}. — *qua*, R^{1} θ. *quos*, R^{3}. *qui*, R^{2} d βγ. *Qua* h. l. ex usu scriptorum argenteae aetatis i. q. *quatenus*. V. Oudend. ad Lucan.

theras candore solo discernunt nec adhuc aliam differentiam inveni.

24. Senatusconsultum fuit vetus ne liceret Africanas in 64
Italiam advehere. Contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius tribunus plebis permisitque circensium gratia inportare; primus autem Scaurus aedilitate sua varias centum quinquaginta universas misit, dein Pompeius Magnus quadringentas decem, divos Augustus quadringentas viginti.

25. Idem Q. Tuberone Fabio Maxumo coss. IV. nonas Ma- 65
ias theatri Marcelli dedicatione tigrim primus omnium Romae ostendit in cavea mansuefactam, divos vero Claudius
simul quattuor. XVIII. Tigrim Hyrcani et Indi ferunt, 66
animal velocitatis tremendae et maxume cognitae, dum capitur totus eius fetus qui semper numerosus est. Ab insidiante rapitur equo quam maxume pernici atque in recentis subinde transferuntur. At ubi vacuum cubile reperit feta, — maribus enim subolis cura non est, — fertur praeceps odore vestigans; raptor adpropinquante fremitu abicit unum ex catulis; tollit illa morsu et pondere etiam ocior acta remeat iterumque consequitur ac subinde, donec in navim regresso inrita feritas saevit in litore.

26. Camelos inter armenta pascit oriens, quarum duo ge- 67
nera Bactriae et Arabiae differunt, quod illae bina habent tubera in dorso, hae singula et sub pectore alterum cui incumbant. Dentium superiore ordine ut boves carent in utro-

10, 84. et Ruhnken. ad Vell. 2, 37. — *sunt*, d. In R rasura. — *appellati*, d. — *creberrimo*, om. r. — *his*, θ d. *iis*, R β γ. — *sole*, d. — *disces nunc*, R.

§ 64. *hos*, R d. — *gratiam*, R d. — *CCCCX*, d². *au xit*, R. *aug"x*, d¹.

§ 65. *Q.*, d. *que*, R. — *Maii*, d. — *dedicatio*, R d. — *tigrim*, R d. *tigrin*, β γ. — *mansuefactam*, R d. *mansuefactum*, β γ.

§ 66. *maxime cognitae*, Rob. *maxima cognita*, R d. — *capitur. Totus*, β, ita ut infra *est*, *ab* interpungatur. Ceterum v. Solin. 17, 6. — *eius*, R θ T d r (codd. Salmas. exerc. p. 148. b. E.) *enim*, β. Haec Plin. sumpsit ex Mela III. 5, 7. — *recentes*, R T d r. *recentem*, β. — *transferuntur*, d. *transferunt*, R. *transfertur*, Rob. β γ. — *etenim*, d. — *sobolis cura non est*, R T d (Rob.) *cura non est sobolis*, β γ. — *investigans*, d. — *ex*, R d. *e*, β γ. — *ocius*, K. — *remeat*, R d². *remittit*, T d¹. — *navim*, R T K r (Rob.) *navem*, d β. — *irrita*, R. *irritam*, d. *irritata*, K.

§ 67. *quarum*, Pint. R (codd. Salmas. exerc. p. 693. a. C.) *quorum*, d (Rob.) β. — *Bactriae et Arabiae*, R θ T K d r (Rob.) *Bactrianae et Arabicae*, codd. Salmas. *Bactriani et Arabici*, β. — *illae*, R θ S T d (codd. Salmas.) *illa*, Rob. *illi*, β. — *hae*, R θ S T d (codd. Salmas.) *hi*, Rob. β. — *singula*, d (Rob.) *singulae*, R. Vid. Aristot. hist. anim. 2, 1. p. 499ᵃ 14. — *et*, R S T d (Rob.) Om. γ. — *sub*, R T d r (Rob.) *in*, S β. — *incumbunt*, K. — *superiori*, d.

que genere; omnes autem iumentorum ministeriis dorso funguntur atque etiam equitatu in proeliis. Velocitas inter 68
equos, sed sua cuique mensura sicuti vires; nec ultra adsuetum procedit spatium nec plus instituto onere recipit. Odium adversus equos gerunt naturale. Sitim et quatriduo tolerant inplenturque cum bibendi occasio est et in praeteritum et in futurum, opturbata proculcatione prius aqua; aliter potu non gaudent. Vivont quinquagenis annis, quaedam et centenia. Utcumque rabiem et ipsae sentiunt. Castrandi genus etiam feminas quae bello praeparentur inventum est; fortiores ita fiunt coitu negato.

27. Harum aliqua similitudo in duo transfertur animalia. 69
Nabun Aethiopes vocant, collo similem equo, pedibus et cruribus bovi, camelo capite, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, unde appellata camelopardalis, dictatoris Caesaris circensibus ludis primum visa Romae. Ex eo subinde cernitur adspectu magis quam feritate conspicua, quare etiam ovis ferae nomen invenit.

XIX. 28. Pompei Magni primum ludi ostenderunt chama 70
quem Galli rufium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis; iidem ex Aethiopia quas vocant χήπους, quarum pedes posteriores pedibus humanis et cruribus, priores manibus fuere similes. Hoc animal postea Roma non vidit.

ministeriis, Salmas. *in his terris*, Rd. *in iis terris*, β. Vid. Solin. 49, 9. — *equitatu*, Tr (codd. Salmas.) *equitatu*////, d. *equitatum*, R. *equitatus*, θ. *equitantur*, β.

§ 68. *inter equos*, d. *in equos*, R. *in equis*, T (codd. Salmas.) *Nisaeorum equorum*, Pint. — *sue*, RTd. — *cuique*, Td². *utque*, Rd¹. — *mensura*, R. *mensurae*, Td. — *procedunt* et *recipiunt*, T. — *adversum*, d. Vid. Aristot. hist. anim. 6, 18. p. 571b 25. — *prius*, d². *primus*, Rd¹. Vid. Arist. l. l. 8, 8. p. 595b 31. — *quaedam*, RθTd. *quidam*, β. Vid. Aristot. l. l. 6, 26. 8, 9. — *ipsae*, RθTd (codd. Salmas.) *ipsi*, β. — *fortioresque*, T. Vid. Aristot. hist. anim. 9, 50. p. 632a 27.

§ 69. *Harum*, RθTd. *Horum*, β. — *simili*, Rd¹. *similimō*, d². — *Nabun*, Rd. Vid. Solin. 30, 19. *Nabuna*, θTr. *Nabuna ethiopes*, Rob. *Nabim*, codd. Barbari, β. Vid. Gesner. hist. anim. 1, 148. — *magis*, R (Rob.) *ove magis*, Td. — *oviferae*, RθTd. *ovis, non ferae*, Gesner.

§ 70. *chama*, Rθ¹Td (codd. Salmas. exerc. p. 62. a. B.) *chaum*, θ² (Rob.) β. *thoem*, Daloc. et Ulit. ad Grat. cyneg. 255., qui tamen ad 200. vulgatum defendit. V. Köler. in Wolfii anal. 2, 327. — *rufium*, RθTd. *rhaphium*, codd. Barbari, β. — *idem*, β. Vid. Solin. 30, 20. — *χήπους*, Hard. *caepus*, R. *cephus*, Td. *caephus*, θ. *cephos*, Rob. β.

§ 71. *laudis*, R. Haec Plin. sumpsit ex Agatharchide de mari rubro 36., ex Plinio Solin. 30, 20. — *cornus*, Rθdr (Rob.) *cornu*, β. — *quem*, d (Rob.) — *par*, R. *est par*, d¹. *ei par*, d² (Rob.) βγ. — *buxeius*, R.

XX. 29. Iisdem ludis et rhinoceros unius in nare cornus, 71
qualis saepe visus. Alter hic genitus hostis elephanto cornu
ad saxa limato praeparat se pugnae, in dimicatione alvom
maxume petens, quam scit esse molliorem. Longitudo par,
crura multo breviora, color buxeus.

XXI. 30. Lyncas volgo frequentis et sphingas fusco 72
pilo, mammis in pectore geminis, Aethiopia generat multaque
alia monstri similia, pinnatos equos et cornibus armatos
quos pegasos vocant, crocottas velut ex cane lupoque
conceptos, omnia dentibus frangentis protinusque devorata
conficientis ventre, cercopithecos nigris capitibus, pilo asini
et dissimilis ceteris voce; Indicos boves unicornis tricornis- 73
que, leucrocottam pernicissimam feram, asini feri magnitudine,
clunibus cervinis, collo, cauda, pectore leonis, capite
melino, bisulca ungula, ore ad auris usque rescisso, dentium
locis osse perpetuo; hanc feram humanas voces tradunt
imitari. Apud eosdem et quae vocatur eale, magnitudine
equi fluviatilis, cauda elephanti, colore nigra vel fulva,
maxillis apri, maiora cubitalibus cornua habens mobilia,
quae alterna in pugna sistit variatque infesta aut obliqua,
utcumque ratio monstravit. Sed atrocissimos habet tauros 74
silvestris maiores agrestibus, velocitate ante omnis, colore
fulvos, oculis caeruleis, pilo in contrarium verso, rictu ad

§ 72. *monstri*, R θ d. *monstra*, r (Rob.) — *crocottas*, Hard. Vid. Has. in Stephani thes. s. h. v. et Iacobs. ad Aelian. hist. an. 7, 22. *crocotas*, R^{2}T. *crogatas*, R^{1}. *grocotas*, d. *crotocas*, Rob. *crocutas*, β. Plin. sua sumpsit ex Agatharchide de mari rubro 39. — *conceptas*, θ. — *asini*, R θ. *asinino*, d β γ.

§ 73. *Indi equos*, Pint. — *dicornes*, R. *in diu cornes*, T d. *duicornes*, Rob. — *leucrocottam*, ita nos scripsimus. *leucrocotam*, R d. *leucocrotam*, θ T (Rob.) *leucocrutam*, β. *leocrocutam*, Pint. *leocrocottam*, Salmas. exerc. p. 709. b. B. Exscripsit haec Solin. 52, 34. — *perniciosissimam*, θ r (Rob.) — *feri*, R. *fere*, d β γ. — *clunibus*, R^{2}S T (Rob.) *clunis*, R^{1} θ d. *cruribus*, β γ. — *melino*, R^{2}. *melium*, R^{1}d (Rob.) β γ. *camelino*, Pint. — *locis*, R d. *loco*, Rob. γ. — *hunc*, R. — *eos*, r. — *et*, R. *est et*, d. — *eale*, v. Solin. 52, 35. *et*, R d. — *equis*, R. — *fluviatiles*, R d. *fluvialis*, K. — *vel fulva*, om. Pint. ex Solino. — *maxillis*, R θ d r. *maxillas*, β γ. — *in pugna*, om. R^{1}. — *sistunt*, R d. *sistit*, β γ. — *variaque*, R T d (cod. Salmas. exerc. p. 711. b. A.) — *infesta*, T. *infestata*, R d. *infestat*, cod. Salmas. — *aut*, R (cod. Salmas.) *et*, T d. — *obliqui*, cod. Salmas. *sistit varaque infestat aut obliqua*, Salmas. Sed nihil mutandum, nisi quod pro *variaque* scribendum *varieque*; ita explicatur adiectivum *alterna*, de qua copulae *que* vi explicativa v. ad 36, 15.

§ 74. *habet*, omitt. R d, et fortasse omittendum est, ita ut post longiorem sane parenthesin subiectum *ἀπὸ κοινοῦ* repetatur *Aethiopia*; v. ad 33, 23. — *aggregibus* vel *congregibus*, Pint.

auris dehiscente, iuxta cornua mobilia; tergori duritia silicis omne respuens volnus; feras omnis venantur, ipsi non aliter quam foveis capti feritate semper intereunt. Apud 75
eosdem nasci Ctesias scribit quam mantichoran appellat, triplici dentium ordine pectinatim coeuntium, facie et auriculis hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis modo spicula infigentem, vocis ut si misceatur fistulae et tubae concentus, velocitatis magnae, humani corporis vel praecipue adpetentem; 31. in India et 76
boves solidis ungulis, unicornis, et feram nomine axin, hinnulei pelle, pluribus candidioribusque maculis, sacrorum Liberi patris. Orsaei Indi simias candentis toto corpore venantur, asperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente; hanc feram vivam negant capi.

32. Apud Hesperios Aethiopas fons est Nigris, ut ple- 77
rique existumavere, Nili caput; argumenta quae diximus persuadent. Iuxta hunc fera appellatur catoblepas, modica alioqui ceterisque membris iners, caput tantum praegrave aegre ferens; id deiectum semper in terram; alias internicio

tergora, d^{1}. *tergoris*, Rob. — *feritate semper intereunt*, Diod. Sic. 3, 35. *τὸ δ' εἰς ὄρυγμα πεσὸν ἢ δι' ἄλλης ἀπάτης χειρωθὲν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ γίνεται περιπνιγές.*

§ 75. *Ctesias*, Indic. § 7. ed. Bähr. — *appellant*, K. — *coeunti*, K. — *infingentem*, d. — *si*, om. d^{1}. — *magni*, R.

§ 76. *in India*, Rob. *insidia*, R. *in psidia*, Td. Vid. Solin. 52, 38. — *et*, om. d. — *asin*, Rd. — *hinnulei*, codd. Hard. *inulei*, RθTd. *hinnuli*, β. — *candidioribus*, r. — *sacrorum*, RθTd. *sacram*, codd. Barbari, β. Ceterum v. Solin. 52, 39. — *Orsaei*, Rθd. *Orsei*, β. — *duum*, d (Rob.) *du*, R^{1}. *duorum*, R^{2}. — *imminente*, Rob.

§ 77. *argumenta*, Rr (Rob.) *ut argumenta*, dβ. — *diximus* 5, 52. — *alioqui*, Rθd. *aliqui*, Rob. *alioquin*, βγ. — *caput eius tantum*, K. Ceterum v. Solin. 30, 22. — *internicio*, R (Rob.) — *qui*, d^{2} (Rob.) *que*, Rd^{1}. — *oculis*, d.

§ 78. *et*, d (Rob.) *et de*, RT. — *basilisci*, R^{1} (Rob.) *basiliscis*, R^{2}Td. Exscripsit haec Solin. 27, 50—53. — *serpentis*, R^{1} (Rob.) *serpentibus*, R^{2}Td. Corruptela in codicibus optimis regnans orta est ex lemmate (v. libr. 1.) temere in ipsa Plinii verba adscito et manu secunda cum iis confuso. — *vis est*, Td. — *duodecim*, R (Rob.) *duodenum*, dβγ. — *mitrula*, Wotton. different. anim. fol. 101. F. ex Solino 27, 51. — *insignem*, R. *insigne*, Tdr (Rob.) *insigni*, K. — *reliquae*, codd. Gel., Robert. *reliqua*, RθTd. — *in*, delet Salmas. exerc. p. 263. b. C. *a medio*, Pint. — *contactas*, r (Rob.) — *afflatas*, Rob. *afflatus*, r. — *aliis*, R. *alis*, d. — *suis*, d. — *est*, ad sequentia referunt R (Rob.)

§ 79. *occisum*, RθTKd (Rob.) *occiso*, β. — *subeuntem*, θ. — *equitantem*, Rob. — *modo*, om. d. — *Huic*, RθTdr (Rob.) *Atque huic*, codd. Salmas. βγ.

humani generis, omnibus qui oculos eius videre confestim
exspirantibus.

33. Eadem et basilisci serpentis est vis. Cyrenaica 78
hunc generat provincia, duodecim non amplius digitorum
magnitudine, candida in capite macula ut quodam diademate
insignem. Sibilo omnis fugat serpentis nec flexu multiplici
ut reliquae corpus inpellit sed celsus et erectus in medio
incedens; necat frutices non contactos modo verum et adfla-
tos, exurit herbas, rumpit saxa; talis vis malo est. Credi- 79
tum quondam ex equo occisum hasta et per eam subeunte
vi non equitem modo sed equom quoque absumptum. Huic
tali monstro — saepe enim enectum concupivere reges vi-
dere — mustelarum virus exitio est; adeo naturae nihil
placuit esse sine pare. Iniciunt has cavernis facile cognitis
soli tabe; necant illae simul odore, moriunturque et naturae
pugna conficitur.

XXII. 34. Sed in Italia quoque creditur luporum visus 80
esse noxius vocemque homini quem priores contemplentur
adimere ad praesens. Inertis hos parvosque Africa et Ae-
gyptus gignunt, asperos trucisque frigidior plaga. Homines
in lupos verti rursusque restitui sibi falsum esse confidenter
existumare debemus aut credere omnia quae fabulosa tot

— *enectum*, RKd. *erectum*, r^1 (Rob.) Om. r^2. — *concupiere*, T. — *reges videre*, R (codd. Gel. et Salmas., Robert.) *videre reges*, Td. — *placuit nihil*, Rob. — *pare*, RθTd. *pari*, βγ. — *Iniiciunt*, d ? (codd. Gel.) *Interficiunt*, RθTr (codd. Salmas., Robert.) *infercint*, Salmas. perquam probabiliter. — *has*, RθTd. *eas*, codd. Salmas. βγ. *eos*, r (Rob.) — *soli tabe*, RTd^1 (codd. Salmas., Rob.) *sola tabe*, d^2 (codd. Gel.) *solita enecant*, θ. — *illi*, K. — *simul naturali odore*, K. — *morituraeque naturae*, K. *et periturae naturae*, r. — *pugnam conficiunt*, Rob. *pugnam conficiunt moriunturque et interiturae pugnam conficiunt*, K. Missis his foedis interpolationibus sane locum mendo laborare arbitror, quamvis nemini animadverso. Scilicet quinam *necant*? Mustelaene? At tum ineptissime additur *simul*, cum uno odore neque alia re mustelae basiliscum interficiant. An basilisci? Ea fuit Harduini sententia, qui serpentium nomen modo virili, modo muliebri sexu efferri dicit, ea item illius, qui pro *illae* scripsit *illi* (v. supra.) At quomodo basilisci *odore* necare dici possunt, praesertim cum ita non de basiliscis, sed de mustelis necandis h. l. sermo sit? Deinde quam languide additur *moriuntur*, ubi denuo incertum est, de utrius morte dicatur! Omnibus his difficultatibus occurri potest levissima sive potius nulla mutatione, dummodo scribatur: *necant odore moriunturque illae simul et n. p. c.* Pronomen *illae* minime est otiosum, cum basiliscum quoque necari dicat Plin.; et pronomina *hic* — *ille* h. l. eodem modo ad unum subiectum referuntur, uti nunc 37, 177.

§ 80. *contemplantur*, TK. Sua hinc sumpsisse videtur Sextus Placidus 7, 3., sumpsit Solin. 2, 35. — *rursusque*, RθTd. *rursumque*, βγ. — *esse confidenter*, om. d^1.

saeculis conperimus. Unde tamen ista volgo infixa sit fama 81
in tantum ut in maledictis versipellis habeat, indicabitur.
Euanthes inter auctores Graeciae non spretus tradit Arcadas
scribere ex gente Anthi cuiusdam sorte familiae lectum ad
stagnum quoddam regionis eius duci vestituque in quercu
suspenso tranare atque abire in deserta transfigurarique in
lupum et cum ceteris eiusdem generis congregari per annos
novem; quo in tempore si homine se abstinuerit, reverti
ad idem stagnum et cum tranaverit effigiem recuperare, ad
pristinum habitum addito novem annorum senio. Id quoque 82
Fabius, eandem recipere vestem. Mirum est, quo procedat
Graeca credulitas! Nullum tam inpudens mendacium est ut
teste careat. Itaque Agriopas qui Olympionicas scripsit
narrat Demaenetum Parrasium in sacrificio, quod Arcades
Iovi Lycaeo humana etiamtum hostia faciebant, inmolati
pueri exta degustasse et in lupum se convertisse, eundem
decumo anno restitutum athleticae certasse in pugilatu victoremque Olympia reversum. Quin et caudae huius animalis 83
creditur volgo inesse amatorium virus exiguo in villo eumque cum capiatur abici nec idem pollere nisi viventi dereptum; dies quibus coeat toto anno non amplius duodecim;
eundem in fame vesci terra; inter auguria, ad dexteram 84
conmeantium praeciso itinere, si pleno id ore fecerit, nul-

§ 81. *Unde*, om. d. Ceterum totum hunc locum depravatissimum censet Böttiger. *kleine Schr.* 1, 141. — *tam*, d[1]. — *sunt*, RθD. — *in*, omitt. Rθd. — *maledictis in*, θ. — *habeat*, Rd. *abeat*, θ. *habeant*, K. — *Anthi*, θ. *Anti*, RTd. *Antaei*, β. — *cuiusdam familiaque electum*, K. — *tranare*, R. *transnatare*, Tdγ. — *abtenuerit*, R. — *tranaverit*, R. *transnataverit*, Tdγ. — *recuperare*, R[2]r. *reciperare*, R[1]. *recipere*, dβγ.

§ 82. *falsius* vel *additur* vel *Addit quoque fabulis*, Hard. *in fabulis*, Gesner. chrestom. p. 312. *Addit quoque fabulosius*, Pellicer., cui de extrema voce assentior, ita ut haec verba superioribus connectantur. Nomen *Fabius* plurimis nominibus offendit. — *quam*, K. — *Itaque*, Kd. *Ita*, STr. Om. R. — *Agriopas*, codd. Gel. *////acopas*, R. *copas*, TKdr. — *Olympionicas*, Rr. *Olympionica*, TKd. — *Damarchum*, Pint. *Demarchum*, Böttiger. l. l. p. 142. Sumpsit haec Plin. ex Varrone apud August. de civ. dei 18, 17. — *etiamtum hostia*, R. *etiam cum hostia*, r. *etiam hostia cum*, d. *etiam hostia tum*, T. — *faciebat*, Rd. — *se*, RθTdr. Pronomen omitt. codd. Gel., β. — *athletice*, Hard. — *certasse in pugilatu*, codd. Gel. *restituisset in pugilatu*, RθTd. *restitisse in pugilatu*, Kr. — *victoremque Olympia*, βγ. *victoremque victoria Olympia*, RθTKdr. *restitutum, athletico certamine in pugilatu victorem Olympiis reversum*, Dalec. At eiectis codicum dittographiis ortaque hinc interpolatione scribendum: *restitutum athleticae in pugilatu victoremque Olympia reversum* sc. *esse*.

§ 83. *qui capiantur abiicere*, r. Vid. Solin. 2, 36. — *dereptum*, R. *direptum*, dβγ. — *in fame*, om. d[1]. Vid. Aristot. hist. anim. 8, 5. p. 594[a] 26.

lum ominum praestantius. Sunt in eo genere qui cervarii
vocantur, qualem e Gallia in Pompei Magni harena spe-
ctatum diximus. Huic quamvis in fame mandenti, si respe-
xerit, oblivionem cibi subrepere aiunt digressumque quae-
rere aliud.

XXIII. 35. Quod ad serpentis attinet, volgatum est co- 85
lorem eius plerasque terrae habere in qua occultentur; in-
numera esse genera; cerastis corpore eminere cornicula
saepe quadrigemina, quorum motu, reliquo corpore occultato,
sollicitent ad se avis; geminum caput amphisbaenae hoc est
et a cauda, tamquam parum esset uno ore fundi venenum;
aliis squamam esse, aliis picturas, omnibus exitiale virus;
iaculum ex arborum ramis vibrari nec pedibus tantum pa- 86
vendas serpentis sed et missili volare tormento; colla aspi-
dum intumescere nullo ictu remedio praeterquam si con-
festim partes contactae amputentur. Unus huic tam pestifero
animali sensus vel potius adfectus est. Coniugia ferme va-
gantur nec nisi cum pari vita est; itaque alterutra inter-
empta incredibilis ultionis alteri cura; sequitur interfectorem 87
unumque eum in quantolibet populi agmine notitia quadam
infestat, perrumpit omnis difficultatis, permeat spatia nec
nisi amnibus arcetur aut praeceleri fuga. Non est fateri,
rerum natura largius mala an remedia genuerit. Iam pri-
mum hebetes oculos huic malo dedit eosque non in fronte
adverso cernere sed in temporibus; — itaque excitatur

§ 84. *id ore*, Rd. *odore*, r. *in odore*, β. — *ominum*, Barbar. d. *hominum*, RθST (codd. Salmas. exerc. p. 61. b. D.) *omnium*, β. *homini* vel *omnino*, Pint. — *quale Gallia*, R. *quales in Gallia*, d. — *diximus* § 70. — *respexerit*, RθTd (Rob.) *respexit*, β. Vid. Solin. 2, 37. — *subrepere*, Rθdr. *surripere*, Rob. β.

§ 85. *pertinet*, d. — *eius*, RθSTdr (Rob.) Om. β. — *plerasque*, RθSTdr (Rob.) *plerosque*, β. — *terrae*, Pint. Rθdr (Rob.) *terras*, ST. — *in qua*, RθSTdr (Rob.) *qua*, β. *earum plerasque terrarum in quas*, K. — *Cerastes*, R[2]d (Rob.) *Cerasti*, R[1]. Vid. Solin. 27, 28. — *imminere*, Rob. — *occultato*, R (Rob.) *occulto*, θTd. — *caput*, Rob. *capitum*, Rd. — *et a cauda*, RθTd. *et ad caput et ad caudam*, codd. Salmas. exerc. p. 240. a. D., Rob. β. — *squamam*, r (Rob.) *quam*, Rd[1]. *in quam*, d[2]. *squamas*, βγ.

§ 86. *pavendas*, θr (Rob.) *pavenda*, R[1]. *pavendi*, R[2]Td. *cavendas*, β. — *ictu////*, R. *ictus*, dβγ. Vid. ad 35, 20. — *animalis*, R. — *Coniugia*, RTd (Rob.) *Coniuga*, β. — *pari*, RθTd. *compari*, r (Rob.) *compare*, β. — *ultionis alteri*, Rd. *alteri ultionis*, βγ.

§ 87. *sequitur*, Rd. *sequitur fere*, T. *Persequitur*, βγ. — *permaneat*, R. — *hebetes*, R (Rob.) *hebetatos*, Td. — *adverso*, Rd (codd. Salmas. exerc. p. 243. b. F.) *ex adverso*, codd. Gel. β. *aut ex adverso*, K. — *cernere*, d. *cerneret*, R (codd. Salmas.) Plin. videtur scripsisse *non ut in fr. adv. cernerent* i. e. *oculosque tales ut* rel.

pede saepius quam visu; — XXIV. deinde internecinum bellum cum ichneumone.

36. Notum est animal hac gloria maxume in eadem natum 88
Aegypto. Mergit se limo saepius siccatque sole; mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricavit in dimicationem pergit; in ea caudam attollens ictus inritos aversus excipit, donec obliquo capite speculatus invadat in faucis; nec hoc contentus aliud haud mitius debellat animal.

XXV. 37. Crocodilum habet Nilus quadripes malum et 89
terra pariter ac flumine infestum. Unum hoc animal terrestre linguae usu caret, unum superiore mobili maxilla inprimit morsum alias terribilem, pectinatim stipante se dentium serie. Magnitudine excedit plerumque duodeviginti cubita. Parit ova quanta anseres eaque extra eum locum semper incubat praedivinatione quadam, ad quem summo auctu eo anno egressurus est Nilus. Nec aliud animal ex minore origine in maiorem crescit magnitudinem. Et unguibus autem armatus est contra omnis ictus cute invicta. Dies in terra 90
agit, noctis in aqua, teporis utrumque ratione. Hunc saturum cibo piscium et semper esculento ore in litore somno datum parva avis quae trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum pabuli sui gratia, os primum eius adsultim repurgans, mox dentis et intus faucis quoque ad

pede saepius, Hard. *sed saepius*, RθTdr (codd. Salmas.) *sed saepe ius*, Rigalt. ap. Salmas. *sed saepius auditu*, Rob. *saepius auditu*, β. *itaque ex auditu sentit citius*, Salmas. Neque haec neque Harduini coniectura apta est; Plin. scripsisse videtur *strepitu saepius*, quod a codicum scriptura propius abest. — *deinde*, RθTd (codd. Salmas.) *Deinde habet*, β.

§ 88. *cophis*, Rd. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 9, 6. p. 612^a 15. — *cauda se attollens*, r (Rob.) — *avertens*, d[1]. — *haud*, om. d[1].

§ 89. *Crocodillum*, Rd (uterque semper.) Vid. Solin. 32, 22. — *quadripes*, R[1]. — *terribilem*, Hard. *terribile*, Rd (Rob.) — *duodeviginti* rel., v. Aristot. hist. anim. 5, 33. p. 558^a 18. — *quanta anseres*, Rob. *qua transare////*, R[1]. *quae transarenas*, R[2]. *quae transferens*, Td. *quanta anseris*, Salmas. exerc. p. 314. a. F. — *eaque*, d (Rob.) *aque*, R. — *locum transferens semper*, K. — *quadam*, Rd. *tamen*, T. — *ad quem*, R. *atque*, d. — *auctu*, R. *actu*, dr (Rob.) — *eodem*, Rob. — *egressurus*, Td (codd. Salmas., Robert.) *aegressurus*, R[2]. *aegessurus*, R[1]. *accessurus*, $\beta\gamma$. — *minore*, R. *minori*, d$\beta\gamma$. — *autem*, Rd (Rob.) *hic*, $\beta\gamma$. Vid. ad 2, 125.

§ 90. *teporis*, Barbar., Rob. *temporis*, Rdr. Vid. Aristot. hist. anim. 2, 10. p. 503^a 13. — *utrumque*, om. d[1]. — *trochilos*, vid. Herodot. 2, 68. et Aristot. l. l. 9, 6. p. 612^a 20. — *rex—Italia* delere vult Hard. — *hiandum*, Rob. *hiantum*, R. *hiatum*, Td. — *eius primum*, d. — *adsultum*, R[1]Td. *ad saltum*, R[2]r (Rob.) — *immissus*, R (Rob.) *immissum*, Tdr. — *alvo*, d.

§ 91. *scincos*, Rob. *cincos*, Rd. — *praecipuum*, K. — *antidotis*, Rd. *antido-*

hanc scabendi dulcedinem quam maxume hiantis, in qua voluptate somno pressum conspicatus ichneumon per easdem faucis ut telum aliquod inmissus erodit alvom.

38. Simili crocodilo sed minor etiam ichneumone est in 91
Nilo natus scincos, contra venena praecipuus antidotis, item ad inflammandam virorum venerem. Verum in crocodilo maior erat pestis quam ut uno esset eius hoste natura contenta. Itaque et delphini inmeantes Nilo, quorum dorso tamquam ad hunc usum cultellata inest spina, abigentes eos praeda ac velut in suo tantum amne regnantis, alioquin inpares viribus ipsi astu interimunt; callent enim in hoc cuncta animalia sciuntque non sua modo commoda verum et hostium adversa, norunt sua tela, norunt occasiones partisque dissidentium inbellis. In ventre mollis est tenuisque 92
cutis crocodilo; ideo se ut territi mergunt delphini subeuntesque alvom illa secant spina. Quin et gens hominum est huic beluae adversa in ipso Nilo a Tentyri insula in qua habitat appellata. Mensura eorum parva, sed praesentia animi in hoc tantum usu mira. Terribilis haec contra fugientis belua est, fugax contra sequentis; adversum ire soli hi audent; quin et flumini innatant dorsoque equitantium modo inpo- 93
siti, hiantibus resupino capite ad morsum addita in os clava, a dextra ac laeva tenentes extrema eius utrimque ut frenis in terram agunt captivos ac voce etiam sola territos cogunt

tus, Rob. β. *antidotum*, K. — *idem*, T. *et idem*, r. — *ad*, d. *et*, R. — *maior erat*, Rob. *maiores ad*, R[1]. *maior est*, R[2]T. *maior est hac*, d. — *hoste*, R[2] (Rob.) *hostes*, R[1]. *hostis*, d. — *tamquam*, Rob. *tamquanā*, R. *tamanum*, d. — *spina*, Hard. R[2]. *pina*, R[1]. *pinna*, dβ. *penna*, K (Rob.) — *praeda*, d. *praedam*, R (Rob.) — *alioquin*, Rd (Rob.) *alioqui*, βγ. — *intermoto*, R. — *norunt sua — occasiones*, R (Rob.) *norunt suae occasionis tela norunt*, Td. — *inbellis*, R. *in bellis*, θTKd. *inbelles*, Rob. *imbelles*, βγ.

§ 92. *illa*, Rd (Rob.) *mollem*, K. Haec omnia Plin. sumpsisse videtur ex Senec. nat. qu. 4, 2. — *pinna* vel *penna*, Rondelet. de piscibus p. 325. — *genus — adversum*, Pint. — *adversa*, Rob. *adversa est*, R (ubi supra *hominum est* scriptum.) *adversa. Est*, Td. — *a Tentyri*, ita nos scripsimus. *ad intyri*, R. *at in tyri*, d[1]. *et in tyri*, d[2]. *a Tintyri*, θ. *e Tintyri*, T. *et in tiro*, Rob. *et a Tentyra*, r. *Tentyrii*, Merula. *Tentyritae ab*, Barbar. βγ, coll. Meinek. ad Stephan. Byz. p. 616, 16. *Tentyris*, Salmas. exerc. p. 317. b. E. De praepositione *a* v. ad 35, 86. — *habitant*, θ. — *homini*, R. *hominum*, Tdr (Rob.) — *in*, om. β. — *tanto ausu*, Salmas. — *visu ira*, d. — *fugientes*, Rd. *fugaces*, Rob. β. — *sequentes*, Dalec. *serpentes*, RTdr (Rob.) *insequentes*, βγ. — *adversum*, R. *sed adversum*, d (Rob.) βγ.

§ 93. *quin et*, r (Rob.) *Qui et*, Rd. *Quin etiam*, βγ. — *a dextra*, θTdr (Rob.) *addextra*, R. *dextra*, βγ. — *terra*, d. — *a voce*, r (Rob.)

evomere recentia corpora ad sepulturam. Itaque uni ei in- 94
sulae crocodili non adnant olfactuque eius generis hominum
ut Psyllorum serpentes fugantur. Hebetes oculos hoc animal
dicitur habere in aqua, extra acerrimi visus, quattuorque
menses hiemis semper inedia transmittere in specu. Quidam
hoc unum quamdiu vivat crescere arbitrantur; vivit autem
longo tempore.

39. Maior altitudine in eodem Nilo belua hippopotamus 95
editur, ungulis binis quales bubus, dorso equi et iuba et
hinnitu, rostro resimo, cauda et dentibus aprorum aduncis
sed minus noxiis, tergoris ad scuta galeasque inpenetrabilis
praeterquam si umore madeant. Depascitur segetes destina-
tione ante, ut ferunt, determinatas in diem et ex agro feren-
tibus vestigiis, ne quae revertenti insidiae conparentur.

XXVI. 40. Primus eum et quinque crocodilos Romae 96
aedilitatis suae ludis M. Scaurus temporario euripo ostendit.
Hippopotamus in quadam medendi parte etiam magister ex-
stitit; adsidua namque satietate obesus exit in litus recentis
harundinum caesuras speculatum atque ubi acutissimam vi-
det stirpem inprimens corpus venam quandam in crure vol-
nerat atque ita profluvio sanguinis morbidum alias corpus
exonerat et plagam limo rursus obducit.

XXVII. 41. Simile quiddam et volucris in eadem Aegypto 97

evomes, R.

§ 94. *uni ei*, Rob. *unici*, R d. — *crocodili*, Rob. *crocodillo*, R d. — *adnant*, θ. *donant*, R. *domant*, d. *annatant*, Rob. βγ. — *olfactuque*, Rob. *factuque*, R d. — *semper inedia*, R d (Rob.) *inedia semper*, βγ. — *transmittere*, Rob. *trahi* .... *miaeter*, R. *tramite heret*, d (in rasura.) — *Quidam*, vid. Aristot. hist. anim. 5, 33. p. 558^a 20. 23.

§ 95. *hippopotami seditur*, R. Ceterum v. Aristot. l. l. 2, 7. p. 502^a 9. et Solin. 32, 30. — *binis*, RθTdr. *bifidis*, β. — *cauda torta et*, K. Vid. Salmas. exerc. p. 323. a. G. — *noxius*, θ. — *tergore — impenetrabili*, r. — *madeant*, RTd. *madeat*, βγ. — *Depascit*, Td. — *ut ferunt*, R^{2}d. *auferunt*, R^1. — *indidem*, Salmas. l. l. p. 324. a. F. — *fallentibus*, Massar. ad 9, 12. — *aliquae*, θ. — *componant*, d^1.

§ 96. *exstitit*, R d. *existit*, θr (Rob.) — *recentes*, Rob. *recenti*, RθTd (libri plerique ap. Salmas. exerc. p. 324. b. A.) — *caesuras*, R (Rob.) *caesura*, θTd (libri Salmas.) — *speculatum*, RθTd. *speculatus*, Rob. β. — *acutissimam*, Rθd (optimi Leidd. et Voss. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 566., Rob.) *acutissimum*, Tβ. — *vidit*, θ. — *stipitem*, Td^{2}K. — *crure*, R. *eruce*, d^1. *eruve*, d^2. *cute*, r (Rob.) — *profluo*, Rob.

§ 97. *se perluens*, Rob. *se proluens*, K. *semper luens*, RTd. — *multis*, Rθdr (Rob.) *a mutis*, β. *a multis*, γ. At quaenam sunt illa *multa* animalia, quae *haec sola* repererunt; excidit aliquid et Plin. videtur scripsisse: *nec haec sola, immo multa multis anim.*, quorum infra exempla adduntur. *πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων*

monstravit, quae vocatur ibis, rostri aduncitate per eam partem se perluens qua reddi ciborum onera maxume salubre est. Nec haec sola multis animalibus reperta sunt usui futura et homini. Dictamnum herbam extrahendis sagittis cervi monstravere percussi eo telo pastuque herbae eius eiecto, — iidem percussi a phalangio quod est aranei genus aut aliquo simili cancros edendo sibi medentur; — est et ad serpentium ictus praecipua, qua se lacerti quotiens cum his conseruere pugnam volnerati refovent. Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstravere, vexatis pullorum oculis
illa medentes. Testudo cunilae quam bubulam vocant pastu 98
viris contra serpentis refovet, mustela ruta in murium venatum cum iis dimicatione conserta; ciconia origano, hedera apri in morbis sibi medentur et cancros vescendo maxume mari eiectos. Anguis hiberno situ membrana corporis obducta feniculi suco inpedimentum illud exuit nitidusque vernat; exuit autem a capite primum nec celerius quam uno die et nocte replicans, ut extra fiat membranae quod fuerit
intus. Idem hiberna latebra visu obscurato, marathro herbae 99
se adfricans, oculos inunguit ac refovet; si vero squamae obtorpuere, spinis iuniperi se scabit. Draco vernam nausiam silvestris lactucae suco restinguit. Pantheras perfricata carne aconito — venenum id est — barbari venantur; occupat illico

ζώων τῶν τετραπόδων ποιεῖ πρὸς βοήθειαν αὑτοῖς φρονίμως, Aristot. hist. anim. 9, 6. p. 612^a 1. — *future*, d^1. — *ex*, R. Omitt. Td (Rob.) — *homini*, R^1Td. *homine*, R^2. *hominum*, Rob. — *cervi*, d (Rob.) Om. R. *capri*, Gesner. hist. anim. 1, 298. Vulgatam confirmat Solin. 19, 15. — *herbae eius*, R. *eius herbae*, d (Rob.) $\beta\gamma$. — *eiecto*, d (Rob.) *electo*, RθT. *percussi et telo p. ei. h. eiecto*, Gesner. *percussi, telo pastu ei. h.*, Bodaeus ad Theophr. hist. pl. p. 1138. Varia excogitari possunt ad corrigendum locum aperte corruptum, nihil tamen, quod certum sit. — *iidem*, vid. Aristot. hist. anim. 9, 5. p. 611^b 23. — *serpentium*, Rd (Rob.) *serpentum*, β. — *si*, R. — *Chelidonia*, R. — *usui*, Rob.

§ 98. *cuniculae*, Rd. — *partuvises*, R^1d^1. *parivice*, R^2. *partuvisos*, d^2. — *mustella*, R. — *ruta*, RθKd. *rutae*, Pint. $\beta\gamma$. *serpyllo*, r (Rob.) Quas plures de h. l. protulit coniecturas Pint., eae omnes redarguuntur per Aristotel. hist. anim. 9, 6. p. 612^a 28^b. 3. — *venatum*, R. *venatu*, d$\beta\gamma$. — *his*, d. — *ciconia*, Aristot. l. l. p. 612^a 32. — *in*, om. d. — *cancris* et *eiectis*, r. — *vescentes*, Rob. — *corpori*, K. Sumpta haec sunt ex Aristot. hist. anim. 8, 17. p. 600^b 23. — *nitidiusque*, d. — *et*, Rθd. *ac*, $\beta\gamma$. — *fuerit*, R. *fuerat*, d$\beta\gamma$.

§ 99. *se*, Rd (Rob.) *sese*, $\beta\gamma$. — *cavernam*, d. — *nausiam*, Rd (Rob.) *nauseam*, $\beta\gamma$. Vid. Aristot. hist. anim. 9, 6. p. 612^a 30. — *perfricatas carnes*, θ (codd. Salmas. exerc. p. 149. b. G.) *perfricatas cornes*, R. *perfricatas cornea*, d. *per carnes fricatas*, r (codd. Barbari, Rob.) — *venenum id est*, R. *venenum idem*, d. *veneno iidem*, r. *veneno*, Rob. *iidem*, K. Omnia haec omittunt codd. Barbari.

*

faucis earum angor, quare pardalianches id venenum appel-
lavere quidam. At fera contra hoc excrementis hominis sibi 100
medetur et alias tam avida eorum ut a pastoribus ex indu-
stria in aliquo vase suspensa altius quam ut queat saltu
attingere iaculando se adpetendoque deficiat et postremo ex-
spiret, alioqui vivacitatis adeo lentae ut eiectis interaneis
diu pugnet. Elephas chamaeleone concolori frondi devorato
occurrit oleastro huic veneno suo. Ursi cum mandragorae 101
malum gustavere formicas lambunt. Cervos herba cinare ve-
nenatis pabulis resistit. Palumbes, graculi, merulae, perdices
lauri folio annuum fastidium purgant, columbae, turtures et
gallinacei herba quae vocatur helxine, anates, anseres cete-
raeque aquaticae herba siderite, grues et similes iunco pa-
lustri. Corvos occiso chamaeleone qui etiam victori nocet
lauro infectum virus exstinguit.

XXVIII. 42. Milia praeterea, utpote cum plurumis ani- 102
malibus eadem natura rerum caeli quoque observationem et
ventorum, imbrium, tempestatum praesagia alia alio modo
dederit, quod persequi inmensum est aeque scilicet quam
reliquam cum singulis hominum societatem; siquidem et pe-
ricula praemonent non fibris modo extisque, circa quod ma-
gna mortalium portio haeret, sed alia quadam significatione.

§ 100. *hoc*, RTd. *haec*, β. Vid. Aristot. l. l. p. 612ª 7. et Solin. 17, 10. — *sibi*, Rob. *silu*, R¹. *silva*, R². *silvi*, d. — *in*, Rob. *ex*, d. *et*, R. — *queant*, Rob. — *saltus*, d. — *contingere*, Rob. — *appetendoque*, Rd (codd. Gel.) *eaque appetendo*, Kr. *ea appetendoque*, Rob. — *deficiat*, codd. Gel. *deficiunt*, Rd. *defigi*, Rob. *defatigata postr.* vel *defigatur postr.*, Barbar. — *et*, R (Rob.) *ut*, d. — *exspiret*, R. *exspirent*, d. *exspirare*, Rob. — *aliquin*, Rob. — *adeo lentae*, Rob. *adeo lenter*, R. *adolentur*, d. — *diu*, RθTd (Rob.) Om. β. — *chamaeleonte*, β. Vid. Solin. 25, 10. — *frondi*, d. *fronde*, RTr (Rob.)

§ 101. *malum*, RTd. *mala*, Rob. βγ. Vid. Solin. 26, 8. — *cinare*, v. Solin. 19, 16. — *graculi*, d. *gracule*, Rob. *greguli*, R. — *merulae lauri f. ann. f. purgant, perdices, columbae*, Dalec. coll. 22, 10. — *turtures*, ita βγ. *totis*, Rθd. Hac ex scriptura fortasse *et otis* elici potest. — *helsine*, Rd. — *graves*, R. — *iunco palustri*, Rob. *lustro*, R. *et lustro*, d. — *chamaeleone*, RθTdr. *chamaeleonte*, β. — *victori suo*, Rob. — *lauru*, θ. — *infestum*, Rob.

§ 102. *alia alio modo*, θ. *alia alis modo*, R. *alia aliis modo*, Td. *aliis alia*, βγ. — *febris*, Rd.

§ 103. *praenegant*, R¹d. *praenecant*, R². — *artem periculis fecere; apud Romanos sacerdotum*, r. — *In Thracia*, vid. Plutarch. soll. anim. p. 968. F. *In Thraciae*, Pint. *interea*, RθTdr. Vid. Salmas. exerc. p. 313. a. A. Ceterum tota in hac narratione magna apparet orationis durities; nihil certius quam nonnulla excidisse. — *sollertia dirum*, RθTd. *sollerti auditu*, Pint. Kβ. — *lacus*, d. — *eius itum reditumque*, RθSTdr. *pastus iturae rediturae que*, β. — *ea*, R.

Ruinis inminentibus musculi praemigrant, aranei cum telis 103
primi cadunt. Auguria quidem artem fecere apud Romanos
et sacerdotum conlegium vel maxume sollemne est. In Thracia locis rigentibus et volpes, animal alioqui sollertia dirum; amnis gelatos lacusque nonnisi ad eius itum reditumque transeunt; observatum eam aure ad glaciem adposita conjectare crassitudinem gelus.

XXIX. 43. Nec minus clara exiti documenta sunt etiam 104
in contemnendis animalibus. M. Varro auctor est a cuniculis subfossum in Hispania oppidum, a talpis in Thessalia, ab ranis civitatem in Gallia pulsam, ab locustis in Africa, ex Gyara Cycladum insula incolas a muribus fugatos, in Italia Amunclas a serpentibus deletas. Citra Cynamolgos Aethiopas late deserta regio est, a scorpionibus et solipugis gente sublata, et a scolopendris abactos Rhoetiensis auctor est Theophrastus. Sed ad reliqua ferarum genera redeamus.

XXX. 44. Hyaenis utramque esse naturam et alternis 105
annis maris, alternis feminas fieri, parere sine mare volgus credit, Aristoteles negat. Collum et iuba continuitate spinae porrigitur flectique nisi circumactu totius corporis non quit. Multa praeterea mira traduntur sed maxume sermonem humanum inter pastorum stabula adsimulare nomenque alicuius
addisci, quem evocatum foris laceret; item vomitionem ho- 106

§ 104. *in*, ita nos scripsimus restituta praepos. ex ultima proximae vocis littera. *ex*, $\beta\gamma$. Omitt. RθTd (Rob.) Vid. ad 37, 148. — *et alpis*, d[1]. *et talpis*, d[2]. — *Gyara*, Rd. *Gyaro*, $\beta\gamma$. — *incolas*, Barbar. *Amycleos*, Rd. — *Amunclas*, ita nos scripsimus ex Solino 2, 32. *Mynclas*, R. *minclas*, d. — *Ginamulgos*, Rd. — *solipugis*, Td. *solifugis*, R (*f* e corr.) Ita et libri ap. Salmas. exerc. p. 70. b. E. et Solin. 4, 3. 6. *salpugis*, Barbar. et Oudend. ad Lucan. 9, 837. *solpugis*, altera Barbari coniectura, β. — *Rhoetienses*, Hard. *Otrerięres*, RT. *////otreriaeres*, d. *Eretrienses*, θ. *Trerienses*, β. *abactas Etruriae res*, r. — *redeamus*, RθTd. *transeamus*, r (Rob.) *remeamus*, β.

§ 105. *annis*, R[2]. *armis*, R[1]d. — *mares*, Rd (codd. Gel.) *marem*, codd. Rezz., Robert. — *feminam*, Rob. — *mari*, R (Rob.) — *Aristoteles* de generat. anim. 3, 6. p. 757[a] 3. et hist. anim. 6, 32. p. 579[b] 16. — *Collum*, RθTd (codd. Salmas. exerc. p. 238. b. A., Ambr. II.) *Collo*, r (Ambr. I., Rob.) — *iuba*, dr (Ambr. I., Rob.) *iubā*, R. *iubam*, θT (codd. Salmas., Ambr. II.) — *continuitate*, ita $\beta\gamma$. *et unitate*, Rdr (Ambr. I., Rob.) *et unitatem*, θT (codd. Salmas., Ambr. II.) Multa in his verbis mutant Heins. adv. p. 81. et Schneider. hist. amphib. 2, 369. Ceterum v. Solin. 27, 23—26. — *porrigi reflectique*, Ambr. II. — *circumac*, R. — *non quit*, θd (codd. Oudend. ad Appul. de mundo, p. 346.) *nequit*, R (Rob.) $\beta\gamma$. — *assimulare*, R (Rob.) *assimulari*, Td. Sumpta haec sunt ex Aristot. hist. anim. 8, 5. p. 594[b] 2. — *addisci*, RθTd. *addiscere*, Rob. $\beta\gamma$. — *foris*, RθTdr. *foras*, Rob. $\beta\gamma$.

minis imitari ad sollicitandos canes quos invadat; ab uno animali sepulchra erui inquisitione corporum, feminam raro capi, oculis mille esse varietates colorumque mutationes, praeterea umbrae eius contactu canes obmutescere et quibusdam magicis artibus omne animal quod ter lustraverit in vestigio haerere.

45. Huius generis coitu leaena in Aethiopia parit crocot- 107
tam similiter voces imitantem hominum pecorumque. Acies ei perpetua, in utraque parte oris nullis gingivis, dente continuo; ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur. Hominum sermones imitari et mantichoran in Aethiopia auctor est Iuba.

46. Hyaenae plurumae gignuntur in Africa, quae et asi- 108
norum silvestrium multitudinem fundit. Mares in eo genere singuli feminarum gregibus inperitant, timent libidinis aemulos et ideo gravidas custodiunt morsuque natos maris castrant; contra gravidae latebras petunt et parere furto cupiunt gaudentque copia libidinis.

47. Easdem partis sibi ipsi Pontici amputant fibri peri- 109
culo urguente, ob hoc se peti gnari; castoreum id vocant medici. Alias animal horrendi morsus arbores iuxta flumina ut ferro caedit, hominis parte conprehensa non antequam fracta concrepuerint ossa morsus resolvit. Cauda piscium iis, cetera species lutrae; utrumque aquaticum, utrique mollior pluma pilus.

§ 106. *invadit*, R. — *feminam raro capi*, Aristot. gener. anim. 3, 6. p. 757^a 11. — *contactu*, om. d^1.

§ 107. *in Aethiopia*, RT. *Aethiopia*, Rob. *Aethiopica*, $\beta\gamma$. — *crocottam*, Rob. *corocottam*, $\theta\gamma$. *corocotiam*, RTd. *crocutam*, β. *leocrocutam*, Pint. — *in utraque parte oris*, ad superiora refert β. Rectius interpunxit Hard. *in utroque orbe*, *oris n. g.*, Pint. — *hominis*, d. — *ne*, id nos retinuimus ex $\beta\gamma$, qui *qui ne* habent. *nec*, RTd. — *hebetur*, R. *hebetatur*, Td.

§ 108. *singulis*, T. Ceterum v. Solin. 27, 27. — *furtim*, K.

§ 109. *peti gnari*, Rob. *pectinari*, RTd. — *incidit*, Td. Plura h. l. mutat Pint. — *crepuerint*, Rob. — *morsum*, K. — *his*, d. — *utique*, Rob.

§ 110. *quotidie*, Rd. *assidue*, Tr (Ambr. I. II., Rob.) — *pastu*, R (Ambros. I. II., Rob.) *a pastu*, d$\beta\gamma$. — *tamen*, Ambr. I. II. — *semper sibi*, Rd. *sibi semper*, Ambr. I. II., Rob. *sibi*, T.

§ 111. *Simul*, Ambr. I. II. — *fibris*, RθTdr (Ambr. I. II., Rob.) *fibro*, β. Ceterum v. Solin. 13, 2. — *est*, Td^2 (Ambr. II.) — *coaglum*, θ. — *prudens*, d (in rasura, Rob.) *prodensa*, R. — *Theophrastus*, opp. T. I. p. 835. ed. Schn. — *anguis*, codd. Gel. *angues*, RTdr. — *modo*, Rd (codd. Gel.) *eo modo*, r (codd. Rezz.) *eodem modo*, K. — *stelliones*, vid. Aristot. hist. anim. 8, 17. p. 600^b 22. — *itaque*, RTd. *eamque*, $\beta\gamma$. — *pestiferi*, R^2 (codd. Gel.) *postiferi*, R^1. *pestifertur*, d. *pestiferos ferunt* omisso *morsus*, K. *mortiferi*, $\beta\gamma$. — *mor-*

XXXI. 48. Ranae quoque rubetae, quarum et in terra et 110
in umore vita, plurumis refertae medicaminibus deponere ea
quotidie ac resumere pastu dicuntur, venena tantum semper
sibi reservantes.

49. Similis et vitulo marino victus in mari ac terra, si- 111
mile fibris et ingenium; evomit fel suum ad multa medica-
menta utile, item coagulum ad comitialis morbos, ob ea se
peti prudens. Theophrastus auctor est anguis modo et stel-
liones senectutem exuere itaque protinus devorare praeri-
pientis comitiali morbo remedia; eosdem pestiferi in Graecia
morsus, innocuos esse in Sicilia.

XXXII. 50. Cervis quoque est sua malignitas, quamquam 112
placidissimo animalium. Urguente vi canum ultro confugiunt
ad hominem et in pariendo semitas minus cavent humanis
vestigiis tritas quam secreta ac feris opportuna. Conceptus
earum post arcturi sidus; octonis mensibus ferunt partus,
interim et geminos. A conceptu separant se, at mares re-
licti rabie libidinis saeviunt, fodiunt scrobis; tunc rostra
eorum nigrescunt, donec aliqui abluant imbres. Feminae
autem ante partum purgantur herba quadam quae seselis
dicitur, faciliore ita utentes utero; a partu duas, quae aros 113
et seselis appellantur, pastae redeunt ad fetum; illis inbui
lactis primos volunt sucos quacumque de causa; editos par-

sus, innocuos, θ. *mortuos*, d. *mortuus*, R. *morsus*, *innoxios*, codd. Gel. βγ. Nomina *Graecia* et *Sicilia* transponit Pint. coll. auctore mirab. auscult. 160. et Schneidero ad Aristot. hist. anim. 8, 29. T. II. p. 687.

§ 112. *sua est*, d. Haec omnia exscripsit Solin. 19, 9—18. — *semitas*, Rob. *emitari*, R[1]. *imitari*, R[2]d. Haec omnia sumpsit Plin. ex Aristot. hist. anim. 6, 29. et 9, 5. p. 611[a] 16. — *quam quae secretae ac feris opportunae*, r (Rob.) — *arcturis idos*, R. — *partus, interim*, θ. *partus itinerim*, R. *parturiunt enim*, Td. *partus interdum*, βγ. — *relicta*, R (Rob.) — *fodiuntque*, K. — *aliqui*, RθTdr. *aliquando*, β. — *seselis*, vid. Cicer. de nat. deor. II. 50, 127. *sese*, RTd. *siser*, codd. Barbari.

§ 113. *duas*, Rθd (codd. Salmas. exerc. p. 158. b. F.) *duas habent*, r. *duas herbas*, Rob. *duas habent herbas*, βγ. — *qua & amo*, R. *qua et anno*, θ. *quae tamo*, T (Rob.) *quae camo*, d (codd. Salmas.) *quae rhamnos*, codd. Barbari. *tamus*, Salmas. *chorion*, Bochart. hieroz. 1. p. 891. Certi aliquid cum de his plantis numquam elici possit, vulgatum retinui, quamquam e vestigiis codicum cum Salmasio *tamus* vel potius *tamnus* (v. 21, 86.) legendum esse existimo. — *seselis*, codd. Barbari. *siselis*, RTd (Rob.) *sicelicis*, θ. *siselitis*, codd. Salmas. *sideritis*, Salmas., cui in eo assentiens, quod vulgatum ferri non posse vidit, cum Plin. de seseli modo dicta iterum acturus aliter locuturus fuisset, ex codicibus tamen et 20, 37. *sili* restituendum esse censeo. — *illis*, Rd (codd. Gel. et Salmas., Rob.) *illos*, r. — *lacte*, Rob. — *primos*, Rd (codd. Gel. et Salmas., Rob.) *primo*, Sr. *illius imbui l. primo volunt succo*, Pint. — *nolunt*, r.

tus exercent cursu et fugam meditari docent, ad praerupta ducunt saltumque demonstrant. Iam mares soluti desiderio libidinis avide petunt pabula; ubi se praepinguis sensere, latebras quaerunt fatentes incommodum pondus. Et alias semper in fuga adquiescunt stantesque respiciunt, cum prope
ventum est, rursus fugae praesidia repetentes. Hoc fit inte- 114
stini dolore tam infirmi ut ictu levi rumpatur intus. Fugiunt autem latratu canum audito secunda semper aura, ut vestigia cum ipsis abeant. Mulcentur fistula pastorali et cantu; cum erexere auris, acerrimi sunt auditus, cum remisere, surdi; cetero animal simplex et omnium rerum miraculo stupens in tantum ut equo aut bucula accedente propius hominem iuxta venantem non cernant aut si cernant arcum ipsum sagittas-
que mirentur. Maria trameant gregatim nantes porrecto or- 115
dine et capita inponentes praecedentium clunibus vicibusque ad terga redeuntes — hoc maxume notatur a Cilicia Cyprum traicientibus — nec vident terras sed in odore earum natant. Cornua mares habent solique animalium omnibus annis stato veris tempore amittunt; ideo sub ista die quam maxume invia petunt; latent amissis velut inermes, sed et hi bono
suo invidentes. Dextrum cornu negant inveniri ceu medica- 116
mento aliquo praeditum, idque mirabilius fatendum est, cum et in vivariis mutent omnibus annis; defodi ab iis putant. Accensi autem utrius libeat odore serpentes fugantur et comitiales morbi deprehenduntur. Indicia quoque aetatis in illis gerunt, singulos annis adicientibus ramos usque ad sexennis.

praerupta, R[2] (Rob.) *praeducta*, R[1]. *praedicta*, d. — *saltumque*, σταθμοὺς Aristot. hist. anim. 6, 29. p. 578[b] 21. 9, 5. p. 611[a] 20. — *praepingues*, idem 9, 5. — *resipiscunt*, r (Rob.) — *repetente*, R.

§ 114. *Hoc fit* sc. *alias semper in fuga adquiescunt*; v. Aristot. l. l. p. 579[a] 15.

— *intestino*, d. — *infirmi ut ictu levi*, Rob. *infirmů t ictu levi*, R. *infirmata tubę vi*, d. — *abeant*, d. *habeant*, R (Rob.) — *et*, R (Rob.) *ex*, θTd. — *acerrimi sunt*, θ. *acerrimis*, R. *acerrimi*, d (Rob.) — *auditus*, θdKr (Rob.) *auditu*, R. — *demisere*, Kr. — *ceterum*, Kr (Rob.) — *et*, d. *ei*, R. — *bubula*, R. — *propius accedente*, d.

§ 115. *trameant*, Rθ. *transnatant*, Td. *tranant*, Rob. βγ. — *natantes*, T. — *Non*, r. — *odore*, RθTdr (Rob.) *odorem*, β. — *stato*, R. *statuto*, Rob. *aestate*, d. — *versi*, R. — *ista*, Rd. *ipsa*, Rob. βγ. — *et ipsi* vel *sed et ipsi*, Pint. — *heic bonum suum*, Salmas. exerc. p. 156. a. E. — *invidentes*, Rd (Rob.) *invident*, γ.

§ 116. *Sinistrum*, Pint. — *his*, d. — *Accensi*, RSTd. *Accensa*, θ. *Accensis*, codd. Salmas., Rob. β. — *utrius libeat*, d. *utriusque libeat*, RT. *utrius collibeat*, S. *utriusque liberat*, θ. *utriuslibet*, Rob. γ. *utriusque libet*, codd. Salmas. *utrisli-*

Ab eo tempore similia revivescunt nec potest aetas discerni,
sed dentibus senecta declaratur; aut enim paucos aut nullos 117
habent nec in cornibus imis ramos alioqui ante frontem pro-
minere solitos iunioribus. Non decidunt castratis cornua nec
nascuntur, erumpunt autem renascentibus tuberibus primo
aridae cutis similia; eadem teneris increscunt ferulis, ha-
rundineas in paniculas molli plumata lanugine. Quamdiu
carent iis, noctibus procedunt ad pabula; increscentia solis
vapore durant, ad arborem subinde experientes; ubi placuit
robur, in aperta prodeunt. Captique iam sunt hedera in 118
cornibus viridante ex attritu arborum ut in aliquo ligno,
teneris dum experiuntur innata. Fuit aliquando et candido
colore, qualem fuisse traditur Q. Sertori cervam, quam esse
fatidicam Hispaniae gentibus persuaserat. Et iis cum ser-
pente pugna; vestigant cavernas nariumque spiritu extra-
hunt renitentis; ideo singulare abigendis serpentibus odor
adusto cervino cornu, contra morsus vero praecipuum re-
medium ex coagulo hinnulei matris in utero occisi. Vita 119
cervis in confesso longa, post centum annos a quibusdam
captis cum torquibus aureis, quos Alexander magnus addi-
derat, adopertis iam cute in magna obesitate. Febrium mor-
bos non sentit hoc animal, quin et medetur huic timori.
Quasdam modo principes feminas scimus omnibus diebus
matutinis carnem eam degustare solitas et longo aevo ca-
ruisse febribus, quod ita demum existumant ratum, si vol-
nere uno interierit.

bet, β. — *serpentes fugantur et*, Rob. *et*, θd. Omitt. haec omnia Rγ. Vid. Solin. 19, 13. — *singulis*, K. — *reviviscunt*, dβ. — *potest aetas*, R[2]d[2]. *potestates*, R[1]d[1]. Huic voci adiicit *iis* K.

§ 117. *alioquin*, β. — *prominet solito*, d. — *renascentibus*, R. *nascentibus*, Td. — *tuber imus*, T. — *eadem*, R. *Eiusdem*, Td. — *generis*, RTd. — *plumosa*, K. — *arborem*, R[2]. *arbore*, R[1]. *arbores*, dβγ. — *placuerit*, r.

§ 118. *ut in aliquo—innata* om. r. — *Fuit*, RθT. *Fiunt*, dβγ. *Sunt*, S. *Fit*, r. — *ex*, RTd. — *tradit˜*, R. *tradunt*, dβγ. — Q., d. *quae*, R. Omitt. T. — *Est*, K. — *iis*, R. *his*, dr (Rob.) *et iis*, K. — *cum*, RTr (Rob.) *est cum*, dβγ. — *vestigant*, T. *Vestigante*, Rd. *Investigant*, Kr. *Investiga*, Rob. — *retinentes*, Rd[1]. — *singularis*, K. — *cervino*, R[2]. *cervice*, R[1]d. *cervi*, Rob. — *morsū*, R. — *hinnulei*, RT. *inolci*, d. *hinnuli*, β. — *matris in*, RTd. *in matris*, βγ.

§ 119. *Vita cervis*, quaedam huic loco tribuit Serv. ad Verg. ecl. 7, 30., quae non insunt. — *confesso*, Rob. *confessa*, R. *confessu*, d. — *a quibusdam*, RθTd. *aliquibus*, Rob. βγ. — *timori*, Rob. *timor*, RθTd. — *modo*, RθTdr (Rob.) *nos*, β. — *degustasse*, d. — *et*, Rθd (Rob.) Om. β.

XXXIII. Est eadem specie, barba tantum et armorum 120
villo distans, quem τραγέλαφον vocant, non alibi quam iuxta Phasim amnem nascens.

51. Cervos Africa propemodum sola non gignit, at chamaeleonem et ipsa quamquam frequentiorem Indiae. Figura et magnitudo erat lacerti, nisi crura essent recta et excelsiora. Latera ventri iunguntur ut piscibus et spina simili
modo eminet. Rostrum ut in parvo haud absimile suillo, 121
cauda praelonga in tenuitatem desinens, inplicans se viperinis orbibus, ungues adunci, motus tardior ut testudini, corpus asperum ceu crocodilo, oculi in recessu cavo, tenui discrimine praegrandes et corpori concolores; numquam eos operit nec pupillae motu sed totius oculi versatione circumadspicit. Ipse celsus hianti semper ore solus animalium nec cibo nec potu alitur nec alio quam aeris alimento, circa
caprificos ferus, innoxius alioqui. Et coloris natura mira- 122
bilior; mutat namque eum subinde et oculis et cauda et toto corpore redditque semper quemcumque proxume attingit praeter rubrum candidumque; defuncto pallor est. Caro in capite et maxillis, ad conmissuram caudae admodum exigua nec alibi toto corpore; sanguis in corde et circa oculos tantum, viscera sine splene. Hibernis mensibus latet ut lacerta.

§ 120. *Est eadem*, Rdr. *Eadem est*, βγ. — *barba*, d[1]. *barbara*, Rd[2]. — *Cervos—non gignit*, Aristot. hist. anim. 8, 28. p. 606ª 6. post Herodot. 4, 192. — *chamaeleonem*, Rob. *chamaeleone*, R. *chamaeleon*, d. *chamaeleontem*, codd. Rezz. β. Vid. Aristot. hist. anim. 2, 11. p. 503ª 15. et Solin. 40, 21. — *ipsi*, R. — *Indiae*, Rd. *India*, codd. Rezz., Rob. — *Figura*, Rob. *Figurae*, Rd. — *lacerti*, RTd (Ambr I. II.) *lacerta*, Rob. *lacertae*, β. — *recta et*, Rob. *rectae*, R. *recta*, d. — *ut p.iscibus*, om. d. — *modo. Eminet rostr.*, β.

§ 121. *Rostrum*, R (codd. Rezz.) *Rostro*, TdK. — *in parvo sit*, Ambr. I. — *absimili suillo*, Pint., ita ut *rostro* praeferat. *absimilis uillo*, Rd. Et haec quidem scriptura orta ex vulgatissimo librariorum errore Pintiani sententiam comprobare videtur; redarguunt eum verba sequentia. — *tenuitate*, Rd. — *desidens*, Ambr. II. — *implicans*. Rd. *implicant in se*, Ambr. I. *et implicans*, βγ. — *testudinis*, d. — *recesso*, R. — *pergrandes*, β. — *operiri*, codd. Rezz. — *versatione*, RTdr. *versione*, β. — *circumaspicit*, RTd (Ambr. I. II., Passion.) *circumspicit*, β. Vid. Hand. Tursell. 2, 70. — *alitur*, RTd (Rob.) *semper alitur*, K (Passion.) *aliter*, β. Om. Ambr. I. — *aeris*, Ambr. I. II. *veris*, Rd. — *contra*, Ambr. II. — *ferret*, R. *ferre*, d (Ambr. I.) *fere*, Ambr. II. — *aliqui*, R. *aliquis*, d.

§ 122. *quaecumque*, R. — *praeter rubrum*, vid. Theophr. opp. T. I. p. 830. ed. Schn. — *ad*, Rd. *et ad*, βγ. — *aliubi*, Rd. *alicubi*, K. Vid. Hand. Tursell. 1, 277. — *corporis*, d. — *oculis*, Rd. — *lacerta*, Rdr. *lacertae*, βγ.

§ 123. *coloribus*, R[1]. — *et*, Rob. Omitt. RTdr. — *tarandrus*, RTd (Rob.);

XXXIV. 52. Mutat colores et Scytharum tarandrus nec 123
aliud ex iis quae pilo vestiuntur nisi in Indiis lycaon, cui iubata traditur cervix; nam thoes — luporum id genus est procerius longitudine, brevitate crurum dissimile, velox saltu, venatu vivens, innocuum homini, — habitum, non colorem mutant, per hiemes hirti, aestate nudi. Tarandro 124
magnitudo quae bovi est, caput maius cervino nec absimile, cornua ramosa, ungulae bifidae, villus magnitudine ursorum, sed cum libuit sui coloris esse, asini similis; tergori tanta duritia ut thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum locorumque reddit metuens in quibus latet; ideo raro capitur. Mirum esset habitum corpori tam multiplicem dari, mirabilius et villo.

XXXV. 53. Hystrices generat India et Africa spina 125
contectas ac erinaceorum genere, sed hystrici longiores aculei et cum intendit cutem missilibus ora urguentium figit canum et paulo longius iaculatur; hibernis autem se mensibus condit, quae natura multis et ante omnia ursis.

XXXVI. 54. Eorum coitus hiemis initio nec volgari 126
quadripedum more sed ambobus cubantibus conplexisque; dein secessus in specus separatim, in quibus pariunt trigesimo die plurumum quinos. Hi sunt candida informisque caro paulo muribus maior, sine oculis, sine pilo, ungues tantum prominent; hanc lambendo paulatim figurant. Nec

item infra. *tarandus*, βγ. — *lycaon*, vid. Solin. 30, 24. — *thoes*, vid. Aristot. hist. anim. 6, 35. p. 580ª 26. — *habitum*, v. Aristot. l. l. 9, 44. p. 630ª 16.

§ 124. *est*, RdT. Omitt. βγ. Ceterum v. Theophr. l. l. et Solin. 30, 25. — *cervin̄*, R. — *ungulae bifidae*, R (Rob.) *ungulae bifida*, d. *ungula bifida*, r. — *ursini*, Pint., qui verba *sed cum—similis* pone *capitur* collocat. — *similis*, RSTd (Rob.) *similis est*, βγ. — *florium*, d. — *metuens*, Rd (Rob.) Pone *latet* collocant βγ. *locorumque in quibus latet, reddit metuens*, Pint. — *ideo*, R (Rob.) *ideoque*, dβγ. — *corpori*, RKd. *corpore*, β. — *est et*, T. — *villum*, K.

§ 125. *spina*, Rd. *spinea*, T (cod. Salmas. exerc. p. 277. a. A.) *spinea cute tectas*, Hard. Ceterum v. Solin. 30, 28. — *contecta*, Rd (codex Salmas.) — *ac*, om. γ. Locus sine dubio corruptus, id quod vestigia codicum et particula *ac* prorsus inepta et tota oratio demonstrant; fortasse Plin. scripsit *contectas herinaceorum* omisso *genere*, quod ortum ex superiore *generat*; tum *spina herinaceorum* est *spina herinaceis similis*; v. ad 35, 3. — *virenaceorum*, Rd. — *generis*, K. *genus*, Gesner. hist. anim. 1, 563. — *missilibus ora*, R². *missiles. Ora*, R¹βγ. *missas lessuras*, T. *missa*ˡˡ *lesura*, d. — *figit*, R. *fugit*, Tdr. — *hibernis autem*; quae abhinc de hystrice et de ursis narrantur, Plin. sumpsit ex Aristot. hist. anim. 6, 30. 8, 17., ex Plinio Solin. 26, 3. sqq.

§ 126. *ambobus*, Rob. *ambo*, Rd. — *dein*, RθTd. *Deinde*, βγ. — *secessus*, Td². *cessus*, R. *incessus*, d¹. *recessus*, r (Rob.) — *Hi*, d. *His*, Rob. Om. R.

quicquam rarius quam parientem videre ursam; ideo mares
quadragenis diebus latent, feminae quaternis mensibus.
Specus si non habuere, ramorum fruticumque congerie aedifi- 127
cant inpenetrabilis imbribus mollique fronde constratos. Pri-
mis diebus bis septenis tam gravi somno premuntur ut ne
volneribus quidem excitari queant; tunc mirum in modum
veterno pinguescunt. Illi sunt adipes medicaminibus apti
contraque defluvium capilli tenaces. Ab iis diebus residunt
ac priorum pedum suctu vivont. Fetus rigentis adprimendo 128
pectori fovent non alio incubitu quam ad ova volucres.
Mirum dictu, credit Theophrastus per idem tempus coctas
quoque ursorum carnis si adserventur increscere; cibi nulla
tunc argumenta nec nisi umoris minumum in alvo inveniri,
sanguinis exiguas circa corda tantum guttas, reliquo cor-
pori nihil inesse. Procedunt vere, sed mares praepingues; 129
cuius rei causa non prompta est, quippe ne somno quidem
saginatis praeter quattuordecim dies, ut diximus. Exeuntes
herbam quandam arum nomine laxandis intestinis alioquin
concretis devorant circaque surculos dentium praedomantes
ora. Oculi eorum hebetantur, qua maxume causa favos ex-
petunt ut convolneratum ab apibus os levet sanguinis gra-
vedinem illam. Invalidissimum urso caput, quod leoni for- 130
tissimum; ideo urguente vi praecipitaturi se ex aliqua rupe
manibus eo operto iaciuntur ac saepe in harena colapho

rarius, R d. *rarius homines*, S r (Rob.) — *parentem*, R. — *Hieme mares*, Pint. — *feminaeque ternis*, Salmas. exerc. p. 223. a. E.

§ 127. *fructicumque*, R. — *congeria*, d. — *inpenetrabiles*, Rob. *poenetrabilibus*, R d. Quaedam temere transponit Pint. — *bis*, Rob. *vir*, R d[1]. Delet d[2]. — *nec*, R d (Rob.) — *defluvium capilli*, R d (Rob.) *cap. defl.*, $\beta\gamma$. — *his*, d (Rob.) — *residunt*, R d (Rob.) *resident*, Pint. Kγ. — *sictu*, R d. *suetu*, Rob.

§ 128. *alio*, R[1] (Rob.) *alias*, R[2]. *aliter*, S T d. — *ad*, R θ T d (Rob.) *quo*, K. Om. β. *non aliter quam incubitu ad ova volucres*, Pint. — *Theophrastus*, in verbis a Plinio male intellectis de odoribus § 63.; v. Muret. var. lect. 13, 13. — *idem*, R. *id*, d (Rob.) $\beta\gamma$. — *increscer& ibi*, R. — *nulla tunc*, R d. *tunc nulla*, β. — *si*, d. — *inventri*, R.

§ 129. *cui*, r (Rob.) — *ne*, ita nos scripsimus. *nec*, R d $\beta\gamma$. — *saginati*, Hard. — *diximus* § 127. — *arum*, R. *charum*, T d. *caram*, codd. Salmas. exerc. p. 159. a. B. *aron*, alii codd. Salmas. (p. 224. b. E.) $\beta\gamma$. — *alioquin*, R d. *alioqui*, $\beta\gamma$. — *circulos*, d. — *dentium*, R θ T d r (codd. Salmas. exerc. p. 224. b. E.) *sentium*, alii codd. Salmas., β. *cum dentiunt* vel *dentitioni*, Barbar. *circa surculos quasi dentiant praemandentes. Hora eorum oc. h.* vel *Orbes oculorum*, Pint. *praedomant stuporem*, cum Pellicerio Schneider. ad Aristot. hist. anim. 9, 6. p. 612^a 1. (adnotat. T. III. p. 39.), qui haec habet: *καὶ τὰ ξύλα διαμασῶνται ὥσπερ ὀδοντοφυοῦσαι.* Hinc sententia verborum Plinii explicatur, quae quomodo sint

infracto exanimantur. Cerebro veneficium inesse Hispaniae
credunt occisorumque in spectaculis capita cremant, testato,
quoniam potum in ursinam rabiem agat. Ingrediuntur et
bipedes; arborem aversi derepunt. Tauros ex ore cornibus- 131
que eorum omnibus pedibus suspensi pondere fatigant; nec
alteri animalium in maleficio stultitia sollertior. Annalibus
notatum est M. Pisone M. Messala coss. a. d. XIV. kalendas Octobris Domitium Ahenobarbum aedilem curulem ursos Numidicos centum et totidem venatores Aethiopas in
circo dedisse. Miror adiectum Numidicos fuisse, cum in
Africa ursum non gigni constet.

XXXVII. 55. Conduntur hieme et Pontici mures dum- 132
taxat albi, quorum palatum in gustu sagacissimum auctores
quonam modo intellexerint miror; conduntur et Alpini,
quibus magnitudo melium est, sed hi pabulo ante in specus
convecto, cum quidem narrent alternos marem ac feminam,
subrosae conplexos fascem herbae, supinos, cauda mordicus
adprehensa invicem detrahi ad specum ideoque illo tempore
detrito esse dorso. Sunt his pares et in Aegypto similiterque residunt in clunis et in binis pedibus gradiuntur prioribusque ut manibus utuntur.

56. Praeparant hiemi et erinacei cibos ac volutati supra 133
iacentia poma adfixa spinis, unum amplius tenentes ore,

restituenda, adhuc incertum; magnam eorum esse corruptelam docent cum alia, tum copula *que* participio iuncta. — *hora*, T. — *hebetantur*, RSTdr (codd. Salmas.) *hebetantur crebro*, β. — *sanguinis*, R^2. *sanguine*, R^{1}dβγ.

§ 130. *Validissimum*, R^1. — *firmissimum*, θ. — *eo operto*, R. *cooperto*, θTdr. — *colapho infracto*, Rd (codd. Gel.) *collapsi*, r. *colaphis inflictis*, K. — *moriuntur*, Td. — *cremantur*, K. — *agant*, R. *agunt*, d. — *et in pedes arborem. Aversi*, θ. Sequentia omnia sumpsit Plin. ex Aristot. hist. anim. 8, 5. p. 594^b 9. — *derepunt*; codd. Gel. *diripiunt*, r. *de re. tunc*, Rd.

§ 131. *omnibus pedibus*, Rd. *pedibus omnibus*, βγ. *pedibus manibus*, Dalec. — *suspensis*, d. — *malitia*, S. *maleficia*, r. — *astutia*, S. — *Aethiopas*, om. r. — *ursum*, RθTdr. *ursos*, β. — *non*, om. R^1.

§ 132. *mures*, Rdr. *mures, hi*, βγ. Vid. Aristot. hist. anim. 8, 17. p. 600^b 13. — *dumtaxat albi*, codd. Barbari. *dumtaxata ibi*, R. *dumtaxat ////ibi*, d. — *palatus*, Rd. — *melium*, RTd. *medium*, codd. Gel. *media*, r. *media exstat oculorum*, Gesner. hist. anim. 1, 744. — *quidem*, Rd. *quidam*, βγ. — *narrant*, R. — *subrosae*, RθTd. *supra se*, βγ. — *complexos*, θ. *complexo*, Rβγ. *complexu*, Td. — *fascem*, RθTd. *fasce*, βγ. — *se trahere*, r. *detrahere*, K. — *detritos*, Td. — *residunt*, codd. Gel. *resident*, RTdrγ. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 6, 37. et Theophr. fragm. 14. p. 834. — *et in*, RθT. *et*, dβγ.

§ 133. *et*, om. d. — *erinacei*, d. *irenacii*, R. — *iacentia*, d (Rob.) *latentia*, R. — *unum*, RθSTdr (Rob.) *unum non*, β.

portant in cavas arbores. Iidem mutationem aquilonis in
austrum condentes se in cubile praesagiunt; ubi vero sen-
sere venantem, contracto et ore pedibusque ac parte omni
inferiore, qua raram et innocuam habent lanuginem, convol-
vontur in formam pilae, ne quid conprehendi possit praeter
aculeos. In desperatione vero urinam ex se reddunt tabifi-
cam tergori suo spinisque noxiam, propter hoc se capi
gnari; quamobrem exinanita prius urina venari ars est. Et 134
tum praecipua dos tergori alias conrupto, fragili, putribus
spinis atque deciduis, etiamsi vivat subtractus fuga; ob id
non nisi in novissima spe maleficio eo perfunditur, quippe
et ipsi odere suum veneficium, ita parcentes sibi terminum-
que supremum opperientes, ut ferme ante captivitas occu-
pet. Calidae postea aquae adspersu resolvitur pila adpre- 135
hensusque pes alter e posterioribus suspendiosa fame necat;
aliter non est occidere et tergori parcere. Ipsum animal non,
ut remur plerique, vitae hominum supervacuum est, si non
sint illi aculei frustra vellerum mollitia in pecude morta-
libus data. Hac cute expoliuntur vestes. Magnum fraus et
ibi lucrum monopolio invenit, de nulla re crebrioribus se-
natusconsultis nulloque non principe adito querimoniis
provincialibus.

XXXVIII. 57. Urinae et duobus aliis animalibus ratio 136
mira; leontophonon accipimus vocari parvom nec alibi na-

portant in, d (Rob.) *portantisi*, R. — *aquilonis et austri* vel *aquilonum et austrum*, Pint. Vid. Aristot. hist. anim. 9, 6. p. 612b 4. — *se in*, om. Dalec. — *cubili*, d. — *et ore*, R (Rob.) *ore*, dβγ. — *ac*, d (Rob.) *a*, R. — *imaginem*, d. *ima////aginem*, R. — *convolvuntur*, RθTdr. *confluunt*, β. — *apprehendi*, T. — *ex se*, d (Rob.) *ex re*, R. *in se*, θT, quod praefert Gesner. chrestom. p. 340. V. Theophr. fragm. 15. p. 835.

§ 134. *exinanita*, Hard. *exinanitates*, R. *exinanientes*, Td. *examinata*, β. — *tum*, Rdr. *cum*, β. — *deciduis*, d. *decuhis*, R. *discussis*, T. — *in*, RθTdr. Om. β. — *suum*, RSTd. *insitum*, r.

§ 135. *quae*, R. — *aspersura solvitur*, r. — *pes alter*, RθTdr. *pede altero*, βγ. — *e*, RθTdr. *a*, β. — *suspendiosa*, RθTdr. *suspendio ac*, βγ. — *necat*, θr. *necatur*, Rdβγ. — *ut remur plerique*, T. *remur plerique*, θ. *uteremur plerique*, Rd. *verentur plerique dicere*, β. *ut rentur aliqui*, Pint. — *est*, Rd. *esse*, β. — *mollitia*, Rd. *mollitie*, βγ. *mollities*, r. — *pecude*, Rθdr. *pecore*, β. — *Huius*, r. — *acute*, Rd. — *Magnum*, Rd. *Magna*, T. — *monopolio*, Barbar. *monopolium*, RθTdr. *fraude — monopolium*, Dalec. — *addito*, d. — *promittialibus*, Rd. *pernicialibus*, ST.

§ 136. *Urina*, r. — *et*, Rdr. *et e*, βγ. — *alias* omisso *animalibus*, r. — *ratione*, r. — *mira*, RTdr. *mira est*, βγ. — *alibi*, Hand. Tursell. 1, 231. 277. Confirmant Rd. *aliubi*, βγ. Ceterum v. Solin. 27, 21. — *ut*, R. *est ut*, Td. *ac*,

scens quam ubi leo gignitur, quo gustato tanta illa vis ut
ceteris quadripedum inperitans illico exspiret. Ergo corpus
eius exustum adspergunt aliis carnibus polentae modo in-
sidiantes ferae necantque etiam cinere; tam contraria est
pestis. Haud inmerito igitur odit leo visumque frangit et
citra morsum exanimat; ille contra urinam spargit prudens
hanc quoque leoni exitialem. Lyncum umor ita redditus 137
ubi gignuntur glaciatur arescitve in gemmas carbunculis
similis et igneo colore fulgentis, lyncurium vocatas, atque
ob id sucino a plerisque ita generari prodito. Novere hoc
sciuntque lynces et invidentes urinam terra operiunt eoque
celerius solidatur illa.

58. Alia sollertia in metu melibus; subflatae cutis dis- 138
tentu ictus hominum et morsus canum arcent. Provident
tempestatem et sciuri opturatisque qua spiraturus est ven-
tus cavernis ex alia parte aperiunt fores; de cetero ipsis
villosior cauda pro tegimento est. Ergo in hiemes aliis pro-
visum pabulum, aliis pro cibo somnus.

XXXIX. 59. Serpentium vipera sola terra dicitur condi, 139
ceterae arborum aut saxorum cavis; et alias vel annua fame
durant, algore modo dempto. Omnia secessus tempore ve-
neno orba dormiunt. Simili modo et cocleae, illae quidem
iterum et aestatibus, adhaerentes maxume saxis aut etiam
iniuria resupinatae avolsaeque, non tamen exeuntes; in Ba- 140

β. — *exustum*, RTd (codd. Salmas. exerc. p. 231. b. A.) *adustum*, *βγ*. — *etiam in hora*, Salmas. p. 232. a. D. — *pestis*, R. *festis*, d[1]. *feris*, Td[2]. *cinere tam contrario feris*, r. — *expargit*, R.

§ 137. *Lyncarum*, R[2]. — *redditis*, d. — *lyngirium*, Rd. — *id*, omitt. Rd. — *at plerique*, Rd. In his verbis, quae omnes interpretes sicco pede transierunt, cum tamen, uti vulgo leguntur, prorsus explicari nequeant, corruptela latet, quam sine dubio lacuna peperit. In codice archetypo hoc fere exstitisse videtur: *lyncurium vocatas atque ob* [sucini similitudinem huic comparatas] *sucino* rel. Solin. 2, 39. habet: *Lapidi isti ad succinum color est*; opinionem de sucinis origine simili lyncurio protulit Demostratus; v. 37, 34. Ceterum sua Plinius hausit ex Theophr. de lapid. § 28. et fragm. 15. p. 835.

§ 138. *metu melibus*, Rob. *metū caelibus*, R. *metum celibus*, d. — *sufflatae cutis*, d (codd. Gel.) *sufflacae gutis*, R[1]. *sufflac gitis*, R[2]. *sufflata cute*, r (Rob.) — *distentu*, codd. Gel. *distentus*, Rd. *distentae*, r (Rob.) — *Provident*, RθTdr. *praevident*, *β*. — *obturatis*, d. *tur ad his*, R. — *quacumque*, d[1]. — *de cetero*, Rd. *detectis*, Barbar. K. — *hieme salis*, d. — *somnis*, R.

§ 139. *Serpentium—cavis*; haec verba quia Arist. hist. anim. 8, 15. p. 599[a] 33. prorsus refragantur, Wottonus different. anim. fol. 99. F. ea corrupta habet, Pint. varias coniecturas de iis proponit. — *durant*, Rd (codd. Gel.) *edurant*, K. — *aut—exeuntes*, RθTd. *ut—exeant*, *β*.

liaribus vero insulis cavaticae appellatae non prorepunt e cavis terrae neque herba vivont, sed uvae modo inter se cohaerent. Est et aliud genus minus volgare, adhaerente operculo eiusdem testae se operiens; obrutae terra semper hae et circa maritimas tantum Alpis quondam effossae coepere iam erui et in Literno. Omnium tamen laudatissimae in Astypalaea insula.

60. Lacertae, inimicissimum genus cocleis, negantur se- 141
mestrem vitam excedere. Lacerti Arabiae cubitales, in Indiae vero Nysa monte xxiv in longitudinem pedum, colore fulvi aut punicei aut caerulei.

XL. 61. Ex his quoque animalibus quae nobiscum de- 142
gunt multa sunt cognitu digna fidelissimumque ante omnis homini canis atque equos. Pugnasse adversus latrones canem pro domino accepimus confectumque plagis a corpore non recessisse, volucris et feras abigentem; ab alio in Epiro agnitum in conventu percussorem domini laniatuque et latratu coactum fateri scelus. Garamantum regem canes du-
centi ab exsilio reduxere proeliati contra resistentis. Pro- 143
pter bella Colophonii itemque Castabalenses cohortes canum habuere; hae primae dimicabant in acie numquam detrectantes, haec erant fidissima auxilia nec stipendiorum indiga. Canes defendere Cimbris caesis domus eorum plaustris impositas. Canis Iasone Lycio interfecto cibum capere noluit inediaque consumptus est, is vero cui nomen Hyrcani reddit Duris, accenso regis Lysimachi rogo, iniecit se flam-

§ 140. *inter se*, R. *in terra*, T d. — *testae se*, d. *testes*, R. — *obruta*, R d. — *haec*, R. — *Literno*, R. *Veliterno*, d $\beta\gamma$.

§ 141. *semestrem*, Aristot. hist. anim. 5, 33. — *Arabiae*, idem 8, 28. p. 606^{b} 5. — *India*, K. — *Mero*, Pint. — *Niso*, R θ T d (Rob.) *Nysaeorum*, K. *Nyssae*, Pint. — *longitudinem*, R θ T d. *longitudine*, Rob. β. — *fulvei*, R d.

§ 142. *omnis*, R. *omnes*, d (Rob.) *omnia*, $\beta\gamma$. — *homini canes*, Rob. *hominis canes*, R. *homines canes*, d. — *equi*, Rob. — *ac feras*, d. — *in conventu*, R. *in inventu*, T. *inventu*, d. Vid. Solin. 15, 8. — *laniatuque*, R θ d r. *laniatu*, β. *ut laniatu et latratu cogeretur fateri*, K. — *latratu adactum ut cogeretur fateri*, K. — *Garamantum*, Solin. 15, 9. *Garamantem*, Rob. *Garamanta*, R θ T d. — *proeliantes*, r (Rob.)

§ 143. *Colophonti*, d. *Coloponti*, R. Vid. Solin. 15, 9. — *Castabulenses*, R. — *hae*, R θ d. *eae*, β. — *bellabant*, T. — *fidissima*, R. *fidelissima*, d γ. — *Cimbros caesis dominis eor. pl. impositi*, K. — *impositis*, R[2]. — *Iaso*, Solin. 15, 8. — *cui*, d. *qui*, R. — *reddit Duris*, d[2]. *reddituris*, R d[1]. *reddidit Duris*, codd. Gel. $\beta\gamma$.

mae similiterque Hieronis regis. Memorat et Pyrrum Ge- 144
lonis tyranni canem Philistus; memoratur et Nicomedis Bi-
thyniae regis, uxore eius Consingi lacerata propter lasci-
viorem cum marito iocum. Apud nos Volcatium nobilem
qui Cascellium ius civile docuit asturcone e suburbano red-
euntem cum advesperavisset canis a grassatore defendit,
item Caelium senatorem aegrum Placentiae ab armatis op-
pressum, nec prius ille volneratus est quam cane interempto.
Sed super omnia in nostro aevo actis populi Romani testa- 145
tum, Appio Iunio et P. Silio coss. cum animadverteretur
ex causa Neronis Germanici filii in Titium Sabinum et ser-
vitia eius, unius ex his canem nec in carcere abigi potuisse
nec a corpore recessisse abiecti in gradibus gemitoriis mae-
stos edentem ululatus, magna populi Romani corona, ex
qua cum quidam ei cibum obiecisset, ad os defuncti tu-
lisse. Innatavit idem cadaver in Tiberim abiecto sustentare
conatus effusa multitudine ad spectandam animalis fidem.
Soli dominum novere et ignotum quoque si repente veniat 146
intellegunt, soli nomina sua, soli vocem domesticam agno-
scunt. Itinera quamvis longa meminere nec ulli praeter ho-
minem memoria maior. Inpetus eorum et saevitia mitigatur
ab homine considente humi. Pluruma alia in his cotidie vita 147
invenit, sed in venatu sollertia et sagacitas praecipua est.
Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram
inquisitorem loro trahens, qua visa quam silens et occulta
sed quam significans demonstratio est cauda primum, deinde
rostro! Ergo etiam senecta fessos caecosque ac debilis sinu

§ 144. *et Pyrrhi et Gelonis*, Pint. — *Philistis*, r. — *Consingi*, codd. Gel. *Consingu*, R. *eos ingu*, d. — *Vulcatium*, d^2. *Vulgatium*, R. *Vulgantium*, d^1. — *nobilem virum*, K. — *Cascellium*, Hard. sive potius Dalec. *Carcellium*, RθTdr. *Ceselium*, β. V. Osann. ad Pompon. de orig. iur. p. 91. — *astuscone*, R. *a stuscone*, d.
§ 145. *Sed*, om. d. — *in Titium*, Rθ. *nitium*, d. *in Titum*, Rob. β. — *in*, Rd (Rob.) *a*, βγ. — *carcerem*, Rob. — *neque*, d. — *abiecti*, RθT d. *abiectis*, r (Rob.) *abiecto*, β. — *inde*, Rob. — *gemitoriis*, RT d. *gemoniis*, β. — *corona*, RTdr (Rob.) *corona circumstante*, β. — *cumq;*, d. — *abiecisset*, d. — *cadaver*, R^{2}d. *cadavere*, R^1 (Rob.) β. — *abiecto*, R (Rob.) *abiecti*, dγ. — *spectandam*, RθTdr (Rob.) *spectandum*, βγ.
§ 146. *considente*, d (Rob.) *consedente*, R. *concedente*, θr. — *humi*; hac in voce desinit Rob.
§ 147. *alia*, om. d^1. — *cotidie*, R. *quotidie*, Tr. *quoque*, dβγ. — *venatu*, d. *venatus*, RθT. — *sagittas*, Rd. — *occulta sed*, T. *occultasset*, R^1. *occultasse*, R^{2}d. *occulta*, codd. Gel. βγ. *quamvis aquam transilient se occultasset. Significans*, r. *et occultans se et*, Hard. — *significasse*, R^2. — *ac debiles caecosque*, Td.

ferunt, ventos et odorem captantis protendentisque rostra ad cubilia. E tigribus eos Indi volunt concipi et ob id in silvis coitus tempore adligant feminas; primo et secundo fetu nimis ferocis putant gigni, tertio demum educant. Hoc 148
idem e lupis Galli, quorum greges suum quisque ductorem e canibus et ducem habent; illum in venatu comitantur, illi parent; namque inter se exercent etiam magisteria. Certum est iuxta Nilum amnem currentis lambere, ne crocodilorum aviditati occasionem praebeant. Indiam petenti Alexandro 149
magno rex Albaniae dono dederat inusitatae magnitudinis unum cuius specie delectatus iussit ursos, mox apros et deinde damas emitti, contemptu inmobili iacente eo, qua segnitia tanti corporis offensus inperator generosi spiritus interimi eum iussit. Nuntiavit hoc fama regi; itaque alterum mittens addidit mandata ne in parvis experiri vellet sed in leone elephantove; duos sibi fuisse, hoc interempto praeterea nullum fore. Nec distulit Alexander leonemque fractum pro- 150
tinus vidit; postea elephantum iussit induci haud alio magis spectaculo laetatus; horrentibus quippe villis per totum corpus urguenti primum latratu intonuit moxque inhorruit adsultans contraque beluam exsurgens hinc et illinc, artifici dimicatione qua maxume opus esset infestans atque evitans,

protendentesque, RT. *portendentesque*, θ. *prodentesque*, dβγ. — *rostra ad*, RTd. *rostra ac*, θ. *rostro*, βγ. — *E tigribus*, vid. Aristot. hist. anim. 8, 28. p. 607^a 3. et Solin. 15, 11. — *ob id*, d^2. *os id*, R. *hos*, d^1.

§ 148. *e*, R. *ex*, d. — *gres*, R. — *quique*, T. — *ductorem et e canibus ducem*, K. *pactorem*, Dalec. — *namque*, om. d^1. — *aviditate*, R. V. Solin. 15, 12.

§ 149. *contemtu*, R. *contemtum*, θK. *contemti*, d. *contemptim*, T. — *iacenti*, θ. — *eo qua*, θK. *eo quo*, RTd. *Eaque*, β. — *segnitia*, R^2. *s&nitia*, R^1. *segnitie*, θKdβγ. — *interimi eum*, Rd. *eum interimi*, βγ. — *elephantosve*, Rd.

§ 150. *vidit protinus*, d. — *magis*, pone *laetatus* collocant Td. — *villis*, pone *corpus* collocant βγ. — *urguenti*, R. *ingenti*, dβγ. — *insonuit*, r. — *moxque*, RTd. *mox*, θrβ. — *inhorruit*, R^2. *incervit*, R^1. *increvit*, θTdγ. *in cervicem*, r (quod probat Oudend. ad Appul. met. p. 93.) *ingruit*, β. — *belluam*, ita Solin. 15, 7. *membra*, RTd. — *rotatam*, Hard. *rotata*, RTd. *rotatum*, β.

§ 151. *generi bis*, Hard. *generibus*, RTdβ. V. Aristotel. hist. anim. 5, 14. p. 545^b 9. 6, 20. p. 574^a 24. — *anno*, RTd. *annui*, β. — *Iussa*, Rd. — *parendum*, R semper. V. Aristot. hist. anim. 5, 14. p. 545^b 4. — *uterum*, R. *utero*, Tdr. — *largiori*, d. — *XX. diem*, R. Vid. Schneider. ad Varron. de re rust. II. 9, 12. — *in*, omitt. Rd. — *adiici*, Rd. *aedi*, r. — *esse*, omitt. Rd. Retinui locum, uti vulgo legitur, licet certus corruptum eum esse. Scripsit, nisi fallor, Plin.: *itemque in singulos adiici totidem tarditatis — dies*. Non enim causa est, cur Plin. h. l. ad eorundem auctorum testimonium provocet, cum per se appareat, ubi de eadem re sermo sit, eosdem auctores intelligendos esse; *item* vero,

donec adsidua rotatam vertigine adflixit ad casum eius tellure concussa.

62. Canum generi bis anno partus; iusta ad pariendum annua aetas. Gerunt uterum sexagenis diebus; gignunt caecos et quo largiore aluntur lacte, eo tardiorem visum accipiunt, non tamen umquam ultra vicesimum primum diem nec ante septumum. Quidam tradunt, si unus gignatur nono die cernere, si gemini decumo, idemque in singulos adici totidemque esse tarditatis ad lucem dies, et ab ea quae sit femina ex primipara genita Faunos cerni. Optumus in fetu qui novissimus cernere incipit aut quem primum fert in cubile feta. 151

63. Rabies canum sirio ardente homini pestifera, ut diximus, ita morsis letali aquae metu; quapropter obviam itur per xxx eos dies gallinaceo maxume fimo inmixto canum cibis aut si praevenerit morbus veratro. 152

XLI. A morsu vero unicum remedium oraculo quodam nuper repertum radix silvestris rosae quae cynorroda appellatur. Columella auctor est, si quadragesimo die quam sit natus castretur morsu cauda summusque eius articulus auferatur, insequi nervom; exempto nec caudam crescere nec canes rabidos fieri. Canem locutum in prodigiis, quod equidem adnotaverim, accepimus et serpentem latrasse cum pulsus est regno Tarquinius. 153

uti in geminis catulis unus dies adiiciebatur, etiam in ternis et quaternis id factum esse apparet. Copula *que* adverbio *totidem* vulgo adhaerens prorsus otiosa ex *idemque* est orta. Sententiae et constructioni ita multo melius consulitur. — *sit femina*, Rd. *femina sit*, $\beta\gamma$. — *Faunos*, codd. Gel. *flunos*, Td. *fluvos*, R. *clunos*, r. *citius*, K. *plenius* vel potius *die nocteque*, Dalec. — *novissimus*, RθTdr. *novissime*, β. *citius*, K.

§ 152. *ut diximus*, pone *ardente* collocat K. Vid. 2, 107. Obloquitur h. l. Plin. Aristoteli hist. anim. 8, 22. — *immixto*, RθTdr. *misto*, β. — *pervenerit*, d.

§ 153. *A morsu*, R. *Ad morsum*, Tdr. — *repertum*, R. *invento repertum*, Td. — *cynorrhoda*, d. *hocynorda*, R. *cynorrhodos*, $\beta\gamma$. — *Columella* de re rustica VII. 12, 14. — *auferatur insequi*, ita nos scripsimus. *aufesatyri sequi*, R. *aufe satyris equi*, d. *auferatur, sequenti*, $\beta\gamma$. *sequi.* etiam θ. *is nervus mordicus comprehensus et aliquatenus eductus abrumpitur*, Columella. — *nervum*, θ. *nervam*, Rd. *nervo*, $\beta\gamma$. Deinde *exemto*, quod vulgo $\beta\gamma$ ad priora referebatur, ego ad sequentia retuli; breviloquentiam in pronomine demonstrativo ablativi absoluti omisso Plinio usitatam explicui ad 35, 14. — *adnoverim*, R. — *Tarquinius*, omitt. Rd.

XLII. 64. Eidem Alexandro et equi magna raritas con- 154
tigit; Bucephalan eum vocarunt sive ab adspectu torvo sive
ab insigni taurini capitis armo inpressi. Tredecim talentis
ferunt ex Philonici Pharsalii grege emptum etiam tum puero
capto eius decore. Neminem hic alium quam Alexandrum
regio instratu ornatus recepit in sedem, alias passim reci-
piens. Idem in proeliis memoratae cuiusdam perhibetur ope-
rae, Thebarum oppugnatione volneratus in alium transire
Alexandrum non passus, multa praeterea eiusdem modi, pro-
pter quae rex defuncto ei duxit exsequias urbemque tumulo
circumdedit nomine eius. Nec Caesaris dictatoris quemquam 155
alium recepisse dorso equos traditur idemque similis homi-
nis pedes priores habuisse, hac effigie locatus ante Veneris
Genetricis aedem. Fecit et divos Augustus equo tumulum,
de quo Germanici Caesaris carmen est. Agrigenti conplu-
rium equorum tumuli pyramidas habent. Equom adamatum
a Semiramide usque in coitum Iuba auctor est. Scythici 156
quidem equitatus equorum gloria strepunt: occiso regulo
ex provocatione dimicante hostem cum victor ad spolian-
dum venisset ab equo eius ictibus morsuque confectum,
alium detracto oculorum operimento et cognito cum matre

§ 154. *Idem*, d. V. § 149. Ceterum v. Solin. 45, 8., qui magnam huius sectionis partem exscripsit. — *Alexander.*, d. — *bucephalan*, d (codd. ap. Gronov. ad Gell. 5, 2.) *bucephalon*, Rβγ. V. G. Dindorf. in Stephani thesauro et Iacobs. ad Aelian. hist. an. 6, 44. — *impressit*, d. *impresso*, R (e corr.) — *Tredecim*, Bud. de asse p. 320. *XVI*, Rdβ. — *captum*, d. — *instratu*, Rd. *instratus*, βγ. *stratu*, Solin. — *ornatus*, R^2. *ornat*, R^1. *ornatu*, dβγ. — *alias*, hanc Flavii Ptolemaei in Gruteri lamp. crit. 1, 962. coniecturam confirmant RθTd. *alios*, Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 627. b. A., βγ. Scripturam a nobis receptam probant etiam Salmas. et Fabricius ad Dion. Cass. T. I. p. 145. — *recipiens*, RθTd (Rigalt.) *reiiciens*, β. — *eius modi*, T.

§ 155. *similis hominis*, R^{1}Td. *similis humanis*, R^2. *humanis similes*, βγ. *hominis* habet etiam r. — *complurimum*, d. — *pyramidas*, Rd. *pyramides*, βγ. — *in*, RTdr. *ad*, β. — *cultum*, Fabretti in actis erud. X. supplem. sect. 3. p. 121. *rogum*, Hard.

§ 156. *Scythici*, RθTd. *Scythae*, β. — *quidem*, omitt. codd. Salmas. exerc. p. 627. b. E. — *equorum*, RθTd. *et equorum*, β. — *strepunt*, R^1. *screpunt*, R^2. *se repunt*, d. *crepetunt*, codd. Salmas. *haec repetunt*, Salmas. — *occiso*, RθTd (codd. Salmas.) *occiso denique*, r. *occiso denique ipsorum*, β. — *dimicante*, Rd. *dimicantem*, θr. — *hostem*, Rθ. *hoste*, d. Omitt. r. — *victor*, R. Omitt. θdr. — *alium*, vid. Aristot. hist. anim. 9, 47. — *aequa*, Rθ (codd. Salmas.) *qua*, Td. *equam eadem*, r. *equae eadem*, βγ. — *doro*, r. — *laceratumque*, K. *laceratamque*, r. — *prorigam*, RTd (codd. Gel. et Victorii ad Varron. de re rust.

coitu petiisse praerupta atque exanimatum; aequa ex causa
in Reatino agro laceratum prorigam invenimus. Namque 157
et cognationum intellectus his est atque in grege prioris
anni sororem libentius etiam quam matrem equa comitatur.
Docilitas tanta est ut universus Sybaritani exercitus equi-
tatus ad symphoniae cantum saltatione quadam moveri so-
litus inveniatur. Iidem praesagiunt pugnam et amissos lu-
gent dominos; lacrimas interdum desiderio fundunt. Interfecto 158
Nicomede rege equos eius inedia vitam finivit. Phylarchus
refert Centaretum e Galatis in proelio occiso Antiocho po-
titum equo eius conscendisse ovantem, at illum indignatione
accensum domitis frenis ne regi posset praecipitem in ab-
rupta isse exanimatumque una; Philistus a Dionysio reli-
ctum in caeno haerentem, ut sese evellisset, secutum vestigia
domini examine apium iubae inhaerente eoque in ostento
tyrannidem a Dionysio occupatam.

65. Ingenia eorum inenarrabilia. Iaculantes obsequia ex- 159
periuntur difficilis conatus corpore ipso nisuque invitantium;
iam tela humi collecta equiti porrigunt. Nam in circo ad
currus iuncti non dubie intellectum adhortationis et gloriae
fatentur. Claudi Caesaris saecularium ludorum circensibus 160

II. 7, 8.) *pariter aurigam*, K. *quadrigam*, r. *perorigam*, Rhodig. lect. ant. 21, 24., Pintianus, Iul. Caesar Scaliger ad Aristot. hist. anim. VI. 22, 318., Victorius. *prurigam*, Turneb. adv. 24, 19. et Scaliger filius ad Varronem ex codicibus. Disputarunt de hac voce dubia Pontedera epist. 50. p. 435.; Gesner. in thes. L. L. s. v. *peroriga* et Schneid. ad Varron. l. l. p. 460., qui cum fere in eo consentiant, ut ipsam vocem *origam* pro *aurigam* dictam esse opinentur, Gesner. h. l. *pariter aurigam* ex edd. vett. restituendum esse dicit. Mirum tamen esset, si notissima *aurigarum* vox per pronuntiationem in solo equos admittendi negotio mutata fuisset in *origas*; hinc in vulgata acquiescendum putavi.

§ 157. *ex*, d. — *his*, RTd. *in iis*, *βγ*. — *atque*, RθTdr. *itaque*, *β*. — *annis*, d. — *sororē*, R. *hororem*, d. *sorore*, *βγ*. — *matrem*, ita nos scripsimus. *matre*, Rd*βγ*. *sorores* — *matres equarum pulli comitantur*, K. — *Subaritani*, R. — *lacrimas*, Rd. *lacrimasque*, *βγ*.

§ 158. *Centaretum e*, Rd. *Centaretro me*, codd. Salmas. exerc. p. 628. b. A. *Centaretro duce e*, Salmas. *Citaretum*, K. *ὄνομα δὲ τῷ Γαλάτῃ Κεντοαράτης ἦν*, Aelian. hist. anim. 6, 44. Add. Schmidt. in diurn. antiq. 1840. nr. 49. — *succensum*, Td. — *isse*, d². *esse*, R. *c͡i*, d¹. — *vellisset*, Rθd. — *apium*, Rd (in rasura.) *apum*, *βγ*. — *iubae*, Rd. *iuba*, θ. Om. T. — *eoque in*, RTd. *eoque*, *βγ*. — *tyrannide*, d. *tyrannice*, R. — *occupatum*, R.

§ 159. *inenarrabili*, Gesner. chrestom. p. 359. propter vulgatam sequentium vocum scripturam. — *obsequia*, RTd. *obsequio*, *β*. — *nisoque*, R¹. — *iniuvantium* vel *iuvantium*, codd. Hard.; posterius probat Gesner.

excusso in carceribus auriga albato Corace occupavere prima,
tum optinuere opponentes, effundentes omniaque contra ae-
mulos quae debuissent peritissimo auriga insistente facientes,
cum puderet hominum artis ab equis vinci, peracto legitimo
cursu ad cretam stetere. Maius augurium apud priscos ple- 161
beiis circensibus excusso auriga ita ut staret in Capitolium
cucurrisse equos aedemque ter lustrasse, maxumum vero
eodem pervenisse ab Veiis cum palma et corona effuso Ra-
tumenna qui ibi vicerat, unde postea nomen portae est. Sar- 162
matae longinquo acturi inedia pridie praeparant eos potum
exiguum inpertientes atque ita per centena milia et quin-
quaginta continuo cursu euntibus insident. Vivont annis qui-
dam quinquagenis, feminae minore spatio; eaedem quin-
quennio finem crescendi capiunt, mares anno addito. Forma
equorum qualis maxume legi oporteat pulcherrime quidem
Vergilio vate absoluta est; sed et nos diximus in libro de
iaculatione equestri condito et fere inter omnis constare
video. Diversa autem circo ratio quaeritur; itaque cum bimi
in alio subiungantur inperio, non ante quinquennis ibi cer-
tamen accepit.

§ 160. *albato*, Hard. (e codd.?) *albat hic quo*, R^1. *albat hic equi*, R^2. *albati equo*, T. *alvat his quo*, d^1. *alvat hic quo*, codd. Salmas. exerc. p. 629. a. A. *alvatic quo*, d^2. *equo*, etiam *θ*. *albati equi*, *β*. Retinui scripturam Harduini, cuius de codicibus suis effato vix fidem habuerim, cum accuratius collati libri eum convincant; veram lectionem puto codicis T *albati equo*, a qua ceteri libri plus minus prope absunt. Auriga igitur suo iam in carceribus excusso equi albati prima tamen occupavere equo Corace, quibus verbis ad similitudinem locutionis *equo publico* additis Plin. indicat illos equos potissimum ad alacritatem incitatos fuisse per equum Coracem; de nominibus equorum v. Lipsii opera II. p. 572., Gronov. et Hemsterh. ad Lucian. Nigrin. T. I. p. 272. ed. Bip. et Orell. inscript. 2593. 4322. — *Corace*, R θ^2 T d (codd. Salmas.) *Carace*, θ^1. *palmam*, *β* mutata in seqq. interpunctione. — *prima tum*, R. *primatum*, d (codd. Salmas.) *β*. — *opponentes*, R T d (codd. Salmas.) *opposita*, *β*. Puto legendum esse *opponentes se*, hac voce per ultimam litteram vocis *opponentes* et primam vocis *effundentes* elisa. — *omniaque*, R θ T d (codd. Salmas.) *et omnia*, K. *omnia quae*, *β*. — *quae*, R θ T d (codd. Salmas.) Om. *β*. — *percussi modo auriga*, codd. Salmas. — *artes*, R d. *artem*, *θγ*. — *cretam*, R θ T d (codd. Salmas. p. 642. a. C.) *metam*, *β*.

§ 161. *augurio*, Hard. — *plebeios*, R^2. — *ut*, R^2 d. *ut si*, R^1 *βγ*. *ut sisteret*, Tit. ap. Drakenb. ad Liv. 32, 1. — *in Capitolium cucurrisse*, om. d. — *aedemque*, Barbar. et Tit. et codd. Hard. *edemque*, T. *idemque*, R d. *sedemque*, *β*. — *lustrare*, d. — *ab Veiis*, Beroald. et Barbar. *abeis*, R^2 d^2. *aseis*, R^1 d^1. — *offenso*, R^2. — *Ratumenna*, R d (codd. Salmas. exerc. p. 657. a. A.) *Ratumena*, *βγ*. — *nomen postea*, d. — *esse*, d.

§ 162. *longinquo*, R θ T d. *longinqua itinera*, *βγ*. — *actu*, R^1. — *eis*, d. — *potum exiguum*, θ T d. *potum*, R^1. *potum tantum exiguum*, R^2. *exiguum tantum po-*

66. Partum in eo genere undenis mensibus ferunt, duo- 163
decimo gignunt. Coitus verno aequinoctio bimo utrique
volgaris, sed a trimatu firmior partus. Generat mas ad an-
nos triginta tris, utpote cum a circo post vicesimum annum
mittantur ad subolem; Opunte et ad quadraginta durasse
tradunt adiutum modo in attollenda priore parte corporis.
Sed ad generandum paucis animalium minor fertilitas, qua 164
de causa intervalla admissurae dantur, nec tamen quindecim
initus eiusdem anni valet tolerare. Equarum libido exstin-
guitur iuba tonsis; gignunt annis omnibus ad quadragesi-
mum. Vixisse equom septuaginta quinque annos proditur.
In hoc genere gravida stans parit praeterque ceteras fetum
diligit. Et sane equis amoris enasci veneficium hippomanes 165
appellatum in fronte, caricae magnitudine, colore nigro, quod
statim edito partu devorat feta aut partum ad ubera non
admittit. Si quis praereptum habeat, olfactu in rabiem id
genus agitur. Amissa parente in grege armenti reliquae fe-
tae educant orbum. Terram attingere ore triduo proxumo
quam sit genitus negant posse. Quo quis acrior in bibendo

tum, β. — *impertientes*, RθTd. *impartientes*, β. — *Vivunt*, vid. Aristot. hist. anim. 6, 22. p. 576^a 26. — *femina*, RθTdr. — *eaedem*, R. *eadem*, θTd. — *capiunt*, R^2. *caput*, R^1. *capit*, θTd. — *maxime*, om. d. — *debeat*, Td. — *Vergilio*, georg. 3, 75. — *aut*, R. — *subiungantur*, Tdr. *subiugantur*, R. *subigantur*, $\beta\gamma$. — *accepit*, R. *accipit*, d$\beta\gamma$. *accipiunt*, K.

§ 163. *Partum*, vid. Aristot. hist. anim. 6, 22. p. 575^b 26., ex quo quae sequuntur plurima sunt desumpta, et Colum. VI. 27, 3. — *utrique* RT. *utrinque*, d$\beta\gamma$. — *a trimatu*, Colum. VI. 27, 9. — *masculus*, Td. V. Aristot. l. l. 5, 14. p. 545^b 10. — *a circo*, Rθ^1d. *iccirco*, θ^2. Ceterum apodosis huius periodi non quadrat ad protasin, ita ut nonnulla excidisse sit probabile. — *Opunte*, θTd. *Opante*, R^1. *reparandam*, R$^2\beta$. Vid. Aristot. hist. anim. 6, 22. p. 576^b 25. — *motu*, d. — *priori*, d.

§ 164. *ad generandum*, R ex corr. *angentes angunt*, Td. Vid. Aristot. l. l. p. 576^b 28. — *paucis animalium*, R ex corr. — *intervalla*, RTd. *per intervalla*, $\beta\gamma$. — *nec tamen*, vid. Columell. VI. 27, 9. — *tonsis*, R^2. *tonis*, R^1. *tonsa*, d$\beta\gamma$. V. Aristot. hist. anim. 6, 18. p. 572^b 7. — *gignunt*, v. Aristot. l. l. 5, 14. p. 545^b 15. — *equam*, Pint. — *annis*, d. — *In hoc genere*, vid. Aristot. hist. anim. 6, 22. p. 576^a 24. — *aetas*, d. — *fetus*, d. V. Columell. VI. 27, 13.

§ 165. *Et sane equis* rel.; haec respiciunt et partim sua faciunt Serv. ad Vergil. Aen. 4, 516. et mythogr. Vatic. III. 9, 11. p. 219. ed. Bode. Vid. Aristot. hist. anim. 6, 22. p. 577^a 8. Hard. *Est sane* coniicit. — *enasci*, ita nos scripsimus. *etnasci*, Rd. *innasci*, $\beta\gamma$. — *fetus*, d. — *aut*, R^{1}d. *ante*, R^2. — *Si—habeat* ad superiora refert β. Interpunctionem correxit Pint. ex Aristotele l. l. — *olfactum*, Rd (nonnulli libri ap. Salmas. exerc. p. 661. a. F.) — *armenta*, R^1. V. Aristot. hist. anim. 9, 4. — *ore triduo*, d (ex corr.) *or&triduo*, R^2. *or&biduo*, R^1. — *natus*, Td. — *in bibendo acrior*, d.

profundius naris mergit. Scythae per bella feminis uti malunt, quoniam urinam cursu non inpedito reddant.

67. Constat in Lusitania circa Olisiponem oppidum et 166
Tagum amnem equas favonio flante obversas animalem concipere spiritum idque partum fieri et gigni pernicissimum ita, sed triennium vitae non excedere. In eadem Hispania Gallaica gens est et Asturica; equini generis — hi sunt quos thieldones vocamus, minore forma appellatos asturcones, — gignunt quibus non volgaris in cursu gradus sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, unde equis tolutim carpere incursus traditum arte. Equo fere qui homini morbi praeterque vesicae conversio, sicut omnibus in genere veterino.

XLIII. 68. Asinum cccc milibus nummum emptum Q. Axio 167
senatori auctor est M. Varro, haud scio an omnium pretio animalium victo. Opera sine dubio generi mirifica, arando quoque, sed mularum maxume progeneratione. Patria etiam spectatur in his, Arcadicis in Achaia, in Italia Reatinis. Ipsum animal frigoris maxume inpatiens; ideo non generatur in Ponto nec aequinoctio verno ut cetera pecua admittitur sed solstitio. Mares in remissione operis deteriores; 168
partus a tricesimo mense ocissimus, sed a trimatu legitimus;

profundius, om. d. — *intermisso*, cod. Ursini ad Varr. de re rust. II. 7, 1. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 6, 22. p. 576ª 21.

§ 166. *constant*, R. Haec sumpsit Plin. ex Varrone de re rust. II. 1, 19., Trogo sive Iustino 44, 3. et Columella VI. 27, 7., ex Plinio Solin. 23, 5. — *obversas*, R. *adversus*, θTd. — *conspicere*, R. — *Gall////ica*, R. *Calaica*, T. *Gallia////ca*, d. — *est et*, Rθ. *est*, d. *et*, Barbar. β. — *Asturica equini*, R¹r. *Asturia equini*, d. *Asturicequini*, R². — *hi sunt*, RTdr. Om. Barbar. β. — *thieldones*, Td. *tieldones*, R. *thiellones* vel *thellones*, tredecim codd. ap. Carrion. emendatt. 1, 17., qui hoc aut potius *tellones* probat. Dubius haeret de scriptura huius loci Gesner. chrestom. p. 364. — *minore*, Rd. *minori*, βγ. — *fama*, T. — *tulotim*, R. — *carpere*, codd. Barbari. *capere*, RθTdr. — *incursu*, R. *in cursu*, θTdr. Ego ex his lectionibus *incursum* malim, nisi *carpere* absolute pro *viam carpere* dici velis, ut tum scribatur *in cursu*. Hard. *capere incessum* mavult. — *traditum*, R (codd. Barbari.) *traditur*, dβγ. — *qui homini morbi*, vid. Aristot. hist. anim. 9, 24. p. 604ᵇ 25.

§ 167. *CCCC milibus*, R. *CCCC*, d (codd. ap. Bud. de asse p. 214.) β. — *nummum*, R. *nummos*, d (*os* in rasura.) *nummis*, r (codd. ap. Bud.) *quadraginta millibus*, Varro de re rust. III. 2, 7. — *generi*, Rd. *geruli*, β. — *munifica*, θr. — *Arcadis*, R¹d. Vid. Varron. de re rust. II. 1, 14. — *impatiens*, vid. Aristot. hist. anim. 8, 25. et generat. anim. 2, 8. p. 748ª 22. — *pecora*, Td. *pecuaria* vel *pauca*, K. — *sed et*, Salmas. exerc. p. 239. b. D.

§ 168. *Mares*, vid. Varron. II. 6, 4. — *in*, delet Pint., tum *intermissione* scribens vel *remiss.* retinens. — *coitus*, Pint. V. Arist. hist. anim. 5, 14. p. 545ᵇ 20. 6, 23. p. 577ª 18. — *a trimatu gignunt totidem*, Pint. V. Aristot. hist. anim.

totidem quot equae et eisdem mensibus et simili modo; sed
incontinens uterus urinam genitalem reddit, ni cogatur in
cursum verberibus a coitu. Raro geminos parit; paritura
lucem fugit et tenebras quaerit, ne conspiciatur ab homine.
Gignit tota vita quae est ei ad trigesimum annum. Partus
caritas summa sed aquarum taedium maius. Per ignis ad 169
fetus tendunt; eaedem, si rivos minumus intersit, horrent
ita ut pedes omnino caveant tinguere, nec nisi adsuetos
potant fontis quae sunt in pecuariis atque ita ut sicco tra-
mite ad potum eant, nec pontis transeunt per raritatem eo-
rum translucentibus fluviis. Mirumque dictu, sitiunt et si
mutentur aquae ut bibant cogendae exorandaeve sunt. Nec
nisi spatiosa incubitat laxitas; varia namque somno visa con-
cipiunt ictu pedum crebro, qui nisi per inane emicuerit re-
pulsu durioris materiae clauditatem illico adfert. Quaestus 170
ex iis opima praedia exsuperant; notum est in Celtiberia
singulas quadringenta milia nummum enixas. Mularum ma-
xume partu aurium referre in his et palpebrarum pilos aiunt;
quamvis enim unicolor reliquo corpore totidem tamen colo-
res quot ibi fuere reddit. Pullos earum epulari Maecenas
instituit multum eo tempore praelatos onagris; post eum in-
teriit auctoritas sapori. Asino moriente viso celerrime id
genus deficit.

6, 23. p. 577^{a} 24. — *hisdem*, R. — *urina genitale*, RTd. *virus genitale*, K. V. Aristot. gener. anim. 2, 8. p. 748^{a} 21. et hist. anim. 6, 23. p. 577^{a} 22. — *ac*, θ. Praepositionem omitt. RTd. — *Raro*, θ. *raros*, Rd. *raro sed*, T. — *paritura*, v. Aristot. hist. anim. 6, 23. p. 577^{b} 1. — *Par tunc*, Rd. — *magis*, K.

§ 169. *eaedem*, R. *eae item*, K. *cadunt*, d. — *horrenta ut*, R. *horrent aut*, d. — *caveant*, om. Rd. — *quae*, R. *qui*, dβ. — *pontos*, T. — *pro raritate*, θ. — *eorum*; pro hac voce *plancarum* vel *palancarum* coniicit Sabell., quorum illud praefert Gesner. hist. anim. 1, 6., hoc Schneider. ad Pallad. p. 29. Item Barbar. *palancarum* vel *phalangarum* mavult, *sublicarum* Dalec. — *sciunt*, R. — *mutentur*, Rθd. *immutentur*, βγ. — *exonerandaeve*, dK. — *incubitat laxitas*, d. *incubita laxitas*, R. *incubitant laxitate*, Bud. de asse p. 216. e codd., βγ. *spatiose incubant; alias atteruntur. Varia*, K. — *varia*, R (e corr.) *utavari*, d. — *somnio*, d. — *inanem*, R. — *emicuerit*, R. *emicuit*, θd.

§ 170. *his*, d. — *exsuperat*, d. — *quadringenta*, Td^{1}. *quadringentena*, $θd^{2}γ$. *quadragintena*, R. *quadragena*, r. *quadragenis*, codd. Gel. β. *quadringenta* vel *quadringena* legendum esse viderat iam Drakenb. ad Liv. 45, 16. — *millia*, RθTdr. *millibus*, codd. Gel. β. — *nummum*, Rθ. *nummos*, d. *nummorum*, βγ. *emi*, K. — *Mularum*, Rθd (libri ap. Salmas. exerc. p. 239. b. C.) *Ad mularum*, βγ. Scribendum *In mularum*, praepositione per sequentem litteram *m* intercepta. Ceterum v. Columell. VI. 37, 7. — *partu*, Rθd (codd. Salmas.) *partus*, βγ. — *aurium*, R^{2}. *arium*, R^{1}d. — *sapori*, Rd (codd. Salmas.) *saporis*, βγ. — *Asinino*, codd. Salmas. — *viso*, R. *visu*, d.

XLIV. 69. Ex asino et equa mula gignitur mense tertio 171
decumo, animal viribus in labores eximium. Ad talis partus equas neque quadrimis minores neque decennibus maiores legunt arcerique utrumque genus ab altero narrant nisi in infantia eius generis quod ineat lacte hausto; quapropter subreptos pullos in tenebris equarum uberi asinarumve eculeos admovent. Gignitur autem mula ex equo et asina, sed effrenis et tarditatis indomitae; lenta omnia eis ut vetulis.
Conceptum ex equo secutus asini coitus abortu perimit, non 172
item ex asino equi. Feminas a partu optume septumo die inpleri observatum, maris fatigatos melius inplere. Quae non prius quam dentis quos pullinos appellant iaciat conceperit sterilis intellegitur et quae non primo initu generare coeperit. Equo et asina genitos maris hinnulos antiqui vocabant
contraque mulos, quos asini et equae generarent. Observa- 173
tum e duobus diversis generibus nata tertii generis fieri et neutri parentum esse similia eaque ipsa quae sunt ita nata non gignere in omni animalium genere, idcirco mulas non parere. Est in annalibus nostris peperisse saepe, verum prodigi loco habitum. Theophrastus volgo parere in Cappadocia
tradit, sed esse id animal ibi sui generis. Mulae calcitratus 174

§ 171. *mula*, RθSTdr. *mulus*, β. V. Columell. VI. 36, 2. — *tertio decimo*, RθSTdr. *XII.*, β. — *et labore*, K. — *narrent*, R. V. Aristot. hist. anim. 6, 23. p. 577[b] 15. — *ineat*, Rθd. *ineant*, β. — *surreptos statim pullos*, K. — *admoveat*, Rd. — *autem*, RθTd. *etiam*, β. Haec verba si cum initio huius paragraphi comparantur, discrimen, quod Plin. indicare voluit, non agnoscitur; quapropter ex vestigiis codicum et scriptura β coniicio Plinium *admovent. At gignitur etiam* scripsisse, coll. Columell. VI. 37, 3. — *et frenis*, R. — *tarditate indomita*, Td. — *eis ut*, Hard. *esse*, RSTd, quorum librorum e vestigiis scribendum esse opinor *esse ceu*, littera ultima ex sequenti voce repetita. Pint. totam hanc clausulam adulterinam habet. V. Columell. VI. 37, 5.

§ 172. *coitus—item* omitt. R[1]d. V. Aristot. hist. anim. 6, 23. p. 577[a] 26. — *ex asino equi*, om. R[1]. *asini equi*, R[2]. *asini equus*, θ. *equos*, d. Ex his lectionibus ego θ praefero, ut breviter dicat Plin.: non item perimit asini conceptum equus coitu insequens. — *observatum*, R. *observatum est*, d$\beta\gamma$. — *fatigatos*, v. Columell. VI. 37, 1. — *iaciant*, R[2]. *iacitat*, θ. *incitat*, R[1]. *iactitat*, Td. — *hinnulos*, RTd. *hinulos*, β. *hinnos*, Pint. et Hard. ex Columell. l. l., quod probat Schneider. ad Varron. de re rust. II. 8, 1. reiiciens codicum scripturam.

§ 173. *ex*, d. — *diversum*, Rd. — *quae sunt*, d (*quae* in rasura.) *sunt quae*, R. — *annalibus*, v. Varron. de re rust. II. 1, 27. et Schneid. ad Columell. VI. 37, 4. — *Theophrastus*, vid. auctor. mirab. auscult. 70.

§ 174. *Male*, d. — *celebriore*, r. — *In plurium*, om. d. — *nata*, d. — *quod*, Rd. *quem*, $\beta\gamma$. — *ginnum*, Pint. *innum*, Rθr. *hinnum*, dβ. *nanum id est pumilionem*, Dalec. *id est parvum mulum* adulterina habet Pint. Ceterum v. Aristot.

inhibetur vini crebriore potu. In plurium Graecorum est
monimentis cum equa muli coitu natum quod vocaverint gin-
num id est parvum mulum. Generantur ex equa et onagris
mansuefactis mulae veloces in cursu, duritia eximia pedum,
verum strigoso corpore, indomito animo; sed generator ona-
gro et asina genitus omnis antecellet. Onagri in Phrygia et 175
Lycaonia praecipui; pullis eorum ceu praestantibus sapore
Africa gloriatur, quos lalisiones appellat. Mulum LXXX annis
vixisse Atheniensium monimentis adparet; gavisi namque,
cum templum in arce facerent, quod derelictus senecta scan-
dentia iumenta comitatu nisuque exhortaretur, decretum fe-
cere ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

XLV. 70. Bubus Indicis camelorum altitudo traditur, cor- 176
nua in latitudinem quaternorum pedum. In nostro orbe Epi-
roticis laus maxuma a Pyrri, ut ferunt, iam inde regis cura;
id consecutus est non ante quadrimatum ad partus vocando.
Praegrandes itaque fuere et hodieque reliquiae stirpium du-
rant; at nunc anniculae fecunditatem poscuntur, tolerantius
tamen bimae. Tauri generationem quadrimi inplent, singuli
denas eodem anno tradunt; si autem post coitum in dexte-
ram partem abeant tauri, generatos maris esse, si in laevam,

hist. anim. 6, 24. et generat. anim. 2, 8. p. 748^b 33. — *velocis incursu*, d. — *rugoso*, r. — *generator*, *θ* d. *generato////*, R. *generatus*, T. *generoso*, *β* post hanc vocem interpungens. *animo. Generando, onagro et as. gen.*, Pint. *genitus admissarius omnes*, Dalec. — *antecellet*, R d. *antecellit*, *βγ*.

§ 175. *appellat*, R. *appellant*, d *βγ*. — *gavisi*, R *θ*. *graius*, T. *Et gravis*, d. *Eo gavisi*, *β*. *Et gavisi*, *γ*. — *namque*, R S T d. Omitt. *θβ*. — *faceret*, T. — *senectas*, $R^1 d^2$. *senectus*, R^2 *θ*. Om. d^1. — *scandentia*, codd. Turnebi adv. 24, 19. *scadentia*, R^2. *cadentia*, R^1 d. *cedentia*, Pint. Vid. Aristot. hist. anim. 6, 24. — *fecere ne*, R T d. *fecere quo caveretur ne*, *β*.

§ 176. *Idö insecutus*, d. — *novimatum*, Pint. V. Aristot. hist. anim. 3, 20. p. 522^b 16. et 8, 7. — *praegrandes*, ad superiora referunt *θ* T. — *fere*, R *θ* T d. — *hodie quae*, R. — *reliquiae*, R (ex corr.) d. *reliqua*, *θ* T. *reliquae*, *β*. — *durant*, R^2 *θ*. *duras*, R^1 d. — *fecunditatem*, R d. *ad fec.*, *β*. V. Aristot. hist. anim. 6, 21. p. 575^a 24. — *quadrimi implent*, ita nos cum *β* interpunximus, cum Hard. (*γ*) *quadrimi. Implent* interpunxerit, quo facto *generationem* etiamnum a *poscuntur* pendet. Hanc vero interpunctionem falsam esse docet scriptura *si autem* infra ex optimis codicibus a me restituta, qua, ut par est, recepta verbum *tradunt*, quod Hard. (*γ*) cum sequentibus iunxit, ad superiora referendum vel potius ex mea sententia tamquam glossema delendum. Ceterum multa h. l. temere mutat Pint. — *singuli denas*, R *θ* T d. *et singulis denae*, *β*. — *tradunt*, R *θ* T d. *traduntur*, *β*. — *si autem*, R *θ* d r. *autem si*, Hard. *γ*. — *post coitum*, d. *coitum*, R. *coitu*, *θ*. Om. r. V. Varron. de re rust. II. 5, 13. et Colum. VI. 24, 3. — *in*, R *θ*. *ad*, d r *βγ*. — *dexteram*, R. *dextram*, d *βγ*. — *habeant*, r. — *si*, om. R^1 d.

feminas. Conceptio uno initu peragitur, quae si forte per- 177
erravit, vigesimum post diem marem femina repetit. Pariunt
mense decumo; quidquid ante genitum inutile est. Sunt
auctores ipso conplente decumum mensem die parere. Gi-
gnunt raro geminos. Coitus a delphini exortu a. d. pridie
nonas Ianuarias diebus triginta, aliquis et autumno, gentibus
quidem quae lacte vivont ita dispensatus ut omni tempore
anni supersit id alimentum; tauri non saepius quam bis die
ineunt. Boves animalium soli et retro ambulantes pascuntur, 178
apud Garamantas quidem haud aliter. Vita feminis quinde-
nis annis longissima, maribus vicenis; robur in quinquen-
natu. Lavatione calidae aquae traduntur pinguescere et si
quis incisa cute spiritum harundine in viscera adigat. Non
degeneres existumandi etiam minus laudato adspectu. Plu- 179
rumum lactis Alpinis quibus minumum corporis, plurumum
laboris capite, non cervice iunctis. Syriacis non sunt palearia
sed gibber in dorso. Carici quoque in parte Asiae foedi visu
tubere super armos a cervicibus eminente, luxatis cornibus,
excellentes in opere narrantur, cetero nigri coloris candidive
ad laborem damnantur. Tauris minora quam bubus cornua
tenuioraque. Domitura boum in trimatu, postea sera, ante 180
praematura. Optume cum domito iuvencus inbuitur; socium
enim laboris agrique culturae habemus hoc animal tantae
apud priores curae ut sit inter exempla damnatus a populo
Romano die dicta qui concubino procaci rure omassum edisse

§ 177. *pererravit*, RθTdr. *erravit*, β. V. Aristot. hist. anim. 6, 21. init. — *vigesimum post diem*, Rθd. *vigesimo post die*, β. — *larem*, d. — *ipsa*, K. — *mensem die*, K (codd. Gel.) *mense diem*, Rd. — *duos parere, nunc*, K. — *Gignunt*, R. *aiunt. nunc*, d. *Gign. unum*, Pint. — *a. d.*, Hard. *ad*, β semper. — *III. idus*, Pontedera antiquitt. p. 372. 430. — *Ianuarias*, Rθd. *Ianuarii*, β. *Iunias*, Ursin. ad Varr. de re rust. II. 5, 13. et Pontedera. — *XXXX*, Pint. et Pontedera ex Varr. l. l. — *aliquis et*, R. *aliquae*, d. *aliquibus et*, $\beta\gamma$. — *ita*, R. *lac*, Td. — *dispensatus*, R. *dispensatur*, Tβ. *dispensat*, d.

§ 178. *Bobus*, R. — *et*, R. Om. T, in d rasura. — *vicenis*, Rd. *tricenis*, β. V. Schneider. ad hist. anim. 6, 21. p. 491. — *quinquennatu*, RTd. *quimatu*, β. — *leguntur*, Td. V. Aristot. hist. anim. 8, 7. init. — *nec*, K. — *existimari*, r.

§ 179. *plurimum laboris*, om. d[1]. *plus*, r. — *gigber*, Rd. V. Aristot. hist. anim. 8, 28. p. 606[a] 15., ubi v. Schneider. p. 680. — *dorsum*, R. — *tubere*, R[2]. *tuere*, R[1]. *tantum vere*, d. — *asinos*, d. — *eminentes*, d. — *laxatis*, Tdr. — *ceteri*, r.

§ 180. *habemus. Hoc*, K. Sumpsit haec Plin. ex Columella 6. praef. § 7. coll. Varron. de re rust. II. 5, 3. et Valer. Max. VIII. 1. damn. 8. — *tanta*, Rd. — *curae*, om. d[1]. — *a p. Romano*, R. *p. r.*, d. *apud pop. Rom.*, r. — *omassum*, Rd. *omasum*, $\beta\gamma$. — *negantem*, Rd.

se negante occiderat bovem, actusque in exsilium tamquam
colono suo interempto. Tauris in adspectu generositas, torva 181
fronte, auribus saetosis, cornibus in procinctu dimicationem
poscentibus; sed tota conminatio prioribus in pedibus. Stat
ira gliscente alternos replicans orbis spargensque in alvom
harenam et solus animalium eo stimulo ardescens. Vidimus
ex inperio dimicantis et ideo monstratos rotari, cornibus ca-
dentis excipi iterumque resurgere, modo iacentis ex humo
tolli bigarumque etiam curru citato velut aurigas insistere.
Thessalorum gentis inventum est equo iuxta quadripedante 182
cornu intorta cervice tauros necare; primus id spectaculum
dedit Romae Caesar dictator; hinc victimae opimae et lau-
datissima deorum placatio. Huic tantum animali omnium qui-
bus procerior cauda non statim nato consummatae ut ceteris
mensurae; crescit uni donec ad vestigia ima perveniat. Quam- 183
obrem victimarum probatio in vitulo ut articulum suffraginis
contingat, breviore non litant. Hoc quoque notatum vitulos
ad aras umeris hominis adlatos non fere litare, sicut nec
claudicante nec aliena hostia deos placari nec trahente se
ab aris. Est frequens in prodigiis priscorum bovem locutum,
quo nuntiato senatum sub divo haberi solitum.

XLVI. 71. Bos in Aegypto etiam numinis vice colitur, 184
Apim vocant. Insigne ei in dextro latere candicans macula
cornibus lunae crescere incipientis; nodus sub lingua quem
cantharum appellant. Non est fas eum certos vitae excedere

§ 181. *procinctu* omisso *in*, Rd. — *stat*, ad priora refert β. *statim*, dK. — *ira gliscente*, R. *recalescente*, d. *calescente*, T. — *orbes*, θ. Omitt. Rdβγ. — *spargensque*, θ. *spargenque*, R. *spargitque*, d. — *alvum*, RTd. *altum*, β. — *solus*, R. *solum*, Td. *solius*, β. — *ex*, RTdr. *de*, Barbar. β. — *monstratos*, Rd. *demonstratos*, Barbar. β. — *rege*, Rd. — *curru*, RθK. *cornu*, Td. *cursu*, β.

§ 182. *quadrupedantē*, R. *quadrupedantem*, ST. *quadrupedante''*, d. — *cornui*, d. — *intorta*, R^2 (omnes Leidd. ap. Oudend. ad Suet. Claud. 21.) *torta*, R^1d. *intorto vestibus* vel *retibus*, Salmas. ad script. hist. Aug. p. 286. a. F. At v. Graev. ad Suet. l. l., Voss. ad Catull. p. 194., Gronov. obss. 1, 17. et inprimis Böttiger. *kleine Schrift*. 3, 325. sqq. — *Huic*, R. — *opimae*, d. *optumae*, Rθ. *optime*, T. *optima*, r. V. 10, 42. — *laudatissima*, Rd. *lautissima*, βγ. — *Hanc*, R^1. — *crescit enim*, Hard.

§ 183. *victimarum*, om. d^1. — *continguat*, R. — *litigant*, d^1. — *non tantum*, d. — *litare*, R^2. *latere*, R^1d. *litari*, Hard. — *nec claudicante*, habet ad marginem R manus altera. Omitt. R^1d. — *divo*, ita nos scripsimus coll. 32, 133. *diu*, Rθ, qui semper ita habet. *dio*, dβγ. — *habere*, R^1.

§ 184. *Aegyptum*, R. Hunc Plinii locum exscripsit Solin. 32, 17. — *etiam numinis*, om. d^1. — *Apin*, R. — *latere*, om. d^1. — *incipientis crescere*, d.

annos mersumque in sacerdotum fonte necant, quaesituri
luctu alium quem substituant, et donec invenerint maerent
derasis etiam capitibus; nec tamen umquam diu quaeritur.
Inventus deducitur Memphim a sacerdotibus. Delubra ei 185
gemina quae vocant thalamos, auguria populorum. Alterum
intrasse laetum est, in altero dira portendit. Responsa privis
dat e manu consulentium cibum capiendo. Germanici Cae-
saris manus aversatus est haud multo postea exstincti. Ce-
tero secretus, cum se proripuit in coetus, incedit submoto
gregesque puerorum comitatur carmen honori eius canen-
tium; intellegere videtur et adorari velle. Hi greges repente
lymphati futura praecinunt. Femina bos ei semel anno osten- 186
ditur suis et ipsa insignibus quamquam aliis, semperque
eodem die et inveniri eam et exstingui tradunt. Memphi est
locus in Nilo, quem a figura vocant Phialam omnibus annis
ibi auream pateram argenteamque mergentes diebus quos
habent natalis Apis; septem hi sunt mirumque neminem per
eos a crocodilis attingi, octavo post horam diei sextam redire
beluae feritatem.

XLVII. 72. Magna et pecori gratia vel in placamentis 187
deorum vel in usu vellerum. Ut boves victum hominum ex-
colunt, ita corporum tutela pecori debetur. Generatio bimis
utrimque ad novenos annos, quibusdam et ad decumum;

necant, Rd. *enecant*, βγ. — *constituant*, Td. — *inveniant*, Td. — *usque*, K. — *Memphim*, R. *in templum*, Td.

§ 185. *Delubra*, Rθ. *cum delubra*, d. *Sunt delubra*, β. — *privis*, Salmas. exerc. p. 313. a. B. *prius*, RTd. *privatis*, β. V. Gesner. chrestom. p. 367. — *dat e*, R. *data*, Td. — *manus*, RTdr. *manum*, βγ. — *adversatus*, d. — *postea*, RθTd. *post*, β. — *se proripuit*, Rd. *prorupit*, K (Leidd. ap. Oudend. ad Suet. Cal. 35.) *prorumpit*, r. — *incidit*, R. — *submoto*, Salmas. exerc. p. 217. a. C. e libris. Certe haec addit: „Ex glossa est et additione imperitorum, quod in aliis codd. attexitur *strepitu lictorum*. Absurde etiam editur *submotu lictorum*. Quasi lictores haberet Apis ad submovendam turbam, cum in coetus se proripiebat. Populi conferti sponte se dimovebant religione ac veneratione ducti et venienti via decedebant. Sic incedebat submoto sine lictoribus, cum religio pro lictore esset." Et hanc quidem scripturam, quam etiam Gronov. ad Liv. 28, 27. invenit et de qua ad eundem 25, 3. docte egit, commendavit etiam Kreyssig. ad Sallust. fragmm. p. 61. et ad Liv. cod. Vindobon. p. 103. 118. *submoto lictorum*, R. *summotu lictorum*, dβγ. — *gregesque*, Rd. *grexque*, βγ. — *comitatus*, d[1]. — *presente*, R[1]. — *procinunt*, θT.

§ 186. *ei semel*, Rd. *semel ei*, βγ. — *eam et*, d. *eam*, R. — *mergentes*, Rd. *mergunt iis*, Hard. γ. — *habent*, RθTd. *habet*, β.

§ 187. *victum*, R. *tum*, d. *sumptum*, θr. — *X*, θ. *decem*, r. V. Aristot. hist. anim. 5, 14. p. 545^b 31. — *Primipares*, RθKd. *Primiparae*, Barbar. — *optimus*, Schneider. ad Varr. de re rust. II. 2, 13. p. 412. — *ab—occasu*, Td (vet.

primiparis minores fetus. Coitus omnibus ab arcturi occasu
id est a. d. III. idus Maias ad aquilae occasum x. kal. Au-
gustas; gerunt partum diebus centum quinquaginta. Postea
concepti invalidi; cordos vocabant antiqui post id tempus
natos. Multi hibernos agnos praeferunt vernis, quoniam ma- 188
gis intersit ante solstitium quam ante brumam firmos esse,
solumque hoc animal utiliter bruma nasci. Arieti naturale
agnas fastidire, senectam ovium consectari; et ipse senecta
melior, mutilus quoque utilior. Ferocia eius cohibetur cornu
iuxta aurem terebrato. Dextro teste praeligato feminas ge-
nerat, laevo maris. Tonitrua solitariis ovibus abortus infe-
runt; remedium est congregare eas ut coetu iuventur. Aqui- 189
lonis flatu maris concipi dicunt, austri feminas, atque in eo
genere arietum maxume spectantur ora, quia cuius coloris
sub lingua habuere venas eius et lanicium in fetu est, va-
riumque si plures fuere; et mutatio aquarum potusque va-
riat. Ovium summa genera duo, tectum et colonicum, illud
mollius, hoc in pascuo delicatius, quippe cum tectum rubis
vescatur; operimenta ei ex Arabicis praecipua.

XLVIII. 73. Lana autem laudatissima Apula et quae in 190
Italia Graeci pecoris appellatur, alibi Italica; tertium locum
Milesiae oves optinent. Apulae breves villo nec nisi paenulis
celebres. Circa Tarentum Canusiumque summam nobilitatem

cod. Ursini ad Varr. l. l.) *ad—occasum*, R$\beta\gamma$. — *a. d.*, Petav. uranol. 2, 8. p. 50. et Pontedera antiquitt. p. 376. *ab*, R. *ad*, STd. *a*, $\beta\gamma$. — *III.*, Petav. *V.* aut *IV.*, Pontedera. *tertio*, $\beta\gamma$. — *ad—occasum*, R. *ab—occasu*, Td. Huic nomini addunt *in* θd$\beta\gamma$, omitt. RT. *id est* coniecit Petav. — *X.*, Rθd. *XIII.*, Petav. *IV.*, Pontedera p. 390. coll. 18, 288. — *cordos*, Merula (codd. Ursini.) *Cordis*, Rd. — *post id*, d (in rasura), cod. Ursini. *post idem*, R. *post*, Gesner. hist. anim. 1, 816. ex Varr. II. 1, 29.

§ 188. *agnos*, d. *agros*, R. V. Aristotel. hist. anim. 5, 14. p. 546^a l. 6, 19. p. 574^a 12. — *veres*, R. — *consectare*, R. — *senectam*, d. — *melior*, omitt. R^1dT. Pone *ipse* habet R ab a. m. — *mutilus*, θ. *utilus*, R^1. *utilius*, R^2. *mutilis*, T. *utilis*, d. *illis*, β. Pro *mutilus quoque* habent *et* Kr. V. Columell. VII. 3, 3. 4. — *virilior*, K. — *teste*, omitt. R^1d. — *Tonitrua*, RθTd. *tonitrus*, β. V. Aristot. hist. anim. 9, 3. p. 610^b 33. — *est*, omitt. R^1d.

§ 189. *Aquilonis*, v. Aristot. hist. anim. 6, 19. p. 574^a 1., generat. anim. 4, 2. p. 767^a 8. et Columell. VII. 3, 12. — *linguas*, RθTd. V. Aristot. hist. anim. 3, 12. p. 518^b 15. 6, 19. p. 574^a 5. — *habuere*, Rd^2. *habuerit*, d^1. *habuerint*, T. — *lanificium*, Td. — *in fetu est*, Rd. *est in fetu*, $\beta\gamma$. — *delicatius*, d. *deligrantius*, R. *elegantius*, K. — *contectum*, R. — *operimenta*, R (ex corr.; fuisse videtur *apermenta.*) *opes menta*, d. — *eis*, β. — *praecipuae*, Rd. Locum corruptum censet Schneider. ad Columell. VII. 3, 10.

§ 190. *Apulia*, d. — *alibe*, R. — *Apulie*, R^2. *Apulia*, d. *Apud*, R^1. *Apilae* aut *Apicae*, Gesner. ad Varron. de re rust. II. 2, 3.

habent, in Asia vero eodem genere Laodiceae. Alba Cir-
cumpadanis nulla praefertur nec libra centenos nummos ad
hoc aevi excessit ulla. Oves non ubique tondentur, durat
quibusdam in locis vellendi mos. Colorum plura genera, 191
quippe cum desint etiam nomina eis; quas nativas appel-
lant, aliquot modis Hispania, nigri velleris praecipuas habet
Pollentia iuxta Alpis, iam Asia rutili quas Erythraeas vo-
cant, item Baetica, Canusium fulvi, Tarentum et suae pul-
liginis. Sucidis omnibus medicata vis. Istriae Liburniaeque
pilo propior quam lanae, pexis aliena vestibus, et quam Sa-
lacia scutulato textu commendat in Lusitania. Similis circa
Piscenas provinciae Narbonensis, similis et in Aegypto, ex
qua vestis detrita usu pingitur rursusque aevo durat. Est 192
et hirtae pilo crasso in tapetis antiquissima gratia; iam certe
priscos iis usos Homerus auctor est. Aliter haec Galli pin-
gunt, aliter Parthorum gentes. Lanae et per se coactam
vestem faciunt et si addatur acetum etiam ferro resistunt,
immo vero etiam ignibus novissimo sui purgamento; quippe
aenis polientium extracta in tomenti usum veniunt Gallia-
rum, ut arbitror, invento; certe Gallicis hodie nominibus
discernitur nec facile dixerim qua id aetate coeperit. Anti- 193

Laodice, R. *Laodicia*, d. — *tunduntur*, d.

§ 191. *desit*, Rd. — *nominalis*, R. *nominatis*, d. — *quos nativos*, Dalec. Ceterum haec verba usque ad *modis* ad priora refert β pone h. v. plene incidens; deinde ex verbis *Hispania—habet* singularem periodum facit, inde a *Pollentia* nova periodo incepta. Hanc malam interpunctionem emendavit Hard. ex Columella VII. 2, 4. — *habent*, Rd. — *iam Asia*, Hard. *atnia*, R[1]. *atniva*, R[2]. *cani*, *Asia*, d (codd. Gel.) β. *canusia*, codd. Hard. — *Baeticae*, Rd. — *fulvis*, Rd. — *Sucidis*, R[2]. *Sicidis*, R[1]d. — *medicata vis*, RθTdr. *usus medicatus*, codd. Gel. β. — *lino*, r. — *prior*, R. — *Salacia scutulato*, Hard. e codd. *Salaca stulato*, R. *sala castulatos*, d. *sola ars scutulato*, β. — *commende*, R. *commode*, d. — *Lusitaniam*, d. — *piscinas*, d. *piscinis*, R. — *in*, om. d. — *et*, R. — *pingitur*, Rθdr. *cingitur*, K. *tingitur*, β. *tegitur*, Dalec.

§ 192. *priscos*, omitt. Rd. — *his*, d. — *usu*, Rd. — *Homerus*, Od. δ, 427. — *tingunt*, Td[2]. — *coactam*, RTd. *coactae*, Kβ. V. Cuiac. obss. 5, 5. — *enis*, Rd. — *pollientium*, R. *pollentium*, d. *coquentium*, codd. Ferrar. de re vestiar. 1. p. 57. *colentium*, K. — *extracta*, Rd[1] (codd. Gel.) *extracto*, d[2]. *extractae*, Kγ. At non ex lanis, sed ex purgamentis tomenta fiunt; de transitu numeri singularis in pluralem v. ad 32, 24. Ceterum permulta in toto hoc loco mutant Barbar., Salmas. exerc. p. 278. a. A.—282. b. D., Gronov. et Heins. in Burmanni sylloge 3, 127. 132., Withof. praemet. p. 208. — *in tomenti*, RθTd. *in tormenti*, β. *indumentis*, r (cod. Leid. ap. Heins.) — *vaeneunt*, r. — *inventum*, K.

§ 193. *de*, Ambr. II. — *etiam nunc*, d. *iam nunc*, RT. *nunc etiam*, Ambros. I. II. — *Gausapa*, Hard. *causa*, RTd. *gausape*, β ad superiora referens. *gau-*

quis enim torus e stramento erat qualiter etiam nunc in castris. Gausapa patris mei memoria coepere amphimallia nostra, sicut villosa etiam ventralia; nam tunica lati clavi in modum gausapae texi nunc primum incipit. Lanarum nigrae nullum colorem bibunt. De reliquarum infectu suis locis dicemus in conchyliis maris aut herbarum natura.

74. Lanam in colu et fuso Tanaquilis quae eadem Gaia 194
Caecilia vocata est in templo Sanci durasse prodente se auctor est M. Varro factamque ab ea togam regiam undulatam in aede Fortunae, qua Servius Tullius fuerat usus. Inde factum ut nubentis virgines comitaretur colus compta et fusus cum stamine. Ea prima texuit rectam tunicam, qualis cum toga pura tirones induuntur novaeque nuptae.
Undulata vestis prima e laudatissimis fuit; inde sororicu- 195
lata defluxit. Togas rasas Phryxianasque divi Augusti novissimis temporibus coepisse scribit Fenestella; crebrae papaveratae antiquiorem habent originem iam sub Lucilio poeta in Torquato notatae; praetextae apud Etruscos originem invenere. Trabeis usos accipio reges, pictas vestis iam apud Homerum fuisse, unde triumphales natae. Acu facere id Phryges invenerunt ideoque Phrygioniae appellatae

sapinis, K. Vocem om. Ambr. II. — *amphimallia*, Rd. *amphimalia*, Ambros. I. II. *amphimalla*, βγ. — *etiam*, Rd. *etiam et*, Ambr. I. *et etiam*, r. — *neutralia*, Ambr. II. — *gausapae*, Hard. *causapo*, d[1]. *causapa*, d[2]. *capsapae*, R[1]. *capsapre*, R[2]. *gausape*, β. — *dicemus* 9, 134. 135. 21, 45. 46. — *maris*, RTd. *marinis*, βγ.

§ 194. *in*, RθTd. *cum*, β. — *colu*, Rθ (codd. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 21.) *colo*, Tdβγ. — *Gaia*, R. *Caia*, dβγ. — *Sanci*, Broter. *Sangi*, codd. Gel. βγ. *Sancus*, RθTd. *M. Anci*, r. — *undulatam*, codd. Barbari. *ungulatam*, Rdr. V. Varron. ap. Non. p. 189, 26. — *Inde*, R. *unde*, Td. — *Ea prima*, R. *capina*, d. — *recam*, R. — *para*, R[1]. — *tirones*, θd. *tironi*, Rβ.

§ 195. *Undulata*, Rd (codd. Barbari.) *Ungulata*, Ambr. I. II. ap. Ferrar. de re vestiar. 1. p. 161. — *prima e*, θ. *prime*, R. *prima*, Td. *primo e*, β. — *laudatissimis*, RTd. *lautissimis*, codd. Gel. β. — *sororiculata*, Rr (codd. Barbari.) *sororeculata*, θ. *sororiculatae*, codd. ap. Turneb. adv. 22, 19., Ambr. I. II. *sororeculatae*, cod. pervetustus ap. Turneb. *sororis culata*, Td. *suroriculatas* vel *suroreclatas*, Turneb. *orbiculata*, Böttiger. *Vasengem.* 3, 191. — *raxas*, R. — *Phryxianasque*, Rθr. *Phryxianisque*, d. *Phrygianasque*, β. — *papaveratae*, Rd. *papaveractae*, vetus et optimus liber ap. Salmas. exerc. p. 793. a. C. *papaveracae*, Salmas. *paveratae*, Scaliger pater exercitt. ad Card. p. 325., filius ad Cirin p. 61. — *Lucio*, d. — *Etruscos quos*, Rd. — *pictae*, Rd. — *Homerum*, Iliad. γ, 125. — *Acu*, R. *acum*, d. *ac*, codd. Gel. — *Phrygioniae*, Td. *Phrygione*, R. *Phrygiones*, β. *Phrygianae*, Hard. — *appellatae*, RTd. *appellati*, β.

sunt. Aurum intexere in eadem Asia invenit Attalus rex, 196
unde nomen Attalicis. Colores diversos picturae intexere
Babylon maxume celebravit et nomen inposuit; plurumis
vero liciis texere quae polymita appellant Alexandria in-
stituit, scutulis dividere Gallia. Metellus Scipio tricliniaria
Babylonica sestertium octingentis milibus venisse iam tunc
ponit in Catonis criminibus, quae Neroni principi quadra-
giens sestertio nuper stetere. Servi Tulli praetextae, quibus 197
signum Fortunae ab eo dicatae coopertum erat, duravere ad
Seiani exitum mirumque fuit neque defluxisse eas neque
teredinum iniurias sensisse annis DLX. Vidimus iam et vi-
ventium vellera purpura, cocco, conchylio sesquipedalibus
libris infecta, velut sic nasci cogente luxuria.

75. In ipsa ove satis generositatis ostenditur brevitate 198
crurum, ventris vestitu; quibus nudus esset, apicas voca-
bant damnabantque. Syriae cubitales ovium caudae pluru-
mumque in ea parte lanici. Castrari agnos nisi quinque-
mestris praematurum existumatur.

XLIX. Est in Hispania sed maxume Corsica non ma- 199
xume absimile pecori genus musmonum caprino villo quam
pecoris velleri propius, quorum e genere et ovibus natos
prisci Umbros vocarunt. Infirmissimum pecori caput, quam-
obrem aversum a sole pasci cogendum. Quam stultissima
animalium lanata; qua timuere ingredi, unum cornu raptum
sequontur. Vita longissima anni x, in Aethiopia XIII, capris

§ 196. *Attalus*, om. R[1]. — *vice*, R[1]. — *quae*, om. d[1]. — *sicutulis*, R. *sicut tullius*, d. — *tricliniaria*, d. *triclinaria*, Rβ. — *sestertium*, d. *sestertiis*, RθTr. — *ponit*, Rd. *posuit*, βγ. — *Catonis*, RTd. *Capitonis*, β. *capitalibus*, Ambros. I. II. Landian. — *quadragies sestertio*, R. *quadrigenis sestertiis*, Td[1]. *quadrige*, d[2]. *quadringenties sestertium*, duo codd. ap. Bud. de asse p. 240., cui ipse cum Hotomanno de re num. 2, 29. accedit. *quadrienties tertio*, Ambr. I. *quadringentis sestertiis*, Ambr. II. — *stetere*, T. *extitere*, Rθdr. *constitere*, Dalec., Ambr. II.

§ 197. *praetexta*, R (et duo codd. antiquissimi ap. Oudend. ad Suet. Caes. 30.) *praetextaque*, d. — *neque—neque*, Rd. *nec—nec*, βγ. — *quingentis*, θ. — *iam*, om. d[1]. — *bidentium*, K. — *sesquipedalibus libris*, RθSTr. *sesquipedalibus labris*, Pintian. K. *sesquiped. fibris*, Dalec. e cod. *sesquilibris*, β. *sesquipondialibus*, Bud. de asse p. 241. — *velut*, R. *velut illa*, dβγ.

§ 198. *generositas his*, r. — *et ventris*, r. — *vestitus*, Rθd. — *nudos esse tapicas*, R. V. Varron. de re rust. II. 2, 3. — *damnabantur*, r. — *Syriae*, v. Aristot. hist. anim. 8, 28. p. 606[a] 13. — *existimant*, r.

§ 199. *Est*, R. *Et*, d. *Est et*, βγ. — *musmonum*, Barbar. θ. *musmonium*, RTr (codd. Turnebi adv. 20, 9.) *musmomum*, d. *musimonum*, altera Barbari coniectura. *musmunum*, β. — *proprius*, R. — *prisci ymbres*, R. *prisci imbres*,

eodem loco XI, in reliquo orbe plurumum octoni. Utrumque genus intra quartum coitum inpletur.

L. 76. Caprae pariunt et quaternos, sed raro admodum; 200
ferunt quinque mensibus ut oves. Capri pinguitudine sterilescunt; ante trimos minus utiliter generant et in senecta ultra quadriennium; incipiunt septumo mense et adhuc lactentes. Mutilum in utroque sexu utilius. Primus in die coitus non inplet, sequens efficacior ac deinde. Concipiunt Novembri mense ut Martio pariant turgescentibus virgultis, aliquando anniculae, semper bimae, in trimatu utiles; pariunt octonis annis; abortus frigori obnoxius. Oculos subfusos 201
capra iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi. Sollertiam eius animalis Mutianus visam sibi prodidit in ponte praetenui, duabus obviis e diverso cum circumactum angustiae non caperent nec reciprocationem longitudo in exilitate caeca, torrente rapido minaciter supterfluente, alteram decubuisse atque ita alteram proculcatae supergressam. Ma- 202
ris quam maxume simos, longis auribus infractisque, armis quam villosissimis probant; feminarum generositatis insigne laciniae corporibus a cervice binae dependentes. Non omnibus cornua, sed quibus sunt, in his et indicia annorum per incrementa nodorum. Mutilis lactis maior ubertas. Auribus eas spirare, non naribus, nec umquam febri carere Archelaus auctor est; ideo fortassis anima his quam ovibus ardentior calidioresque concubitus. Tradunt et noctu non 203

d. *piscumbres*, θ. — *vocaverunt*, θ. — *pascendum*, d[1]. *cogi pascendo*, Dalec. V. Columell. VII. 3, 24. — *uno*, Td. — *rapto*, Td. *raptu*, θ. — *in Aethiopia*, v. Aristot. hist. anim. 6, 19. p. 573[b] 28. — *in eodem*, T. — *octoni*, om. Rd. — *completur*, d.

§ 200. *Capri*, Schneider. ad Columell. VII. 6, 3. *Caprae*, Rd$\beta\gamma$. V. Aristot. hist. anim. 5, 14. p. 546[a] 1. 6, 19. p. 573[b] 30. — *pinguitudine*, R. *pinguedine*, Tdr. — *ante trimos*, RθTd. *ante trimas*, Hard. *trimae*, β. — *generant — senecta* omitt. Rd. — *ultra*, RSTd. *nec ultra*, β. *trimi utiliter generant; minus in senecta nec ultra quadriennium*, Schneider. — *et*, RTd. Omitt. $\beta\gamma$. — *lactentes*, R. *lactantes*, θTd. V. Columell. VII. 6, 3. — *Primo*, T. — *implet*, d. *implent*, T. *implens*, R. — *saepe*, K. — *utiles*, Pint. et Schneider. ad Columell. VII. 6, 6. *inutiles*, Rd$\beta\gamma$. — *abortis frigore*, Rd.

§ 201. *punctu*, Hard.

§ 202. *simos*, om. θ. — *auribus infractisque*, RθTd (codd. Gel.) *auriculis infractis*, β. — *cruribus*, d[1]. — *villosissimis*, R (codd. Gel.) *villosissimas*, Td. *villosissimos*, K. — *et cervice*, Rd. — *annorum per*, omitt. R[1]d. — *intrimenta*, θ. — *Archelaus*; Alcmaeonem dicit Aristotel. hist. anim. 1, 11. p. 492[a] 14.

*

minus cernere quam interdiu; ideo si caprinum iecur ve-
scantur restitui vespertinam aciem his quos nyctalopas
vocant. In Cilicia circaque Syrtis villo tonsili vestiuntur.
Capras in occasum declini sole in pascuis negant contueri
inter sese sed aversas iacere, reliquis autem horis adversas
et inter cognationes. Dependet omnium mento villus quem 204
aruncum vocant; hoc si quis adprehensam ex grege unam
trahat, ceterae stupentes spectant; id etiam evenire, cum
quandam herbam aliqua ex eis momorderit. Morsus earum
arbori exitialis; olivam lambendo quoque sterilem faciunt
eaque ex causa Minervae non inmolantur.

LI. 77. Suilli pecoris admissura a favonio ad aequino- 205
ctium vernum, aetas octavo mense, quibusdam in locis
etiam quarto usque ad octavom annum. Partus bis in anno,
tempus utero quattuor mensum, numerus fecunditati ad
vicenos, sed educare nequeunt tam multos. Diebus decem
circa brumam statim dentatos nasci Nigidius tradit. In-
plentur uno coitu, qui et geminatur propter facilitatem ab-
oriendi; remedium ne prima subatione neque ante flaccidas
auris coitus fiat. Mares non ultra trimatum generant, fe- 206
minae senectute fessae cubantes coeunt; comesse fetus his
non est prodigium. Suis fetus sacrificio die quinto purus
est, pecoris die VII., bovis tricesimo. Coruncanius ruminalis

§ 203. *quam*, omitt. R^{1}d. — *et ideo*, r. — *si*, omitt. R^{1}STd. — *vescantur*, R^2. *vescentur*, R^1. *vescentibus*, STd. — *Cilicia*; Lyciam dicit Aristotel. Bekkeri 8, 28. p. 606^a 17. V. tamen Schneider. ad Colum. VII. 6, 1. — *Syrtes*, Barbar. Rd. *Syrias*, K, quam non malam lectionem dicit Bochart. hieroz. 1, 625. — *villi*, Rd. — *declini*, RθT (antiquissimae membranae ap. Oudend. ad Appul. met. p. 719.) *declivi*, d$\beta\gamma$. Haec omnia sumpsit Plin. ex Aristot. hist. anim. 9, 3. — *cognitiores*, K. *cognatiores*, Gesner. hist. anim. 1, 268. *coniunctiores*, Dalec. Pro *inter* Schneider. ad Aristot. hist. anim. T. III. p. 29. *inter se* coniicit.

§ 204. *omnibus*, β. — *maruncum*, d. — *spectant; id*, R^2. *spectad*, R^1. *spectam*, d. — *etiam evenire*, R. *devenire*, β. — *herbam*, ἠρύγγιον, v. Theophr. T. I. p. 836. ed. Schn. — *his*, d. — *est exitialis*, θd. — *non*, omitt. Kr. V. Varron. de re rust. II. 1, 19.

§ 205. *aetas*, RθTdr. *aetatis*, β. V. Aristot. hist. anim. 5, 14. p. 545^a 28. — *quibus*, Rd. — *octavum*, RθTdr. *VII.*, β. — *in*, R^2. Omitt. R^{1}d$\beta\gamma$. — *mensum*, R (venerandae membranae ap. Oudend. ad Suet. Aug. 65.) *mensium*, d$\beta\gamma$. — *fecunditati*, RTd. *fecunditatis*, $\beta\gamma$. — *nequeunt tam multos*, R. *non possunt tam multos*, Td. *tam multos nequeunt*, $\beta\gamma$. — *dentes*, K. — *abortiendi*, β. V. Schneid. ad Varron. de re rust. II. 4, 14. — *subatione*, Barbar. R. *subactione*, d.

§ 206. *cum messe*, d. — *decimo*, Pint. — *VII.*, Rθ. *VI.*, Tdr. *octavo*, $\beta\gamma$. — *Coruncanius*, R. *Coruncanus*, d$\beta\gamma$. — *forent*, K. — *Sues*, R (ex corr.)

hostias donec bidentes fierent puras negavit. Sues oculo amisso putant cito exstingui, alioqui vita ad quindecim annos, quibusdam et vicenos; verum efferantur, et alias obnoxium genus morbis, anginae maxume et strumae. In- 207
dex suis invalidae cruor in radice saetae dorso evolsae, caput obliquom in incessu. Paenuriam lactis praepingues sentiunt et primo fetu minus sunt numerosae. In luto volutatio generi grata. Intorta cauda; id etiam notatum facilius litare in dexterum quam in laevom detorta. Pinguescunt LX diebus sed magis tridui inedia saginatione orsa. Animalium hoc maxume brutum animamque ei pro sale datam non inlepide existumabatur. Conpertum agnitam vo- 208
cem suarii furto abactis mersoque navigio inclinatione lateris unius remeasse. Quin et duces in urbe forum nundinarium domosque petere discunt, et feri sapiunt palude confundere urinam, fugam levare. Castrantur feminae sic quoque uti et cameli, post bidui inediam suspensae pernis posterioribus, volva recisa; celerius ita pinguescunt. Ad- 209
hibetur et ars iecori feminarum sicut anserum, inventum M. Apici, fico arida saginatis ac satie, necatis repente mulsi potu dato. Neque alio ex animali numerosior materia ganeae; quinquaginta prope sapores, cum ceteris singuli. Hinc censoriarum legum paginae interdictaque cenis abdo-

Suem, d$\beta\gamma$. — *amisso*, R². *misso*, R¹d. — *alioqui*, R. *aliqui*, d. *aliquibus*, r. V. Aristot. hist. anim. 6, 18. p. 573ᵇ 13. — *et vic.*, R. *at*, T. *ad*, d. — *anguine*, R. *sanguine*, d.

§ 207. *Index*, R². *Inde*, R¹dr. — *sues*, r. — *radices aetate*, d. — *obstipum*, Merula ad Enn. p. 433. — *in*, om. R. — *mammosae*, K. — *In luto*, v. Aristot. hist. anim. 8, 6. p. 595ᵃ 31. — *litare*, R². *littere*, R¹. *latere*, θTd. *iacere*, K. — *in dexterum*, R. *dextro*, Td. — *laeva*, Td. — *detorta*, Rhenan. Rd. *detortam*, K. *detorto*, r. — *ante saginationem*, K. V. Aristot. l. l. p. 595ᵃ 20. — *existimatur*, K. V. Davis. ad Cic. de nat. deor. 2, 64.

§ 208. *agnitam*, Rhenan. R. *agnita*, TKdr. — *vocem*, Rhenan. *voce*, RTKdr (Murbac.) — *suarii*, Rhenan. R²Kdr. *varii*, R¹ (Murbac.) — *abactos merso*, Kr. — *navigio*, Rhenan. Kr. *navigatio*, Rd (Murbac.) — *cicures*, Rhenan. *reduces*, Pint. — *spatiunt*, R². *apatiunt*, R¹. *patiunt*, Murbac. *patiuntur*, Td. — *palude*, Rd (Murbac.) *vestigia palude*, β. — *urinam*, Td (Murbac.) *urina*////, R. *urina*, β. — *fugam*, Rd (Murbac.) *in fuga*, Rhenan. — *sic quoque uti et*, RTdr. *sic quoque uti*, θ. *quoque sicuti*, $\beta\gamma$. — *posterioribus*, vir doctus apud Dalec. prob. Forberg. apophor. p. 347. *prioribus*, RTdγ. *primoribus*, β. Aristot. hist. anim. 9, 50. p. 632ᵃ 23. *ὅταν χρεμάσωσι τῶν ὀπισθίων σκελῶν.*

§ 209. *arida*, RθTdr (Murbac. et liber Ursini ad Ciaccon. triclin. p. 90.) *carica*, β. — *satie*, R. *satietate*, TKdγ. *siti enectis*, Ursin. — *tepente*, T. — *dato*, om. d¹. — *gane*, R¹. *cene*, R².

mina, glandia, testiculi, volvae, sincipita verrina, ut tamen Publi mimorum poetae oena postquam servitutem exuerat nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo inposito.

78. Placuere autem et feri sues. Iam Catonis censoris 210
orationes aprunum exprobrant callum. In tris tamen partis diviso media ponebatur, lumbus aprunus appellata. Solidum aprum Romanorum primus in epulis adposuit P. Servilius Rullus pater eius Rulli qui Ciceronis consulatu legem agrariam promulgavit. Tam propinqua origo nunc cotidianae rei est. Et hoc annales notarunt horum scilicet ad emendationem morum, quibus non tota quidem cena sed in principio bini ternique pariter manduntur apri.

LII. Vivaria horum ceterorumque silvestrium primus 211
togati generis invenit Fulvius Lupinus; in Tarquiniensi feras pascere instituit; nec diu imitatores defuere L. Lucullus et Q. Hortensius. Sues ferae semel anno gignunt; 212
maribus in coitu pluruma asperitas; tunc inter se dimicant indurantes attritu arborum costas lutoque se tergorantes. Feminae in partu asperiores et fere similiter in omni genere bestiarum. Apris maribus nonnisi anniculis generatio. In India cubitales dentium flexus gemini a rostro, totidem a fronte ceu vituli cornua exeunt, pilus aereo similis agrestibus, ceteris niger; at in Arabia suillum genus non vivit.

minorum, d. — *moreretur*, R.

§ 210. *feri sues. Iam*, Bud. de ass. p. 273., Rd. *feris vesicam*, cod. Budaei. *feris vesiam*, Murbac. *feri vesicae in*, T. *feri vesicae*, r. — *aprunum*, R. *aprinum*, d. *aprugnum*, *βγ*. — *exprobant*, R. — *tantum*, K. — *ponebantur*, d. — *aprunus*, R. *aprunos*, Murbac. *lumbos aprinos*, d. *aprugnus*, Rhenan. *βγ*. *diviso apro media ponebant, lumbos aprugnos*, K. — *Ciceronis consulatu*, R. *Ciceronis in consulatu*, Td. *Ciceroni si consulatu*, Murbac. — *natales*, d^{1}. — *scilicet*, om. d^{1}. — *non tota*, Hard. post Lipsium, qui poliorc. 4, 1. p. 590. *ne tota* emendaverat. *notata*, Rd (Murbac.) *β*. — *ea coena*, K. — *in*, om. r. — *pariter*, omitt. Tdr. — *manduntur*, RθTdr^{1}. *mandantur*, Murbac. *β*. *mandebantur*, r^{2}.

§ 211. *horum*, d. *eorum*, RT. — *ceterarum*, R. *ceteraque*, Td. — *Lupinus*, θTd. *Lippinus*, R (codd. Gel.) *β*. *Hirpinus*, Freinshem. ad Curt. VIII. 1, 11. V. Schneider. ad Varron. III. 12, 1. — *in*, Rd. *qui in*, *βγ*. — *diu*, om. d^{1}. — *et Q.*, R. *atque*, d.

§ 212. *tergorantes*, Rd^{2} (Murbac.) *trogorantes*, d^{1}. *stercorantes*, STr. *sese thoracantes*, Pint. V. Aristot. hist. anim. 6, 18. p. 571^{b} 15. — *gemini a*, θ. *gemina ex*, Rd. *gemini ex*, *βγ*. — *at in Arabia*; de India hoc narrat Aristot. hist. anim. 8, 28. p. 606^{a} 8.

LIII. 79. In nullo genere aeque facilis mixtura cum 213
fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant ceu semi-
feros, ad homines quoque ut C. Antonium Ciceronis in
consulatu conlegam appellatione translata. Non in suibus
autem tantum sed in omnibus quoque animalibus cuius-
cumque generis ullum est placidum, eiusdem invenitur et
ferum, utpote cum hominum etiam silvestrium tot genera
praedicta sint. Caprae tamen in plurumas similitudines 214
transfigurantur: sunt capreae, sunt rupicaprae, sunt ibices
pernicitatis mirandae quamquam onerato capite vastis cor-
nibus gladiorumque vaginis; in haec se librat ut tormento
aliquo rotatus in petras, potissimum e monte aliquo in
alium transilire quaerens, atque recussu pernicius quo li-
buerit exsultat. Sunt et oryges, soli quibusdam dicti con-
trario pilo vestiri et ad caput verso; sunt et damae et py-
gargi et strepsicerotes multaque alia haut dissimilia. Sed
illa Alpes, haec transmarini situs mittunt.

LIV. 80. Simiarum quoque genera hominis figurae pro- 215
xuma caudis inter se distinguntur. Mira sollertia; visco
inungui laqueisque calciari imitatione venantium tradunt,
Mutianus et latrunculis lusisse, fictas cera icones usu distin-
guente; luna cava tristis esse quibus in eo genere cauda
sit, novam exsultatione adorare; nam defectum siderum et

§ 213. *fere*, d. — *inequaliter*, Td. — *hybridas sues*, TKd^2. — *ceu*, om. K. — *ut*, Rd. *ut in*, Murbac. βγ. — *tralata*, R. — *autem*, Rθr. Omitt. dβ. — *quoque*, om. β. — *animalium*, K. — *ferarum*, d^2. — *praedicta sint* 7, 9. sqq.

§ 214. *Sunt caprae*, Rd. — *in his*, K. — *librat*, Td (Murbac.) *librant*, Rβγ. — *rotatus*, Td (Murbac.) *rotatis*, R. *rotati*, Kβγ. — *petris*, K. — *transilire*, R^2. *transili*, R^1. *transli*, Murbac. *transi//e*, d. *transitum*, ST. — *quaerens*, RTd (Murbac.) *quaerentes*, βγ. *cupientes*, K. — *recursu*, Rθd. *recursu su*, Murbac. — *pernici*, STK. — *libuerit*, R. *libuit*, θd (Murbac.) — *exsultat*, RTd (Murbac.) *exsultant*, βγ. — *vestiti*, d. — *ut damniae*, d. — *fluctus*, K.

§ 215. *visco*, Rhenan. Rd (codd. Gel.) *visa*, Murbac. — *inungi*, Rhenan. R^2 (codd. Gel.) *inungu*, R^1d (Murbac.) Exscripsit haec Solin. 27, 55—59. — *laqueisque*, Rhenan. R (codd. Gel.) *la quae his quae*, Murbac. *la que que*, d. — *calciari*, R^2. *calceari*, Rhenan., codd. Gel. βγ. *calcari*, d (Murbac.) *calari*, R^1. — *fictas*, R^1θTdr. *ficta*, Murbac. *factis*, R^2. *fictis*, β. — *icones*, Salmas. exerc. p. 266. b. G. *cones*, R^1Td (Murbac.) *nuces*, R^2θrβ. — *usu*, Hard. *ius*, Td (Murbac.) *vis*, R^1. *visu*, R^2β. — *distinguente*, Rd. *distingue*, Murbac. *distinguit*, T. *distinguere*, codd. Salmas. β. — *triste*, Murbac. — *novam*, RTKd (codd. Gel., Murbac.) *nova*, θS. — *exsultatione*, codd. Gel., Murbac. *exsultationem*, RθSTd. *exsultantes*, K. — *adorare*, codd. Gel. K. *adorari*, RTd (Murbac.) *adoriri*, θS.

ceterae pavent quadripedes. Simiarum generi praecipua 216
erga fetum adfectio; gestant catulos quae mansuefactae
intra domos peperere, omnibus demonstrant tractarique
gaudent gratulationem intellegentibus similis; itaque magna
ex parte conplectendo necant. Efferatior cynocephalis na-
tura sicut satyris. Callitriches toto paene adspectu differunt,
barba est in facie, cauda late fusa primori parte. Hoc ani-
mal negatur vivere in alio quam Aethiopiae quo gignitur
caelo.

LV. 81. Et leporum plura sunt genera. In Alpibus can- 217
didi quibus hibernis mensibus pro cibatu nivem credunt
esse; certe liquescente ea rutilescunt annis omnibus et est
alioqui animal intolerandi rigoris alumnum. Leporum ge-
neris sunt et quos Hispania cuniculos appellat, fecundita-
tis innumerae famemque Baliarum insulis populatis messibus
adferentis. Fetus ventri exsectos vel uberibus ablatos, non
repurgatos interaneis, gratissimo in cibatu habent; laurices
vocant. Certum est Baliaricos adversus proventum eorum 218
auxilium militare a divo Augusto petiisse. Magna propter
venatum eum viverris gratia est. Iniciunt eas in specus qui
sunt multifores in terra, unde et nomen animali, atque ita
eiectos superne capiunt. Archelaus auctor est, quot sint
corporis cavernae ad excrementa lepori, totidem annos esse
aetatis; varius certe numerus reperitur. Idem utramque vim

§ 216. *genera*, d. — *fatum*, R^1. — *affectio*, R. *affectione*, d. *affectatio*, r. — *quae*, codd. Salmas. exerc. p. 267. a. E. *quem*, R. *qua*, Murbac. *quos*, dβ. — *gaudent tractatu*, K. — *gratulationem intelligentibus*, RθSTd. *gratulationem intelligentes*, K. — *similis*, Rθ (Murbac.) *similiter*, Td. *simiis*, r. *similes*, *βγ*, ita tamen, ut hanc vocem *β* pone *gaudent* collocet. *intelligentes. Simiolos itaque*, Pint. — *cynocephalis*, v. Aristot. hist. anim. 2, 8. p. 502^a 19. — *sicut*, R^1θTdr (Murbac.) *sicut miarsima*, R^2. *sicut mitissima*, *β*. — *satyris*, RθTdr (Murbac.) *Satyris et sphingibus*, *β*. — *affectu*, d. — *primori*, Rd (Murbac.) *priori*, K. — *alio quam*, R. *aliquam*, d (Murbac.) — *Aethiopiae*, Rd (Murbac.) *in Aethiopiae*, *β*. *negatur esse nisi in Aethiopiae*, r.

§ 217. *conditi*, Murbac. — *gracilescunt*, Rhenan. — *est et*, Barbar. — *alioqui*, Barbar. R. *aliquod*, d. — *frigoris*, T. — *generis*, d (Murbac.) *generi*, R. *genera*, T. — *innumeratae*, r. — *Baliarum*, Rd. *Balearium*, Murbac. *Balearibus*, *βγ*. — *adferens*, Rd (Murbac.) — *ventri*, Rd. *ventre*, *β*. — *repurgatos*, Hard. R. *repurgatis*, d*βγ*.

§ 218. *eum venatum*, d. — *Archelaus*, v. Varron. de re rustic. III. 12, 4. ibique Schneider. p. 556.

§ 219. *Benigna* sqq.; ad verbum haec sumpsit Plin. ex Herodoto 3, 108. —

singulis inesse ac sine mare aeque gignere. Benigna circa 219
hoc natura innocua et esculenta animalia fecunda generavit.
Lepus omnium praedae nascens solus praeter dasypodem
superfetat aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud
inplume, aliud inchoatum gerens pariter. Nec non et vestis
leporino pilo facere temptatum est tactu non perinde molli
ut in cute, propter brevitatem pili dilabidas.

LVI. 82. Hi mansuescunt raro, cum feri dici iure non 220
possint; conplura namque sunt nec placida nec fera sed
mediae inter utrumque naturae ut in volucribus hirundines,
apes, in mari delphini.

LVII. Quo in genere multi et hos incolas domuum po- 221
suere muris, haud spernendum in ostentis etiam publicis
animal. Adrosis Lanuvi clipeis argenteis Marsicum porten-
dere bellum, Carboni inperatori apud Clusium fasciis quibus
in calciatu utebatur exitium. Plura eorum genera in Cyre-
naica regione, alii lata fronte, alii acuta, alii erinaceorum
genere pungentibus pilis. Theophrastus auctor est in Gyara 222
insula cum incolas fugaverunt ferrum quoque rosisse eos,
id quod natura quadam et ad Chalybas facere in ferrariis
officinis; aurariis quidem in metallis ob hoc alvos eorum
excidi semperque furtum id deprehendi; tantam esse dul-
cedinem furandi. Venisse murem cc denariis Casilinum ob-
sidente Hannibale eumque qui vendiderat fame interiisse,

superfetum, d. — *aliunde deducens*, d (liber vetustissimus ap. Salmas. exerc. p. 200. b. A.) — *pilis in utero*, d. *pilis iam*, r. — *vestiunt*, Rd. — *impile*, Salmas. — *inchoato gerens partu*, Barbar. K. — *pilis*, β. — *dilabidas. Hi*, R (codd. Gel.) *dilabi lassi*, Td. *pilo labili*, K. *delebilis usu*, Pint.

§ 220. *Damae*, r. — *flaccida*, r. — *aper in campo, in mari*, r.

§ 221. *Quoque*, R. — *domum*, R (Murbac.) *domus*, Barbar. De forma genitivi v. 36, 88. cum lect. var. — *Lanuvii*, Hard. *Lavinii*, Rdβ. — *fasceis*, R. — *irenaceorum*, R. V. Aristot. hist. anim. 6, 37.

§ 222. *Theophrastus*, T. I. p. 834. ed. Schneider. — *Gyara*, Rd (Murbac.) *Gyaro*, βγ. — *fugaverunt*, Rr. *fugaverint*, θTd (Murbac.) *fugassent*, βγ. — *eos id*, d. *quos id*, R. *constat id*, Murbac. *Constat id quoque*, K. *Constat id natura*, Dalec. — *iacturam*, K. — *quaedam*, d (Murbac.) *quedam*, R. *quidam*, K. — *excidi semperque*, R. *excidisse perque*, d. *excidisse p quem*, Murbac. — *furtum id*, R. *furtum*, Murbac. *in furtum id*, STd. *futurum id*, β. — *tantum*, R (Murbac.) — *furande*, Murbac. — *Vendidisse*, d (*vendid* in rasura.) — *denariis*, Bud. de asse 3. p. 277. ed. Lugd. 1550. Omitt. Rd. *nummis*, β. — *Casilinium*, R. — *interiisse fame*, d.

emptorem vixisse annales tradunt. Cum candidi venere, 223
laetum faciunt ostentum; nam soricum occentu dirimi auspicia annalis refertos habemus. Sorices et ipsos hieme condi auctor est Nigidius sicut glires, quos censoriae leges princepsque M. Scaurus in consulatu non alio modo cenis ademere quam conchylia aut ex alio orbe convectas avis. Se- 224
miferum et ipsum animal, cui vivaria in doliis idem qui apris instituit. Qua in re notatum non congregare nisi popularis eiusdem silvae, et si misceantur alienigenae amne vel monte discreti interire dimicando. Genitores suos fessos senecta alunt insigni pietate. Senium finitur hiberna quiete; conditi enim et hi cubant; rursus aestate iuvenescunt, simili et nitelis quiete.

LVIII. 83. Hic mirum rerum naturam non solum alia aliis 225
dedisse terris animalia sed in eodem quoque situ quaedam aliquis locis negasse. In Messia silva Italiae non nisi in parte reperiuntur hi glires. In Lycia dorcades non transeunt montis, et his vicini onagri montem qui Cappadociam a Cilicia dividit. In Hellesponto in alienos finis non commeant cervi et circa Arginussam Elaphum montem non excedunt, auribus etiam in monte fissis. In Poroselene insula viam 226
mustelae non transeunt; in Boeotia Lebadeae inlatae solum ipsum fugiunt quae iuxta in Orchomeno tota arva subruunt

§ 223. *venere*, R. *provenere*, d$\beta\gamma$. — *occenctum*, R[2]. *occinctum*, R[1]d. — *Saurices*, R. *Aurices*, Td. *mures*, r. — *ipso*, Td. — *leges*, Rhenan. et codd. Gel. *legis*, Rd (Murbac.) — *princepsque*, Rhenan. R (codd. Gel.) *princeps quem*, d (Murbac.) — *quam*, omitt. Rd. Haec omissio lacunam in superioribus prodit, ita ut a verbis *non alio* nova periodus incipiat; etiam ratio comparationis huc ducit.

§ 224. *Quo in genere*, K. — *congregare*, Rd. *congregari*, $\beta\gamma$. — *Somnus*, Pint. — *conditi*, v. Aristot. hist. anim. 8, 17. p. 600^b 12. — *vivescunt*, Pint. — *similis*, T (Murbac.) — *nitelis*, Murbac. *niteli*, R. *nitellis*, Td. *similes et mustelis*, Rhenan. — *quieti*, Murbac.

§ 225. *Hic mirum*, ita nos scripsimus. *Himirum*, R. *Sic mirum*, Tr. *His mirum*, Murbac. *Nimirum*, d. *Mirum*, $\beta\gamma$. V. Aristot. hist. anim. 8, 28. init. — *rerum*, omitt. d (Murbac.) — *aliquis*, R. *aliquibus*, d$\beta\gamma$. V. ad 33, 48. — *Messia*, Rd. *Maesia*, $\beta\gamma$. Apud Liv. 1, 33. habent *Mesia* optimi libri. — *Cilicia*, Pint. — *et his*, R[2]. *sexis*, R[1]d. *Syris*, $\beta\gamma$. — *vicini*, ita nos scripsimus. *vicino*, Rd. *vicinos*, $\beta\gamma$. Lycia cum montes Syriae vicinos non habeat, parva mutatione veram scripturam restituimus, prima vocis *onagri* littera, ut fit, in proximam vocem translata. De copula *et* post negationem negandi sensum adsciscente v. quae contra Bentleium ad Horat. epod. 16, 6., sat. I. 6, 68., Ruhnkenium ad Vell. 2, 45. dixerunt Wyttenbach. biblioth. crit. III. 4. p. 4. et

talpae, quarum e pellibus cubicularia vidimus stragula; adeo
ne religio quidem a portentis submovet delicias. In Ithaca
lepores inlati moriuntur extremis quidem in litoribus, in
Ebuso litoribus cuniculi, scatent iuxta Hispania Baliaribus-
que. Cyrenis mutae fuere ranae, inlatis e continente vocali- 227
bus durat genus earum; mutae sunt etiamnum in Seripho
insula, eaedem alio translatae canunt, quod accidere et in
lacu Thessaliae Sicandro tradunt. In Italia muribus araneis
venenatus est morsus; eosdem ulterior Appennino regio non
habet; iidem ubicumque sunt, orbitam si transiere, moriun-
tur. In Olympo Macedoniae monte non sunt lupi nec in
Creta insula. Ibi quidem nec volpes ursive atque omnino 228
nullum maleficum animal praeter phalangium; aranei id ge-
nus dicemus suo loco. Mirabilius in eadem insula cervos
praeterquam in Cydoniatarum regione non esse, item apros
et attagenas, erinaceos, in Africa autem nec apros nec cervos
nec capreas nec ursos.

LIX. 84. Iam quaedam animalia indigenis innoxia adve- 229
nas interimunt, sicut serpentes parvi in Tirynthe, quos terra
nasci proditur. Item in Syria angues circa Euphratis ma-
xume ripas dormientis Syros non attingunt aut, etiamsi cal-
cati momordere, non sentiuntur maleficia, aliis cuiuscumque

Huschk. ad Tibull. II. 4, 17. — *onagrium item*, R. *anagum. Item*, d. — *Elaphum*, Longol. apud Dalec. *Elatum*, Rd (codd. Barbari) β. V. Aristot. hist. anim. 6, 29. p. 578[b] 26.

§ 226. *Poroselene*, Rd. *Pordoselene*, K. *portu Selene*, r. *Por*, Murbac. V. Aristot. hist. anim. 8, 28. p. 605[b] 29. — *insulam*, dr. — *vicinam*, r. — *Boeotia*, r. *Boeotiae*, Rdβγ. — *Lebadeae*, Rd. *Lebadiae*, r. *Lebadia*, codd. Barbari, βγ. — *qui*, Rd. — *externis*, K. — *Ebuso litoribus*, RT. *Ebuso litaribus*, d (Murbac.) *Ebuso in litoribus*, γ. *Ebuso cuniculi non sunt, scatent*, codd. Barbari, β. De praepositione *in* in appositione omissa v. ad 32, 17. — *iuxta*, RTd (Murbac.) *in*, codd. Barbari, β. *iuxta in*, γ. — *Hispaniam*, Td.

§ 227. *vocabulis*, Rd. — *etiamnum*, Rd (codd. Barbari.) *etiam nunc*, βγ. — *allatae*, r. — *Sicandro*, R^2 θ. *Sicendo*, R^1dβγ. — *Apennina*, r. — *sunt*, Rd. *sint*, βγ. — *Creta*, v. Solin. 11, 11.

§ 228. *nec*, RTθd. *non*, βγ. — *aranei*, θd (Murbac.) *araneis*, RT. — *dicemus*, RθTd (Murbac. et tres codd. ap. Oudend. ad Appul. metam. p. 77.) *de quo dicemus*, βγ. V. 11, 79. 29, 84. — *Cydoneatarum*, Rd. — *attagenas*, Barbar. R. *uttagenas*, d. *attigenas*, Lugdun. *apr.*, *attagenas et herin.*, Pint.

§ 229. *pariunt*, d. — *Mirinthe*, RTd (codd. Salmas. exerc. p. 325. a. A.) *Myunte*, Salmas. *Minthe*, Hard. Vulgata aperte interpolata. — *Eufraten*, R. — *calciati*, d. — *alios*, r.

gentis infesti, avide et cum cruciatu exanimantes, quamobrem et Syri non necant eos; contra in Latmo Cariae monte Aristoteles tradit a scorpionibus hospites non laedi, indigenas interimi. Sed reliquorum quoque animalium et praeterea terrestrium dicemus genera.

quamquamobrem, R. — *Aristoteles* in νομίμοις βαρβαρικοῖς ap. Apollon. mirab. 11. et Antigon. Caryst. 15. — *praeterea terrestrium*, R θ T d. *praeter terrestria*, β. — *indicemus*, β.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER IX.

CAP. I. SECT. 1. Animalium quae terrestria appellavimus § 1
hominum quadam consortione degentia indicata natura est.
Ex reliquis minumas esse volucris convenit; quamobrem
prius aequorum, amnium stagnorumque dicentur. II. Sunt 2
autem conplura in iis maiora etiam terrestribus; causa evi-
dens umoris luxuria. Alia sors alitum, quibus vita penden-
tibus. In mari autem tam late supino mollique ac fertili
nutrimento, accipiente causas genitalis e sublimi semperque
pariente natura, pleraque etiam monstrifica reperiuntur per-
plexis et in semet aliter atque aliter nunc flatu nunc fluctu
convolutis seminibus atque principiis; vera ut fiat volgi opi- 3
nio quidquid nascatur in parte naturae ulla et in mari inesse
praeterque multa quae nusquam alibi. Rerum quidem non
solum animalium simulacra esse licet intellegere intuentibus

Ad hunc librum toti excussi sunt Rd.

§ 1. *quodam consortio degentium*, K. — *Ex reliquis — convenit*; haec se non intelligere fatetur L. Gronov. — *aquarum*, Td. — *amnium stagnorumque*, R. *amnium regnorumque*, d. *amniumque*, T.

§ 2. *his*, d. — *autem*, om. d[1]. — *lato*, L. Gronov. — *nutrimento*, RθTdr. *accremento*, β. *elemento*, L. Gronov. — *accipienti*, θ. — *e*, om. R. — *set*, Rd.

§ 3. *vera ut*, RTd. *ut vera*, Kβ. — *sit*, K. — *inesse*, R[2]K. *esse*, R[1]dβγ.

uvam, gladium, serras, cucumim vero et colore et odore similem, quo minus miremur equorum capita in tam parvis eminere cocleis.

III. 2. Pluruma autem et maxuma animalia in Indico mari, 4
ex quibus balaenae quaternum iugerum, pristes ducenum
cubitorum, quippe ubi locustae quaterna cubita inpleant, an-
guillae quoque in Gange amne tricenos pedes. Sed in mari
beluae circa solstitia maxume visuntur. Tunc illic ruunt tur- 5
bines, tunc imbres, tunc deiectae montium iugis procellae
ab imo vertunt maria pulsatasque ex profundo beluas cum
fluctibus volvont, et alias tanta thynnorum multitudine ut
magni Alexandri classis haud alio modo quam hostium acie
obvia contrarium agmen adversa fronte direxerit; aliter spar-
sis non erat evadere. Non voce, non sonitu, non ictu sed
fragore terrentur nec nisi ruina turbantur. Cadara appellatur 6
rubri maris paeninsula ingens; huius obiectu vastus efficitur
sinus duodecim dierum et noctium remigio enavigatus Pto-
lemaeo regi, quando nullius aurae recipit flatum. Huius loci
quiete praecipue ad inmobilem magnitudinem beluae adole-
scunt. Gedrosos qui Arabim amnem adcolunt Alexandri ma- 7
gni classium praefecti prodiderunt in domibus fores maxillis
beluarum facere, ossibus tecta contignare, ex quibus multa
quadragenum cubitorum longitudinis reperta. Exeunt et pe-
cori similes beluae ibi in terram pastaeque radices fruticum
remeant et quaedam equorum, asinorum, taurorum capitibus,
quae depascuntur sata.

cucumin, d. *cucumi///*, R, quod nescio an audaciorem per synesin defendere possis. — *in*, omitt. Td. — *parcis*, R.

§ 4. *animalia*, pone *mari* collocant βγ. — *ex*, Rd. *e*, βγ. — *locustae*, sc. *marinae*. Hoc praetervidens Gesner. hist. anim. 4, 487. locum corruptum habet. — *anguillae*, v. Solin. 52, 41.

§ 5. *vulvas*, β. — *et alia*, r. — *thynnorum*; aut Plinio aut librario hac in voce errorem imputat Gesner. l. l. 4, 196. 724. — *direxerit*, R². *derex*, R¹. *direxit*, d. — *sparsis*, aperte est corruptum neque defenditur per Harduini contortam interpretationem: „si sparsae naves fuissent et a se invicem disiunctae, nisi agmen stipassent ac densis simul ordinibus incessissent, fuissent illae haud dubie adverso thynnorum irruentium agmine victae et obrutae." Et cúi bono ita adiectum est *aliter*? Legendum est *sarisis*, quae hastae Macedonicae, quarum *ἀφύκτους πληγὰς* dicit Dionys. ant. Rom. 5, 15., unde eas in proverbium abiisse videmus apud auctor. ad Herenn. IV. 32, 43., Plin. ait non multum abfuisse quin a thynnis superarentur. Corruptelam vulgatae scripturae sentiens vir doctus apud Dalec. *spissos* coniecit. — *evadere qui non*, Massar. K. — *non ictu sed fragore*; magna in his vocibus corruptela. Thynni enim nisi sonitu terren-

IV. 3. Maxumum animal in Indico mari pistrix et ba- 8
laena est, in Gallico oceano physeter ingentis columnae modo
se attollens altiorque navium velis diluviem quandam eru-
ctans, in Gaditano oceano arbor in tantum vastis dispansa
ramis ut ex ea causa fretum numquam intrasse credatur.
Adparent et rotae appellatae a similitudine, quaternis di-
stinctae radiis, modiolos earum oculis duobus utrimque clau-
dentibus.

V. 4. Tiberio principi nuntiavit Olisiponensium legatio ob 9
id missa visum auditumque in quodam specu concha canen-
tem tritonem qua noscitur forma; et Nereidum falsa non
est, squamis modo hispido corpore etiam qua humanam ef-
figiem habet; namque haec in eodem spectata litore est, cu-
ius morientis etiam gannitum tristem adcolae audivere longe.
Et divo Augusto legatus Galliae conpluris in litore adpa-
rere exanimis Nereidas scripsit. Auctores habeo in equestri 10
ordine splendentis visum ab his in Gaditano oceano mari-
num hominem toto corpore absoluta similitudine; adscendere
eum navigia nocturnis temporibus statimque degravari quas
insederit partis et si diutius permaneat etiam mergi. Tiberio
principe contra Lugdunensis provinciae litus in insula simul
trecentas amplius beluas reciprocans destituit oceanus mirae
varietatis et magnitudinis, nec pauciores in Santonum litore
interque reliquas elephantos et arietes candore tantum cor-

tur, quomodo illi fragore, qui nihil est nisi sonitus vehementior? Et quomodo tribus his vocibus varios soni gradus indicantibus medius intercedit ictus, qui multo melius cum *ruina* iungebatur? Causa magni alicuius fragoris excitati in verbis *ictu sed* latet, quorum verborum medelam nondum reperire potui.

§ 6. *quoniam nullius ante*, r. — *recepit*, operae Hard. — *flatum*, R T d. *afflatum*, β γ. — *praecipue*, d. *praecipuę*, R. *praecipua*, β γ.

§ 7. *Gedrosi*, Barbar. r. — *Arabim*, R θ. *Arabin*, T d r γ. *Arbin*, β. — *profecto*, r. — *prodiderunt*, R r. *prodidére*, d β γ. — *se facere*, K. — *quadragenum*, R T d r. *quadrigenum*, β. — *et ibi*, r.

§ 8. *pistrix*, R². *pristis*, R¹ d β γ. — *se*, om. d. — *altioremque*, Rondelet. de piscc. p. 724. At v. Solin. 52, 42. — *appellata/// a*, R. *appellata*, d¹. *appellata ea*, d². — *eorum*, Gesner. hist. anim. 4, 203.

§ 9. *nascitur*, d. — *falsa opinio non est*, r. — *qua*, R. *in qua*, S. *aliqua*, T d. *in quo*, K. — *speciem*, T. — *habet*, R d. *habent*, β γ. *corpore ut in aqua — habente*, Pint. — *Nam*, T d. *Unaque hoc*, Pint. — *canitum*, θ T d. *cantum*, r. *gemitum*, K. — *audiere*, d.

§ 10. *in*, om. R. — *cum*, R d. Omitt. r γ. — *navigio*, d. — *Lugduniensis*, θ. *Laudinensis*, d. — *litus impulsas*, Pint. — *ininsularimutrecentes*, R. *insularim trecentas*, θ. *insularum ut recentes*, d. *contra litus insularum Lugdunensis provinciae*, r. *simul trecentas* omissis verbis *in insula*, γ. — *reliquos*, d. — *tumore*, d.

nibus adsimulatis. Nereidas vero multas Turranius prodidit; 11
expulsam beluam in Gaditano litore, cuius inter duas pinnas
ultimae caudae cubita sedecim fuissent, dentes eiusdem cxx,
maxumi dodrantium mensura, minumi semipedum. Beluae
cui dicebatur exposita fuisse Andromeda ossa Romae ad-
portata ex oppido Iudaeae Iope ostendit inter reliqua mi-
racula in aedilitate sua M. Scaurus, longitudine pedum xl,
altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spinae cras-
situdine sesquipedali.

VI. 5. Balaenae et in nostra maria penetrant. In Gadi- 12
tano oceano non ante brumam conspici eas tradunt, condi
autem statis temporibus in quodam sinu placido et capaci
mire gaudentis ibi parere; hoc scire orcas, infestam his be-
luam et cuius imago nulla repraesentatione exprimi possit
alia quam carnis inmensae dentibus truculentae; inrumpunt
ergo in secreta ac vitulos earum aut fetas vel etiamnum
gravidas lancinant morsu incursuque ceu Liburnicarum ro-
stris fodiunt. Illae ad flexum inmobiles, ad repugnandum 13
inertes et pondere suo oneratae, tunc quidem et utero gra-
ves pariendive poenis invalidae solum auxilium novere in
altum profugere et se toto diffundere oceano; contra orcae
occurrere laborant seseque opponere et caveatas angustiis
trucidare, in vada urguere, saxis inlidere. Spectantur ea 14
proelia ceu mari ipsi sibi irato, nullis in sinu ventis, flucti-
bus vero ad anhelitus ictusque quantos nulli turbines vol-
vont. Orca et in portu Ostiensi visa est, oppugnata a Claudio

adsimulatis, R. *assimilatis*, Td.

§ 11. *Turranius*, R. *Turanius*, β. *Turannius*, d. — *Gaditano litore*, R^2. *Gaditana litora*, R^{1}d$\beta\gamma$. — *pennas*, Rd. — *Iope*, Rd. *Ioppe*, $\beta\gamma$. Ceterum v. Solin. 34, 2. — *excedentes*, d.

§ 12. *statis*, R^1. *estatis*, R^{2}T. *ęstatis*, d. *aestatis*, r, quod praefert L. Gronov. — *mire*, R^2. *re*, R^{1}d^1. *ore*, Td^2. — *catulos*, Hard. — *aut*, Rθdr. *et*, β. — *fetas*, θd. *fetus*, Brγ. — *validas*, R^1. — *incursuque*, d. *incurseque*, R. *incussaeque*, β. — *rostros*, Rd. An Plin. scripsit *rostro*, prima sequentis vocis littera cum parva mutatione illi voci adfixa?

§ 13. *Illae*, Rd. *Ille*, T. *Illa*, β. — *toto*, d. *tote*, R^1. *tute*, R^2. Ex his vestigiis codicum et scriptura proximae vocis Plin. *tutante* scripsisse videtur. — *diffundere*, d. *defudere*, R. *defendere*, $\beta\gamma$. — *caveatas*, Hard. R. *cavetas*, θ. *cavatas*, r. *cavantes*, K. *incautas*, Td. *cautium*, β. *inpactas*, Pint. — *angustias*, K.

§ 14. *quanti nullo turbine*, r. — *volvunt*, Rd^2. *volant*, d^{1}r. *volvant*, $\theta\gamma$. — *Veneratum*, d. *ven////atū*, R. *Venerat tunc*, $\beta\gamma$. — *evectorum*, Ambr. I. II. — *Galliis*, Td. — *attumulata*, RθTdr (Ambr. I. II.) *accumulata*, β. — *fluctibus et arena in*, Dalec. — *sagenam*, Ambr. I. II. *sagena*, R. — *propulsa* fluctibus

principe; venerat tum exaedificante eo portum, invitata nau-
fragiis tergorum advectorum e Gallia satiansque se per con-
pluris dies alveum in vado sulcaverat, attumulata fluctibus
in tantum ut circumagi nullo modo posset et dum saginam
persequitur in litus fluctibus propulsa emineret dorso mul-
tum supra aquas carinae vicem versae. Praetendi iussit Cae- 15
sar plagas multiplicis inter ora portus profectusque ipse cum
praetorianis cohortibus populo Romano spectaculum praebuit,
lanceas congerente milite e navigiis adsultantibus, quorum
unum mergi vidimus reflatu beluae oppletum unda.

6. Ora balaenae habent in frontibus ideoque summa aqua 16
natantes in sublime nimbos efflant; VII. spirant autem con-
fessione omnium et paucissima alia in mari quae internorum
viscerum pulmonem habent, quoniam sine eo spirare animal
nullum putatur; nec piscium branchias habentis anhelitum
reddere ac per vicis recipere existumant quorum haec opinio
est, nec multa alia genera etiam branchiis carentia, in qua
sententia fuisse Aristotelem video et multis persuasisse do-
ctrina indignis. Nec me protinus huic opinioni eorum acce- 17
dere haut dissimulo, quoniam et pulmonum vice alia pos-
sunt spirabilia inesse viscera ita volente natura, sicut pro
sanguine est multis alius umor. In aquas quidem penetrare
vitalem hunc halitum quis miretur, qui etiam reddi ab his
eum cernat et in terras quoque tanto spissiorem naturae
partem penetrare argumento animalium quae semper defossa
vivont, ceu talpae? Accedunt apud me certe efficacia ut cre- 18
dam etiam omnia in aquis spirare naturae suae sorte, pri-

orca non recte dicitur persequi *saginam*; hinc *propulsam* legendum. — *eminente*, Dalec. — *supra*, R. *super*, d β. — *vicē versae*, R. *vicem inversae*, d. *vicem* habent etiam codd. ap. Oudendorp. ad Appul. met. p. 46. de proxima voce silentem. *vice inversae*, β γ.

§ 15. *Praetendi*, R. *Protendi*, θ d. — *oras*, r. — *eflatu*, Ambr. II.

§ 16. *aque a*, R. *aquae*, d. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 1, 5. p. 489^{b} 4. et part. anim. 4, 13. p. 697^{a} 24. — *adnatantes*, r. — *nimbos in sublime*, d. — *alta*, θ. — *spirare animal nullum putatur*, R T d. *null. an. put. sp.*, β γ. — *redditur*, R. *reddit*, d. — *Aristotelem*, hist. anim. 8, 2. p. 589^{b} 4. — *doctrina*, R T. *doctrinam*, r. *doctrinae*, Barbar. d β γ. — *indignis*, T. *indigni//////s*, R. *indignis////*, d. *indaginibus*, Barbar. β γ.

§ 17. *alia*, R. *aliis*, β γ. Om. T, in d rasura. — *possunt*, R^{2}. *possunt alia*, R^{1} β γ. *possint alia*, d. — *pro*, R d. *et pro*, β γ. — *terra*, T d. — *et tanto*, T d. — *artem*, R T d.

§ 18. *certae*, K. — *efficia*, R. *effici///*, d. — *suae naturae*, d.

mum saepe adnotata piscium aestivo calore quaedam anhe-
latio et alia tranquillo velut oscitatio, ipsorum quoque qui
sunt in adversa opinione de somno piscium confessio, —
quis enim sine respiratione somno locus? — praeterea bul-
lantium aquarum sufflatio lunaeque effectu concharum quo-
que corpora augescentia; super omnia est quod esse audi- 19
tum et odoratum piscibus non erit dubium, ex aeris utrumque
materia; odorem quidem non aliud quam infectum aera in-
tellegi possit. Quamobrem de his opinetur ut cuique libitum
erit. Branchiae non sunt balaenis nec delphinis; haec duo
genera fistulis spirant quae ad pulmonem pertinent, balaenis
a fronte, delphinis a dorso. Et vituli marini quos vocant
phocas spirant ac dormiunt in terra; item testudines, de qui-
bus mox plura.

VIII. 7. Velocissimum omnium animalium, non solum ma- 20
rinorum, est delphinus ocior volucre, acrior telo, ac nisi
multum infra rostrum os illi foret medio paene in ventre,
nullus piscium celeritatem eius evaderet. Sed adfert moram
providentia naturae, quia nisi resupini atque conversi non
conripiunt, quae causa praecipue velocitatem eorum ostendit;
nam cum fame conciti fugientem in vada ima persecuti pi- 21
scem diutius spiritum continuere, ut arcu emissi ad respi-
randum emicant tantaque vi exsiliunt ut plerumque vela na-
vium transvolent. Vagantur fere coniugia, pariunt catulos
decumo mense aestivo tempore, interim et binos; nutriunt
uberibus sicut balaena atque etiam gestant fetus infantia in-

alias, Dalec. — *ipsarum*, Rd. — *quoque*, R. *que*, d^2. Om. d^1. — *sed somno*, Rd. — *confesso*, Rd. — *suffultio*, θ.

§ 19. *est quod esse*, RθTdr. *esse*, β. — *aere*, Td (hic in rasura.) — *utrumque*, R. *utriusque*, T. *utmque*, d^1. *utrisque*, d^2. — *aerem*, d. — *possit*, θTdr. *posse*, Rβ. — *opinentur*, K. — *Branchiae* rel., v. Aristotel. part. anim. 4, 13. p. 697^a 15. et hist. anim. 1, 5. p. 489^b 3. — *fistulae*, Rd. — *At*, L. Gronov. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 6, 12. p. 566^b 27. — *mox*, § 35—38.

§ 20. *ocior*, R^1. *sed ocior*, R^2. Ceterum hunc de delphino locum transcripsit Solin. 12, 3—12. — *acrior*, Rr. *ocior*, β. *delphino sociorum lucre ocrior*, d^1. *d. s. vel ocior*, d^2. — *a medio*, θd. — *in*, om. d. — *providentia*, R^2. *inprovidentia*, R^1d.

§ 21. *Namque fame*, RTd. Ex hac codicum scriptura paene adducor, ut colligam Plinium *Namque f. conc. cum fug.* scripsisse. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 9, 48. p. 631^a 23. — *concitati*, Tdr. — *fugientemque*, Td. — *arte missi*, Rd. *arce missi*, θ. — *tantaqui*, R^1d. *tantaque*, R^2. Apparet vocem *vi* in utroque codice omissam absorptam esse per ultimas praecedentis vocis litteras. — *transvolent*, R. *travolent*, d^1. *transvolatu*, d^2. *travolento*, θ (et optimi libri ap.

firmos; quin et adultos diu comitantur magna erga partum
caritate. Adulescunt celeriter, decem annis putantur ad sum- 22
mam magnitudinem pervenire; vivont et tricenis, quod cogni-
tum praecisa cauda in experimentum. Abduntur tricenis
diebus circa canis ortum occultanturque incognito modo, quod
eo magis mirum est, si spirare in aqua non queunt. Solent 23
in terram erumpere incerta de causa, nec statim tellure tacta
moriuntur multoque ocius fistula clausa. Lingua est his con-
tra naturam aquatilium mobilis, brevis atque lata, haut dif-
ferens suillae; pro voce gemitus humano similis, dorsum
repandum, rostrum simum, qua de causa nomen simonis
omnes miro modo agnoscunt maluntque ita appellari.

8. Delphinus non homini tantum amicum animal verum et 24
musicae arti mulcetur symphoniae cantu et praecipue hy-
drauli sono. Hominem non expavescit ut alienum, obviam
navigiis venit, adludit exsultans, certat etiam et quamvis
plena praeterit vela. Divo Augusto principe Lucrinum lacum
invectus pauperis cuiusdam puerum ex Baiano Puteolos in
ludum litterarium itantem, cum meridiano inmorans appel-
latum eum simonis nomine saepius fragmentis panis quem
obiter ferebat adlexisset, miro amore dilexit — pigeret referre,
ni res Maecenatis et Fabiani et Flavi Alfi multorumque
esset litteris mandata —; quocumque diei tempore inclamatus 25
a puero quamvis occultus atque abditus ex imo advolabat
pastusque e manu praebebat adscensuro dorsum, pinnae acu-
leos velut vagina condens, receptumque Puteolos per ma-

Salmas. exerc. p. 130. a. C.) *transvolent saltu*, cod. vetustissimus Massarii. *vento*, libri minus antiqui ap. Salmas. Varia coniicit Barbar. — *Vagantur*, Salmas. R^{2}T. *agantur*, R^{1}d (cum rasura.) *aguntir*, θ. *Agunt*, β. Varia coniecerunt Barbar., Pint. et Rondelet. de piscc. p. 32. V. Solin. 12, 3. et Aristot. hist. anim. 9, 48. p. 631^{b} 1. — *fere*, RθTd (optimi codd. Salmas.) *vere*, minus antiqui ap. eund. *vero*, r. — *coniugi*, Salmas. — *pariunt* rel., v. Aristot. hist. anim. 6, 12. p. 566^{b} 17. — *interdum*, r. — *balaenae*, β.

§ 22. *aquam*, R. — *non queunt*, RθTdr. *nequeunt*, β.

§ 23. *nec*, RθSTd. *et*, Barbar. β. — *haud*, R. *non*, Td. — *pro voce*, v. Aristot. hist. anim. 4, 9. p. 535^{b} 32. — *dorso*, d. — *rostrum*, omitt. Rd.

§ 24. *homini*, codd. Gel. *hominis*, Rθd. — *musica arte mulcentur symphoniae*, K. *ex musica arte*, Salmas. — *expavescunt*, RTd. — *si obviam*, Td^{2}. — *evenit*, K. *is venit*, Dalec. — *alluit*, RTd. — *August°*, R^{2}. *autem*, R^{1}d. — *Puteolis*, RθTd. — *in ludo literarum*, r. — *itantem*, θ. *stantem*, RTdr. — *memorans*, RTd. — *obiter*, RθTd. *ob id*, βγ. — *adlexisse*, d. *adluxisse*, R. — *Fabiani*, Pint. d (?). *Flaviani*, Rβ. — *Flavi*, v. ad indicem huius libri nr. 48. — *est*, d.

§ 25. *pennae*, θr. — *eculeo////*, d.

gnum aequor in ludum ferebat simili modo revehens pluribus annis, donec morbo exstincto puero subinde ad consuetum locum ventitans tristis et maerenti similis ipse quoque, quod nemo dubitaret, desiderio exspiravit. Alius intra hos annos 26
Africo litore Hipponis Diarryti simili modo ex hominum manu vescens praebensque se tractandum et adludens nantibus inpositosque portans unguento perunctus a Flaviano proconsule Africae et sopitus, ut adparuit, odoris novitate fluctuatusque similis exanimi caruit hominum conversatione ut iniuria fugatus per aliquot menses, mox reversus in eodem miraculo fuit. Iniuriae potestatum in hospitalis ad visendum venientium Hipponensis in necem eius conpulerunt. Ante 27
haec similia de puero in Iaso urbe memorantur, cuius amore spectatus longo tempore, dum abeuntem in litus avide sequitur, in harenam invectus exspiravit; puerum Alexander magnus Babylone Neptunio sacerdotio praefecit amorem illum numinis propitii fuisse interpretatus. In eadem urbe Iaso Hegesidemus scribit et alium puerum Hermian nomine similiter maria perequitantem, cum repentinae procellae fluctibus exanimatus esset, relatum delphinumque causam leti fatentem non reversum in maria atque in sicco exspirasse. Hoc idem et Naupacti accidisse Theophrastus tradit; nec 28
modus exemplorum. Eadem Amphilochi et Tarentini de pueris delphinisque narrant, quae faciunt ut credatur Arionem

ad, d. *ac*, R². *ec*, R¹.

§ 26. *inter*, r. — *Africo*, Rd. *in Afr.*, *βγ*. — *Diarrhyti*, Barbar. *diarutis*, Rd. — *hominum*, R¹θTd. *hominis*, R²*β*. — *ferensque*, K. — *nantibus*, Rθr. *natantibus*, d*βγ*. — *impositosque*, R². *impositoque*, R¹d. — *unguentum*, d¹. — *potestatem*, Rd. — *in hospitales*, Dalec. *inhospitales*, Rθd*β*. V. Gesner. chrestom. p. 392.

§ 27. *Iaso*, Rθd. *Iasso*, codd. Barbari, *βγ*. *Asiae*, r. — *Babylonem nomine N.*, Salmas. exerc. p. 130. b. D. ex Solino. — *Neptunio*, Rθd. *Neptuni*, *βγ*. — *scripsit*, d. — *Hermian*, Rd. *Hermam*, r. *Hermiam*, *βγ*. — *est sed*, d. — *causa*, Rd. — *spirasse*, Rd.

§ 28. *Theophrastus*, ut Hard. recte statuit, *ἐν τῷ ἐρωτικῷ* commemorato ab Athenaeo 13. p. 686. C. coll. Theophrast. opp. T. V. p. 199. Add. Gell. 7, 8. — *Neci modus*, *θ*. *Neci modos*, d. Ceterum Pint. verba *nec mod. ex.* pone *narrant* collocat. — *Eademque*, d. — *Amphilochii*, Hard. At vid. Stephan. Byz. s. h. v.: *οἱ πολῖται Ἀμφίλοχοι καὶ Ἀμφιλοχικοὶ ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος*. — *nautis* — *parantibus*, R. *parantibus mari*, d. — *mari*, r. — *Taenarum*, Rd. *Taenarium*, *γ*.

quoque citharoedicae artis interficere nautis in mari parantibus ad intercipiendos eius quaestus, eblanditum ut prius caneret cithara, congregatis cantu delphinis, cum se iecisset in mare exceptum ab uno Taenarum in litus pervectum.

9. Est provinciae Narbonensis et in Nemausiensi agro 29
stagnum Latera appellatum, ubi cum homine delphini societate piscantur. Innumera vis mugilum stato tempore angustis faucibus stagni in mare erumpit observata aestus reciprocatione; qua de causa praetendi non queunt retia aeque molem ponderis nullo modo toleratura, etiamsi non sollertia
insidietur tempori. Simili ratione in altum protinus tendunt 30
quod vicino gurgite efficitur locumque solum pandendis retibus habilem effugere festinant. Quod ubi animadvertere piscantes — concurrit autem multitudo temporis gnara et magis etiam voluptatis huius avida — totusque populus e litore quanto potest clamore conciet simonem ad spectaculi eventum, celeriter delphini exaudiunt desideria, aquilonum flatu vocem prosequente, austro tardius ex adverso referente.
Sed tum quoque inproviso in auxilium advolant; properare 31
adparet acies quae protinus disponitur in loco, ubi coniectus est pugnae; opponunt sese ab alto trepidosque in vada urguent. Piscatores circumdant retia furcisque sublevant; mugilum nihilominus velocitas transilit; at illos excipiunt delphini et occidisse ad praesens contenti cibos in victoriam

§ 29. *Nemausiensi*, Barbar. d. *Nemusiense*, R. — *Latera*, R d[1]. *Laterra*, d[2] β. *Lutera*, θ. *Latena*, r. *Laterna*, K. — *statuto*, d r. — *aeque*, R d r. *quae*, β. — *moles*, r. — *nullo*, R d r. *ullo*, β. — *toleratura*, r. *tolletur*, R. *tolerent*, d β. Varia in his verbis tentant Dalec. et Voss. ad Mel. II. 5. p. 736. At Plin. scripsit: *retia aquae; moles ponderis iis nullo modo toleretur*, *etiamsi* rel. *Aquae* debetur Vossio, et *moles aquae* etiam alibi invenitur (v. Cort. ad Lucan. 5, 625.), *moles* vero *ponderi* non hoc modo loco coniungitur; v. Lucan. 8, 865. — *insidiaretur temporis*, T d.

§ 30. *affigitur*, r. *effecere*, K. *affunditur*, Dalec. — *autem*, R. *haud*, d. — *ignara*, d. — *totusque populus* pone *piscantes* collocat Pint. — *simone*, R. — *ad*, omitt. R d, et fortasse omitti potest, si concedimus a verbo *conciendi*, quod h. l. simul sensum postulandi involvit, duplicem accusativum pendere posse. *simonem*, *spect. event. celer. del. ex. desiderari*, Hard. — *conventum*, d. — *flatu*, d[2]. *flatum*, R d[1]. — *austro*, R T d. *austro vero*, β γ. — *referentes*, d. *referente aestum*, *tum q.*, Voss. ad Mel.

§ 31. *Et*, θ d. — *properare*, R. *Properat et*, T d. *Propere*, β. — *coniecta*, r. — *pugnae*, codd. Hard. *pugna*, R θ K r β. *pugnam*, T d. — *opponunt*, R T θ K d. *opponente*, β. — *seseque*, T d. Multa in h. l. tentant Pint., Dalec. et Voss. — *continenti*, R.

differunt. Opere proelium fervet includique se retibus for- 32
tissime urguentes gaudent, ac ne id ipsum fugam hostium stimulet, inter navigia et retia natantisve homines ita sensim elabuntur ut exitum non aperiant. Saltu, quod est alias blandissimum his, nullus conatur evadere, ni submittantur sibi retia; egressus protinus ante vallum proeliatur. Ita peracta captura quos interemere diripiunt; sed enixioris operae quam in unius diei praemium conscii sibi opperiuntur in posterum nec piscibus tantum sed et intrita panis e vino satiantur.

10. Quae de eodem genere piscandi in Iasio sinu Mutia- 33
nus tradit hoc differunt, quod ultro neque inclamati praesto sint partisque e manibus accipiant et suum quaeque cymba e delphinis socium habeat quamvis noctu et ad facis. Ipsis quoque inter se publica est societas. Capto a rege Cariae adligatoque in portu ingens reliquorum convenit multitudo maestitia quadam quae posset intellegi miserationem petens, donec dimitti rex eum iussit. Quin et parvos semper aliquis grandior comitatur ut custos conspectique iam sunt defunctum portantes, ne laceraretur a beluis.

IX. 11. Delphinorum similitudinem habent qui vocantur 34
tursiones; distant et tristitia quadam adspectatus, abest enim illa lascivia, maxume tamen rostris canicularum maleficentiae adsimulati.

X. 12. Testudines tantae magnitudinis Indicum mare emit- 35
tit ut singularum superficie habitabilis casas integant atque

§ 32. *se retibus*, R. *retibus se*, dβγ. — *exitum*, RθTd. *exitus*, β. — *aperiant*, R^{2}θTd^{2}. *appareant*, R^{1}d^{1}. *appareat*, β. — *omittantur*, d. — *proeliantur*, codd. Barbari. — *quo*, R. *equo*, Td. — *interimere*, T. *aequo interim iure*, Pint. — *Sed ut*, K. — *praemii*, STd. — *sed et*, RT. *sed*, dβγ. — *intritu*, r. *interiectu*, K. — *e*, R. *et*, Td.

§ 33. *Iasio*, Barbar. *Latio*, R. *lacio*, d. Retinui Barbari coniecturam quamvis aperte falsam, cum de sinu Cretae dicto ab urbe *Λατώ*, quae postea *Καμάρα* vocabatur (v. Steph. Byz. s. h. v.), agi videatur. Nota est inscriptio Latiorum et Oluntiorum ap. Boeckh. corp. inscrr. T. II. nr. 2554. — *ultra*, R. — *inclamati*, RKd. *inclamanti*, β. — *sunt*, d. — *quemque*, r. — *cum heę*, d. *cum//////*, R. *quaeque excubantes*, Dalec. — *habent*, R. — *ad*, omitt. RTd. — *face*, Td. — *Ipsius*, d. — *portu*, RTdr. *portu delphino*, β. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 9, 48. p. 631^{a} 11. — *qua*, d. — *possit*, Rd. — *aliquos*, β. — *grandior*, Td. *grandiore*, R. — *comitatur*, R. *eos comitatur*, Td. — *iam sunt*, RTd. *sunt iam*, βγ.

§ 34. *tursiones*, codd. Massar. *tursicines*, θTd. *thursicines*, R. — *quadam*, R^{2}. *quidam*, R^{1}. *quidem*, dβγ. — *aspectatus*, RθTd. *aspectus*, βγ. — *maleficentiae*, d. *maleficentia*, Rθ.

inter insulas rubri praecipue maris his navigent cymbis. Ca-
piuntur multis quidem modis sed maxume evectae in summa
pelagi antemeridiano tempore blandito, eminente toto dorso
per tranquilla fluitantes, quae voluptas libere spirandi in
tantum fallit oblitas sui ut solis vapore siccato cortice non
queant mergi invitaeque fluitent opportunae venantium prae-
dae. Ferunt et pastum egressas noctu avideque saturatas 36
lassari atque ut remeaverint matutino summa in aqua ob-
dormiscere; id prodi stertentium sonitu; tum adnatare levi-
terque singulis ternos; a duobus in dorsum verti, a tertio
laqueum inici supinae atque ita e terra a pluribus trahi. In
Phoenicio mari haud ulla difficultate capiuntur ultroque ve-
niunt stato tempore anni in amnem Eleutherum effusa mul-
titudine. Dentes non sunt testudini sed rostri margines acuti, 37
superna parte inferiorem claudente pyxidum modo. In mari
conchyliis vivont, tanta oris duritia ut lapides conminuant,
in terram egressae herbis. Pariunt ova avium ovis similia
ad centena numero eaque defossa extra aquas et cooperta
terra ac pavita pectore et conplanata incubant noctibus;
educunt fetus annuo spatio. Quidam oculis spectandoque
ova foveri ab iis putant, feminas coitum fugere, donec mas
festucam aliquam inponat aversae. Trogodytae cornigeras 38
habent ut in lyra, adnexis cornibus latis sed mobilibus, quo-
rum in natando remigio se adiuvant; chelyon id vocatur

§ 35. *ut in*, R. Ceterum haec sumpsit Plin. ex Agatharchide 14. ap. Phot. bibl. 250. — *inter*, RTd. Om. post Harduinum γ vitio operarum. — *navigent*, RTd. *navigant*, β. — *cumbis*, R. *cum his*, d.

§ 36. *laxari*, K. Vid. Aristot. hist. anim. 8, 2. p. 590^{b} 4. — *remearint*, β. — *prodit terrentium sonitus*, Td. — *tum adnatare leviterque*, RTd. *tumque leviter capi. Adnatare enim*, β. *leniter*, Hard. Sed maior corruptela latet in his verbis, quam copula adverbio *leviter* nullo sensu addita prodit. Videtur Plin. scripsisse: *adnatare leviter invehique* i. e. *aggredi, invadere*; hoc vero verbum dativo iunctum illoque sensu dictum illustravit Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 135. — *ternos, a*, R. *terno*, Td. — *a*, R. *ac*, d. — *e terra*, Td. *et terra*, R. *ad terram*, β. — *Phoeniceo*, Rd. — *stato*, R. *statuto*, Tdr. — *fusa*, d.

§ 37. *testudinis et*, d. *testudinis set*, R. — *tanta—comminuant*, haec verba pone *pyxidum modo* videntur collocanda. — *herbis. Pariunt*, Rd. *in herbis pariunt*, β. V. Aristot. hist. anim. 5, 33. p. 558^{a} 4. — *aquam sed*, d. — *terra pavita* vel *terra, eaque pavita*, Hard. Prius comprobat Gesner. chrestom. p. 408. — *et complanata*, R^{2}. *exemplanata*, R^{1}. *explanata*, Td. — *educunt*, RθTd. *Educant*, β. — *spectando quoque*, β. — *his*, d. — *feminas*, RθTd. *feminam*, β. — *mas festucam aliquam*, R. *in aspecti cameli quam*, d.

§ 38. *Trogodytae*, ita nos scripsimus. *Troglodytae*, Rdrβγ. — *adiuvent*, d. — *chelyon*, Hard. *celtium*, Rdβ. — *id*, RTd. *id genus*, β.

eximiae testudinis sed rarae; namque scopuli praeacuti Chelonophagos terrent; Trogodytae autem, quos adnant, ut sacras adorant. Sunt et terrestres quae ob id in operibus chersinae vocantur in Africae desertis, qua parte maxume sitientibus harenis squalent, roscido, ut creditur, umore viventes; neque aliud ibi animal provenit.

XI. 13. Testudinum putamina secare in lamnas lectosque 39 et repositoria his vestire Carvilius Pollio instituit prodigi et sagacis ad luxuriae instrumenta ingeni.

XII. 14. Aquatilium tegimenta plura sunt. Alia corio et 40 pilis integuntur, ut vituli et hippopotami, alia corio tantum, ut delphini, cortice, ut testudines, silicum duritia, ut ostreae et conchae, crustis, ut locustae, crustis et spinis, ut echini, squamis, ut pisces, aspera cute, ut squatina, qua lignum et ebora poliuntur, molli, ut murenae, alia nulla, ut polypi.

XIII. 15. Quae pilo vestiuntur animal pariunt, ut pristis, 41 balaena, vitulus. Hic parit in terra, pecudum more secundas partus reddit; in coitu canum modo cohaeret, parit nonnumquam geminis pluris, educat mammis fetum; non ante duodecimum diem deducit in mare, ex eo subinde adsuefaciens. Interficiuntur difficulter nisi capite eliso. Ipsis in sono mugitus, unde nomen vituli; accipiunt tamen disciplinam vo-

eximia, R. — *namque quasi*, K. — *quos*, Rd. *ad quos*, $\beta\gamma$. — *adnant*, Rθd. *adnatant*, $\beta\gamma$. — *ibi aliud*, d.

§ 39. *secari*, d. — *repositorium*, r. — *vestiri*, d. — *Carvilius*, Rd (codd. Massar.) *Carbilius*, β.

§ 40. *pilis integuntur*, Tdr. *pilintegunttur*, R. *pilo integuntur*, β. — *duri aut*, R. — *molli ut*, d. *molli*, R. *levi ut*, Massar. — *molli ut*, Massar.

§ 41. *animalia*, d². — *pristis* ego librariis tribuo, cum Plin., ubi numero singulari utitur, ubique (9, 8. 32, 144. 36, 26.) alteram formam *pistrix* praetulisse videatur. — *ballene*, R. Ceterum corruptelam in his verbis latere opinantes vario modo eam sanare conati sunt Rondelet. de piscc. p. 115. et Conr. Gesner. hist. anim. 4, 728.; errorem Plinii agnoscit Schneider. ad Arist. hist. anim. T. II. p. 451., qui duos Aristotelis historiae animalium locos (1, 6. p. 490ᵇ 26. et 6, 12. p. 566ᵇ 2.) male ab eo coniunctos esse ostendit. — *secundas partus*, T. *secunda partus*, Rd. *secundus partus*, Ambr. I. II. *secundos partus*, r. *secundas cum partu*, K. *secundo partus*, β. Etiam in his multa mutant Longol. ap. Pint., ipse Pint. et Dalec. V. Aristot. hist. anim. 6, 12. p. 566ᵇ 27. — *in coitu*, R². *in//////*, R¹. *hinnito*, d. *initu*, r$\beta\gamma$. Om. K, ad superiora refert β. V. Aristot. hist. anim. 5, 2. p. 540ᵃ 23. — *parit*, RSd. *et parit*, β. — *nonnunquam*, Pint. R. *nunquam*, dβ. — *caput*, R. V. Aristot. hist. anim. 6, 12. p. 567ᵃ 10. — *sono*, RθSTdr (Ambr. I. II.) *somno*, Barbar. β. V. Aristot. l. l. — *nomen*, om. d¹. — *accipiunt*, ad superiora referunt r (Ambr. II.) *assumunt*, Ambr. I. — *tenent*, Passion. — *disciplinae*, r. — *vocēque*, d. — *visu*, R. *iussu*, Td. Hinc varia tentat Pint. — *condito*, r.

ceque pariter et visu populum salutant; incondito fremitu
nomine vocati respondent. Nullum animal graviore somno 42
premitur; pinnis quibus in mari utuntur humi quoque vice
pedum serpunt. Pellis eorum etiam detractas corpori sensum
aequorum retinere tradunt semperque aestu maris recedente
inhorrescere, praeterea dextrae pinnae vim soporiferam in-
esse somnosque adlicere subditam capiti. XIV. Pilo caren- 43
tium duo omnino animalia pariunt, delphinus ac vipera.

16. Piscium species sunt septuaginta quattuor praeter crustis intecta quae sunt triginta. De singulis alias dicemus; nunc enim naturae tractantur insignium.

XV. 17. Praecipua magnitudine thynni; invenimus talenta 44
quindecim pependisse, eiusdem caudae latitudinem quinque
cubita et palmum. Fiunt et in quibusdam amnibus haud mi-
nores, silurus in Nilo, isox in Rheno, attilus in Pado inertia
pinguescens ad mille aliquando libras, catenato captus hamo
nec nisi boum iugis extractus; atque hunc minumus ap-
pellatus clupea, venam quandam eius in faucibus mira
cupidine adpetens, morsu exanimat. Silurus grassatur ubi- 45
cumque est, omne animal adpetens, equos innatantis saepe
demergens; praecipue in Moeno Germaniae amne protelis
boum et in Danuvio marris extrahitur, porculo marino si-

§ 42. *semper*, β. — *soporiferae eminus esse*, d.

§ 43. *carentia*, T. — *animalia*, R^{2}Td. *animal*, R^{1}βγ. *et animal*, r. Multa mutant Massar. et Pint. — *species sunt*, R. *sunt species*, dγ. — *CXLIV*, Hard. e 32, 142. — *alias*, 32, 142—154.

§ 44. *Praecipuae*, R. Omitt. Td. — *magnitudines*, d. — *thynnum*, r (codd. Massar. et Ambr. I. II.), quod probant Rondelet. de piscc. p. 50. et Salmas. exerc. p. 939. b. E. — *quinque*, Hard. ex Aristot. hist. anim. 8, 30. p. 607^{b} 33. *duo*, omnes codd. βγ. — *Fiunt*, Salmas. R. *Fuit*, Ambr. I. *Sunt*, dβγ. — *amnium*, R^{1}. — *minor est*, d. — *isox*, ita nos scripsimus ex Hesychio et Isidori origg. XX. 2, 30., ubi *isocē* i. e. *isocem* legendum esse neminem facile effugere potuit. *ixox*, R^{1}. *yxox*, d. *exos*, R^{2}. *esox*, βγ. — *atque*, Rd. *atqui*, βγ. — *minimus*, Rd (Ambr. I. II.) *minimus piscis*, βγ. — *clupeam*, d. *culpea*, R.

§ 45. *innatantes*, RTd. *natantes*, βγ. — *Moeno*, Rd (codd. Massar.) *Meno*, Ambr. I. *Rheno*, alii codd. Mass., Ambr. II., quod praeferunt Gesner. hist. anim. 4, 870. et Cornar. ad Dioscor. 2, 24. *Aeno*, Barbar. K. — *Germaniae amne*, R^{2}r. *Germania ne*, d^{1}. *Germania eademne*, θTd^{2}. *Germaniae eadem ne*, R^{1}. Ceterum verba *praecipue — amne* ad superiora refert β; novum hinc punctum exorsus est Hard. — *protelis boum*, RTdr (codd. Massar., Lugdun., Ambr. I. II.) *protilis boum*, θ. *prope Lisboum*, codd. Gel. β. *prope Visbium*, Barbar. K. — *marris*, Hard. *mari*, RθTd (optimus cod. Salmas. exerc. p. 940. a. B., Ambr. I. II., Lugdun.) *mario*, r (codd. Gel.) β. Varia de h. l. excogitarunt Rondelet. de piscc. p. 50., Wotton. different. anim. fol. 169. A., Gesner. hist. anim. 4, 5. 53., Lips. epistol. quaest. 2, 13. et Salmas.

millimus; et in Borysthene memoratur praecipua magnitudo,
nullis ossibus spinisve intersitis, carne praedulci. In Gange 46
Indiae platanistas vocant rostro delphini et cauda, magni-
tudine autem XVI cubitorum; in eodem esse Statius Sebosus
haud modico miraculo adfert vermis branchiis binis, LX cu-
bitorum, caeruleos, qui nomen a facie traxerunt; his tantas
esse viris ut elephantos ad potus venientis mordicus con-
prehensa manu eorum abstrahant.

18. Thynni mares sub ventre non habent pinnam; intrant 47
e magno mari pontum verno tempore gregatim nec alibi
fetificant. Cordyla appellatur partus qui fetas redeuntis in
mare autumno comitatur; limosae vere aut e luto pelamy-
des incipiunt vocari et cum annuum excessere tempus
thynni. Hi membratim caesi cervice et abdomine conmen- 48
dantur atque clidio recenti dumtaxat et tum quoque gravi
ructu; cetera parte plenis pulpamentis sale adservantur.
Melandrya vocantur quercus assulis similia; vilissima ex
his quae caudae proxuma, quia pingui carent, probatissima
quae faucibus; at in alio pisce circa caudam exercitatis-
sima. Pelamydes in apolectos particulatimque consectae in
genera cybiorum dispertiuntur.

19. Piscium genus omne praecipua celeritate adulescit, 49
maxume in ponto; causa multitudo amnium dulcis inferen-
tium aquas. Amiam vocant, cuius incrementum singulis

Borysthene, v. Mel. II. 1, 6. et Solin. 15, 1.

§ 46. *caudam*, R. — *in eodem*, v. Solin. 52, 41. — *XVI*, Rθ. *XV*, dβγ. — *LX*, Rd. *sex*, Gesner. hist. anim. 4, 1028., Salmas., Hard. — *potus*, RθTd. *potum*, βγ. — *morsu*, d.

§ 47. *appellatur*, Rd. *appellantur*, γ. Quae de thynnis narrat Plin., ea maximam partem hausta sunt ex Aristot. hist. anim. 6, 17. p. 571ª 7. 8, 13. p. 598ª 26. et 5, 9. 10. — *comitatur*, R. *comitantur*, dγ. — *vere*, Pint. et Gesner. hist. anim. 4, 974. *vero*, RTdβγ. Collatis verbis Aristot. hist. anim. 6, 17. p. 571ª 19. *εἰσπλέουσι δὲ (αἱ σκορδύλαι) τοῦ ἔαρος ἤδη οὖσαι πηλαμύδες* apparet ad sensum recte restitutum esse *vere*; ob totum tamen orationis habitum et codicum consensum malim legere: *limosae vero aut e l. pel. incipiunt verno vocari*, quae vox, praesertim si v̄o scripta erat, facillime litteris sequentibus absorberi potuit; *verno* autem absolute pro *verno tempore* saepe dixit Plin.; v. 2, 81. 11, 71. 17, 113. 135. 18, 147. 19, 37. 95. 129. 148. 22, 95. — *aut e*, RθTd. *a*, *β*.

§ 48. *Hi membratim* rel.; hausta haec sunt e Xenocrate de alim. aquat. 35. — *atque*, Rd. *at*, T. Schneider. ind. scriptt. rei rust. p. 284. verba *atque clidio* ut suppositicia delet. — *ruptu*, R. *rupta*, d. — *vocantur*, RTd. *vocantur caesis*, βγ. — *quercus*, RθTd. *quernis*, β. — *similia*, Rd. *simillima*, βγ. — *exerci-*

diebus intellegitur. Cum thynnis haec et pelamydes in pontum ad dulciora pabula intrant gregatim suis quaeque ducibus, et primi omnium scombri quibus est in aqua sulphureus color, extra qui ceteris. Hispaniae cetarias hi replent thynnis non conmeantibus.

20. Sed in pontum nulla intrat bestia piscibus malefica 50
praeter vitulos et parvos delphinos. Thynni dextera ripa
intrant, exeunt laeva; id accidere existumatur, quia dextro
oculo plus cernant, utroque natura hebeti. Est in euripo
Thracii Bospori quo Propontis Euxino iungitur, in ipsis
Europam Asiamque separantis freti angustiis, saxum miri
candoris a vado ad summa perlucens, iuxta Chalcedonem in
latere Asiae. Huius adspectu repente territi semper adversum Byzantii promontorium ex ea causa appellatum aurei
cornus praecipiti petunt agmine; itaque omnis captura By- 51
zantii est magna Chalcedonis paenuria M passibus medii interfluentis euripi. Opperiuntur autem aquilonis flatum ut secundo fluctu exeant e ponto, nec nisi intrantes portum Byzanti capiuntur; bruma non vagantur; ubicumque deprehensi usque ad aequinoctium, ibi hibernant. Iidem saepe navigia velis euntia comitantes mira quadam dulcedine per aliquot horarum spatia et passuum milia a gubernaculis spectantur, ne tridente quidem in eos saepius iacto territi; quidam eos qui hoc e thynnis faciant pompilos vocant.

tatissima, RθTd. *exercitissima*, β, quod praefert Gesner. hist. anim. 4, 974. — *apolectos*, codd. Barbari. *apelectos*, Rd. — *cybiorum*, Rd (codd. Barbari.) *ciborum*, Tr. — *dispertiuntur*, R. *dispartiuntur*, dβγ.

§ 49. *omne genus*, d. — *multitudinis*, d. — *haec*, Rd. *hac*, K. *hae*, β. — *suis*, R. *cum suis*, dβγ. — *et in*, Rd. — *colos*, d. — *aquis*, K. — *his*, K. — *non raro*, r.

§ 50. *dextera*, R. *dextra*, dβγ. — *hebeti*, Rd. *hebete*, βγ. — *ea ripa*, d. — *tracidi*, Rd. — *separatis*, Rd^1. — *litore*, codd. Massar. — *adversum*, Barbar. R. *adversus*, dr. — *aurei cornus*, Rθd (omnes codd. ap. Salmas. exerc. p. 116. a. B.) *aureicorneus*, T. *auricornu*, β. *chrysoceras*, Pint. K.

§ 51. *est magna*, R. *magna est*, d. — *Chalcedoniis*, K. *Chalcedone*, r. — *M*, Rθr (codd. ap. Surit. ad Anton. itiner. p. 139.) *in*, d. *DC*, K (codd. Massar.) *D*, Barbar. β. — *passibus*, Rd. *passuum*, β. — *medio interfluente euripo*, K. — *portum*, Lips. ad Tac. ann. 12, 63. *pontum*, Rdβ. — *Byzanti*, R (cum rasura.) *Byzantii*, β. *Byzantium*, Tdγ. — *ubicumque*, Rd^2. *ubicum*, d^1. *ubi eum*, θ. — *Ibidem*, T. — *aliquid*, R. — *spectantur*, R. *spectatur*, d. *non separantur*, K. — *ne — territi*, d. *nec — territi*, R^2. Om. R^1. — *e thynnis*, Barbar. R. *ut thynni*, Td (*ut* in rasura.) — *faciunt*, d. — *pomphilos*, codd. Massar.

Multi in Propontide aestivant, pontum non intrant; item 52
soleae cum rhombi intrent, nec saepia est cum lolligo reperiatur; saxatilium turdus et merula desunt sicut conchylia cum ostreae abundent. Omnia autem hibernant in Aegaeo; intrantium pontum soli non remeant trichiae — Graecis enim in plerisque nominibus uti par erit, quando aliis atque aliis
eosdem diversi appellavere tractus —; sed hi soli in Histrum 53
amnem subeunt et ex eo subterraneis eius venis in Hadriaticum mare defluunt; itaque et illic descendentes nec umquam subeuntes e mari visuntur. Thynnorum captura est a vergiliarum exortu ad arcturi occasum; reliquo tempore hiberno latent in gurgitibus imis nisi tepore aliquo evocati aut pleniluniis; pinguescunt et in tantum ut dehiscant. Vita longissima his bienni.

21. Animal est parvom, scorpionis effigie, aranei ma- 54
gnitudine. Hoc se et thynno et ei qui gladius vocatur crebro delphini magnitudinem excedenti sub pinna adfigit aculeo tantoque infestat dolore ut in navis saepenumero exsiliant, quod et alias faciunt aliorum vim timentes, mugiles maxume tam praecipuae velocitatis ut transversa navigia interim superiactent.

XVI. 22. Sunt et in hac parte naturae auguria, sunt et 55
piscibus praescita. Siculo bello ambulante in litore Augusto piscis e mari ad pedes eius exsilivit, quo argumento vates

§ 52. *aestuant*, Rθd. — *non*, omitt. Td. — *soleae*, K. *soleme*, R. *solū*, d. — *eum*, d. — *intrant*, d. — *non*, r. — *iolligo*, R. — *reperiant*, R. — *sicut—abundent* om. d[1]. — *aliis atque aliis*, Rd. *aliis*, β. — *eiusdem*, R.

§ 53. *in*, Rθdr. Omitt. $\beta\gamma$. — *Histrum*, Rd. *Instrum*, θr. *Istrum*, T$\beta\gamma$. — *amnem*, r. *mare*, RθTd. — *et ex eo*, θr. *et eo*, d. *ex eo*, R$\beta\gamma$. — *e mari*, non Adriatico, uti Hard. interpretatur, sed ex interno sive mari proprie sic dicto. *in mari*, K. — *capturae a*, d. — *plenilunis*, R. *plenilunio*, Td. — *et*, omitt. Td. — *bienni*, R[1]d. *biennium*, R[2]. *biennio*, $\beta\gamma$.

§ 54. *Animalium*, R. V. Aristot. hist. anim. 8, 19. p. 602[a] 25. — *se*, om. Pint. r. — *et hicno*, R. *echino*, d. — *ei qui*, R. *equi*, d. — *magnitudine*, Rd. — *afficit*, Td. — *aculeum*, Pint. — *ut in*, Barbar. *ut*, Rd. — *faciant*, d. — *vim*, om. r. — *superiactant*, R. *superiacta"t*, d.

§ 55. *Sunt et—auguria*, R[2]. Omitt. R[1]θTd. — *sunt—praescita*, Rd (codd. Gel.) *sunt et piscibus praescita in hac parte naturae auguria*, Sr. Consentiunt Ambr. I. II., nisi quod *naturae* omitt. — *ei//////*, d. — *exsilivit*, d. *exsil. luit*, R. *exsiliit*, $\beta\gamma$. V. Drakenb. ad Liv. II. 10, 11. et Haas. ad Reisig. scholl. grammat. Lat. p. 252. — *respondere*, RθTKdr. *spondere*, β. — *adoptante*, RTKdr. *adoptato*, β. — *repudiato Sexto Pompeio*, Ambr. I. *Sexto Pompeio repudiato*, Ambr. II. *gloria repudiato sub*, r. — *illo tempore*, d.

respondere Neptunum patrem adoptante tum sibi Sexto Pompeio — tanta erat navalis rei gloria — sub pedibus Caesaris futuros qui maria tempore illo tenerent.

23. Piscium feminae maiores quam mares; in quodam 56
genere omnino non sunt mares sicut in erythinis et channis; omnes enim ovis gravidae capiuntur. Vagantur gregatim fere cuiusque generis squamosi; capiuntur ante solis ortum; tum maxume piscium fallitur visus. Noctibus quies, et inlustribus aeque quam die cernunt. Aiunt et si teratur gurges interesse capturae, itaque pluris secundo tractu capi quam primo. Gustu olei maxume, dein modicis imbribus gaudent aluntur que. Quippe et harundines quamvis in palude prognatae non tamen sine imbre adulescunt, et alias ubicumque pisces in eadem aqua adsidui si non adfluat exanimantur.

24. Praegelidam hiemem omnes sentiunt sed maxume 57
qui lapidem in capite habere existumantur, ut lupi, chromis, sciaena, phagri. Cum asperae hiemes fuere multi caeci capiuntur; itaque his mensibus iacent speluncis conditi, sicut in genere terrestrium retulimus, maxume hippurus et coracini hieme non capti praeterquam statis diebus paucis et iisdem semper, item murena et orphus, conger, percae et saxatiles omnes. Terra quidem hoc est vado maris excavato condi per hiemes torpedinem, psettam, soleam tradunt.

§ 56. *Piscium — mares*, v. Aristot. hist. anim. 5, 5. p. 540^{b} 15. — *erythinis et channis*, *ἐρυθρίνου καὶ χάννης*, Aristot. hist. anim. 6, 13. p. 567^{a} 27. *erosthinis*, R. *arasthinis*, *θ*. *arastinis*, Td. Ceterum ego *channis* rescripsi, cum *chanis* habeant *βγ*; v. 32, 153. — *fere. Cuiusque generis squamo si cap.*, r. — *Capiantur*, R. — *tum*, om. R[1]. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 8, 19. p. 602^{b} 5. — *quies et*, RTd. *quidem*, *β*. — *Arut*, R. — *teratur*, Pint. RK. *iteratur*, *θ*d. *iteretur*, *β*. V. Aristot. hist. anim. 8, 15. p. 600^{a} 7. — *iactu*, Pint. K. — *Gustu* rel., v. Aristot. hist. anim. 8, 19. init., ubi v. Schneider. p. 644. — *de immodicis*, Massar. et Pint. — *prognata*, R. *prognata ne*, d. — *non — imbre*, R[2]. *non tam eris sine imbre*, d. *neñ eris sine mēbre*, R[1]. — *adsuis*, d. — *si non*, R*θ*Td. *nisi*, *β*. — *affluat*, R*θ*r. *affluant*, Td. *appluat*, Barbar. *β*. — *moriuntur*, Td.

§ 57. *chromis*, v. Aristot. hist. anim. 8, 19. p. 601^{b} 30. *choromis*, R. *choramis*, *θ*Td. *cromes*, codd. Massar. *chromes*, *βγ*. — *sciaena*, v. Aristot. l. l. *schiena*, R*θ*. *schiaena*, d. *sciaenae*, *βγ*. — *phagri*, ita nos scripsimus coll. 32, 113. et Aristot. l. l. *pagri*, Rd*βγ*. — *Cum asperae* rel., v. Aristot. hist. anim. 8, 15. p. 599^{b} 2. — *genere terrestrium*, R. *terr. gen.*, d*βγ*. — *retulimus* 8, 126—135. — *coracini*, RTd. *coracinus*, K*βγ*. — *captis*, Rd. — *statutis*, R. *aestatis*, Td. — *et*, om. d. — *item*, Rd. Omitt. *βγ*. — *excavato maris*, d. — *psettam*, Hard. *pyston*, R. *pieston*, d. *psittam*, Barbar. *β*. — *soleam*, Rd. *soleamque*, *βγ*.

25. Quidam rursus aestus inpatientia mediis fervoribus 58
sexagenis diebus latent, ut glaucus, aselli, auratae. Fluviatilium silurus caniculae exortu sideratur et alias semper fulgure sopitur; hoc et in mari accidere cyprino putant. Et alioqui totum mare sentit exortum eius sideris, quod maxume in Bosporo adparet; alga enim et pisces superferuntur, omnia ab imo versa.

XVII. 26. Mugilum natura ridetur in metu capite abs- 59
condito totos se occultari credentium. Iisdem tam incauta salacitas ut in Phoenice et Narbonensi provincia coitus tempore e vivariis marem linia longinqua per os ad branchias religata emissum in mare eademque linia retractum feminae sequantur ad litus rursusque feminam mares partus tempore.

27. Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, 60
unus omnium squamis ad os versis, contra quam in nando meant, nullo nunc in honore est, quod quidem miror, cum sit rarus inventu. Quidam eum elopem vocant.

28. Postea praecipuam auctoritatem fuisse lupo et asellis 61
Nepos Cornelius et Laberius poeta mimorum tradidere. Luporum laudatissimi qui appellantur lanati a candore mollitiaque carnis. Asellorum duo genera, callariae minores et bacchi qui non nisi in alto capiuntur, ideo praelati prioribus; at in lupis in amne capti praeferuntur.

§ 58. *Quaedam*, R. — *sexagenis diebus*, R. Omitt. Td. At v. Aristot. hist. anim. 8, 15. p. 599^b 32. — *Fluviatilium*, v. Aristot. hist. anim. 8, 20. init. — *semper*, Rθ Td. *semper per*, Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 939. b. F. Om. β. — *fulgure*, Barbar. θ (Rigalt.) *fulgore*, Tdr. *fulgere*, R. — *in mari*, post Dalec. ut glossema damnat Beckmann. *Beiträge* 3, 421. — *cyprino*, Barbar. Rd. *cyprio*, r. — *alioquin*, β. — *alga*, Hard. *Salga*, R. *Sagala*, Td. *Algae*, β. — *omnia — versa*, R. *omniaque — versa*, θTd. *ab imo versa omnia*, β.

§ 59. *caput abscondit totam*, Td. V. Aristot. hist. anim. 8, 2. p. 591^b 3. — *credens*, Td. — *tam incauta*, R^2d. *tam intauta*, R^1. *tamen tanta*, βγ. — *facilitas*, RθTdr. V. Aristot. hist. anim. 5, 5. p. 541^a 19. — *in*, omitt. Rd. — *e*, om. d. — *matrem*, R. — *brachia*, R^2. *rancias*, R^1d. — *rursumque*, d.

§ 60. *piscium antiquos*, Td. — *versus*, Ambr. I. — *contra quam*, Rθd. *contra aquam*, Ambr. I. β. *contraque*, Ambr. II. — *in*, Rθd. Omitt. Ambr. I. II. β. — *natando*, r (Ambr. I.) — *meant*, RθTd (Ambr. I.) *meat*, Salmas. e libris, Ambr. II. β. — *nunc*, RTd (codd. Rezz. et Macrob. Saturn. II. 12. sive III. 16.) Om. β. — *equidem*, codd. Macrob.

§ 61. *Nepos Cornelius*, R. *Cornelius Nepos*, dβγ. — *callariae*, v. 32, 146. *calliri*, R. *colliri*, Td. *coliri*, θ. *galariae*, Gesner. enumerat. aquat. p. 31. — *bacchi*, codd. Massar. *brachi*, RθTd. V. Gesner. hist. anim. 4, 92. 563. — *ideoque*, K. — *at in*, Rd. *at e*, K. *at*, β.

29. Nunc principatus scaro datur qui solus piscium di- 62
citur ruminare herbisque vesci, non aliis piscibus, Carpa-
thio maxume mari frequens; promontorium Troadis Lectum
numquam sponte transit. Inde advectos Tiberio Claudio
principe Optatus Elipertius praefectus classis inter Ostien-
sem et Campaniae oram sparsos disseminavit. Quinquennio 63
fere cura est adhibita ut capti redderentur mari; postea
frequentes inveniuntur Italiae litore non antea ibi capti,
admovitque sibi gula sapores piscibus satis et novom inco-
lam mari dedit, ne quis peregrinas avis Romae parere mi-
retur. Proxuma est mensa iecori dumtaxat mustelarum,
quas, mirum dictu, inter Alpis quoque lacus Raetiae Bri-
gantinus aemulas murenis generat.

30. Ex reliqua nobilitate et gratia maxuma est et copia 64
mullis sicut magnitudo modica, binasque libras ponderis
raro admodum exsuperant nec in vivariis piscinisque cre-
scunt. Septentrionalis tantum hos et proxuma occidentis
parte gignit oceanus. Cetero genera eorum plura; nam et
alga vescuntur et ostreis et limo et aliorum piscium carne;
barba gemina insigniuntur inferiori labro. Lutarium ex iis 65
vilissimi generis appellant, — hunc semper comitatur sar-
gus nomine alius piscis et caenum fodiente eo excitatum de-

§ 62. *principatus — datur*, Rd. *scaro dat. princ.*, $\beta\gamma$. — *algisque*, Pint. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 2, 17. p. 508^{b} 11. 8, 2. p. 591^{b} 22. 9, 50. p. 632^{b} 9. et part. anim. 3, 14. p. 675^{b} 3. — *atque non*, θ. — *Carpathio maxime mari*, Rd. *mari Carp. max.*, $\beta\gamma$. — *Lectum*, Rd. *Lecton*, $\beta\gamma$. — *numquam sponte*, Rd. *sp. numq.*, $\beta\gamma$. — *transiit*, R. — *Tiberio*, R. *ter*, Td. — *Octavius*, Macrob. II. 12. sive III. 16. — *Elipertius*, θdr. *Elipersius*, T. *Elibertius*, R. *e libertis eius*, codd. Gel. β, quod praefert Gesner. hist. anim. 4, 831. *Ditius*, codd. Massar.

§ 63. *cura*, d. *cure*, R. Ab utroque libro *est* abest, cuius vestigium in scriptura R superest. — *frequenter*, d. — *litore*, Rd. *in litore*, $\beta\gamma$. — *antea*, RθTd. *ante*, β. — *admovetque*, R. — *ibi*, d[1]. — *gulae*, d. — *est*, RTdr. *his in*, K. *est his*, β. — *iecori*, Hard. *pecori*, Tdr. *peccori*, R. *pecoris*, SK. *generis*, β. Uti Harduino de ipsa voce assentior, ita *iecoris* ego scribere malim, cum dativus nullam admittat explicationem. — *lacūs quoque*, d. — *Brigantinus*, Rd (codd. Massar.) *Brigantius*, β. — *murenis*, R^{2}r. *marinis*, R^{1}d$\beta\gamma$, quod praefert Scaliger ad Aristot. hist. anim. II. 16, 108.

§ 64. *est*, om. d. — *binasque libras*, v. Macrob. Saturn. 2, 12. — *Septentrionales*, Rd. — *parte*, RTd. *parte non*, β. — *cetera*, r. — *genera eorum*, Rd. *eorum genera*, $\beta\gamma$. — *nam et*, om. r. Ceterum vid. Aristot. hist. anim. 8, 2. p. 591^{a} 12. — *barbe*, R. *et barba*, Tdr.

§ 65. *Lutarium*, d (codd. Massar.) *lutararium*, R. *alutarium*, Merula. — *his*, d. — *eo fodiente*, d. V. Aristot. hist. anim. 8, 2. p. 591^{b} 19.

vorat pabulum, — nec litoralibus gratia; laudatissimi con-
chylium sapiunt. Nomen his Fenestella a colore mulleorum
calciamentorum datum putat. Pariunt ter annis; certe to-
tiens fetura adparet. Mullum exspirantem versicolori qua- 66
dam et numerosa varietate spectari proceres gulae narrant,
rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem,
utique si vitro spectetur inclusus. M. Apicius ad omne lu-
xus ingenium mirus in sociorum garo — nam ea quoque res
cognomen invenit — necari eos praecellens putavit atque e
iecore eorum alecem excogitare provocavit; id enim est fa-
cilius dixisse quam quis vicerit.

31. Asinius Celer e consularibus hoc pisce prodigus Gaio 67
principe unum mercatus Romae VIII milibus nummum, quae
reputatio aufert transversum animum ad contemplationem
eorum qui in conquestione luxus coquos emi singulos plu-
ris quam equos quiritabant. At nunc coci triumphorum
pretiis parantur et coquorum pisces nullusque prope iam
mortalis aestumatur pluris quam qui peritissime censum
domini mergit. XVIII. Mullum LXXX librarum in mari rubro
captum Licinius Mutianus prodidit, quanti mercatura eum
luxuria suburbanis litoribus inventum!

32. Est et haec natura ut alii alibi pisces principatum 68
optineant, coracinus in Aegypto, zeus idem faber appella-
tus Gadibus, circa Ebusum salpa, obscenus alibi et qui nus-
quam percoqui possit nisi ferula verberatus; in Aquitania
salmo fluviatilis marinis omnibus praefertur.

litoralis, RTd. *litoralis his*, *θ*. — *mulleorum*, R. *molleorum*, *θ*d. *molliorum*, r. *muleorum*, Barbar. et Domit. — *annis*, Rd. *anno; his*, *βγ*.

§ 66. *versicoloris*, d. — *utrique*, R. — *ultro*, Rd. — *M.*, om. d. — *omne — mirus*, codd. Barbari. *ad omne — maius*, R. *omne luxus ingeniorum maius*, Td. *omnem luxum ingenio mirus*, alii codd. Barbari et Massarii. Consentit r, nisi quod *magnus* habet. *magister*, Dalec.; Harduino rectius, puto, pro *maius* videtur *natus* scribendum, quamquam aliam quoque coniecturam proponit. — *siccari*, Salvian. de aquatil. fol. 238. a. — *praecellenter*, Salvian. Td. — *quamvis*, d[1].

§ 67. *Claudio*, r (codd. Bud. de ass. p. 283.) *oms e*, R. *omen. C.*, d. — *Romae*, r. *R.*, R*θ*Td (fere omnes codd. ap. Salmas. ad Tertull. pall. p. 452.) Omitt. *βγ*. — *VIII millibus nummum*, r. *VIII mulum*, R. *VIII mullum*, d. *VIII multum*, *θ* (codd. Salmas.) *sestertiorum octo millibus*, codd. Bud. — *reputatione*, Rd. Plin. scripsisse videtur *reputatio nunc*, ita ut *ne* ex *nc* sit ortum. — *luxus*, Rd. *iuribus*, r. — *plures*, Rd. — *quaeritabant*, R. *queritabant*, r. — *Ad hunc*, d. — *trium equorum* vel *trium horum*, Reines. var. lect. 2, 7. p. 170. In hoc pariter incidit Meurs. de luxu Rom. p. 63.; mihi prior Reinesii

33. Piscium alii branchias multiplicis habent, alii sim- 69
plicis, alii duplicis; his aquam emittunt acceptam ore. Senectutis indicium squamarum duritia, quae non sunt omnibus similes. Duo lacus Italiae in radicibus Alpium Larius et Verbannus appellantur, in quibus pisces omnibus annis vergiliarum ortu exsistunt squamis conspicui crebris atque praeacutis, clavorum caligarium effigie, nec amplius quam circa eum mensem visuntur.

XIX. 34. Miratur et Arcadia suum exocoetum appella- 70
tum ab eo, quod in siccum somni causa exeat. Circa Clitorium vocalis hic traditur et sine branchiis idem aliquis adonis dictus.

35. Exeunt in terram et qui marini mures vocantur et 71
polypi et murenae, — quin et in Indiae fluminibus certum genus piscium, ac deinde resilit; — nam in stagna et amnis transeunt. In plerisque evidens ratio est ut tutos fetus edant, quia non sint ibi qui devorent partus fluctusque minus saeviant. Has intellegi ab iis causas servarique temporum vicis magis miretur si quis reputet quoto cuique hominum nosci uberrimam esse capturam sole transeunte piscium signum.

XX. 36. Marinorum alii sunt plani, ut rhombi, soleae 72
ac passeres qui ab rhombis situ tantum corporum differunt; dexter hic resupinatus est illis, passeri laevos; alii longi, ut murena, conger.

coniectura videtur praeferenda. — *equorum*, K. — *existimatur*, Rd. — *prodit*, d. — *quanti luxuria mercatura eum captum suburb. lit.*, Sabell.

§ 68. *alii aliive*, Td. — *alibi—nus* om. R. — Pone *nusquam* inserit *alibi* β, quod omitt. Rdγ.

§ 69. *Piscium alii*, v. Aristot. hist. anim. 2, 13. p. 505^a 7. — *ore*, Rd (codd. Gel.) *in ore*, r. Varia coniicit Massar. V. Aristot. l. l. p. 504^b 29. — *Senectutis*, v. Aristot. l. l. 3, 11. fin. — *in omnibus*, β. — *Verbannus*, Rd. *Verbanus*, βγ. — *eum*, d. *ea*, R.

§ 70. *Clitorum*, R. — *aliquis*, Rd. *aliquibus*, βγ.

§ 71. *marini mures*, v. Schneid. ad Theophr. T. IV. p. 801. — *et murenae*, R. *murenae*, Td. — *Indiae*, Theophr. T. I. p. 825. — *nam in*, codd. Gel. *nam*, RθTd. — *transeunt. In*, θ. *transeunti*, R. *transeunt*, Tdr. *transeundi*, βγ. Alia coniicit Pint. — *ratio evidens*, d. — *tutos*, RθTd. *tuto*, β. — *qui*, Rθr. *quae*, dβ. — *iis*, Rθ. *his*, dβ. — *vicius*, Rd. — *magis quis miretur si reputet*, K. — *esse*, om. d[1].

§ 72. *ab*, Rd. *a*, βγ. — *hic*, RTd. Omitt. βγ. — *resupinatis*, R. — *laevus*, d. *laeus*, R[1]. *laeṽ*, R[2]. — *congeri*, Td.

37. Ideo pinnarum quoque fiunt discrimina, quae pedum 73
vice sunt datae piscibus, nullis supra quaternas, quibusdam
binae, aliquis nullae; in Fucino tantum lacu piscis est qui
octonis pinnis natat. Binae omnino longis et lubricis, ut
anguillis et congris; nullae, ut murenis, quibus nec bran-
chiae. Haec omnia flexuoso corporum inpulsu ita mari utun-
tur ut serpentes terra; in sicco quoque repunt, ideo etiam
vivaciora talia. Et e planis aliquando non habent pinnas, ut
pastinacae — ipsa enim latitudine natant — et quae mollia
appellantur, ut polypi, quoniam pedes illis pinnarum vicem
praestant.

XXI. 38. Anguillae octonis vivont annis; durant et sine 74
aqua et senis diebus aquilone spirante, austro paucioribus;
at hieme eaedem in exigua aqua non tolerant nec in tur-
bida; ideo circa vergilias maxume capiuntur fluminibus tum
praecipue turbidis; pascuntur noctibus. Exanimes piscium
solae non fluitant.

XXII. Lacus est Italiae Benacus in Veronensi agro Min- 75
cium amnem transmittens, ad cuius emersus annuo tempore
Octobri fere mense, autumnali sidere, ut palam est, hiemato
lacu, fluctibus glomeratae volvontur in tantum mirabili mul-
titudine ut in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum fabri-
catis singulorum milium reperiantur globi.

XXIII. 39. Murena quocumque mense parit, cum ceteri 76
pisces stato pariant; ova eius citissime crescunt. In sicco
litore lapsas volgus coitu serpentium inpleri putat. Aristo-

§ 73. *Ideo*, R. *Dein*, T d^1. *De*, d^2. V. Aristotel. hist. anim. 1, 5. p. 489^b 24. — *quaternas, quibusdam*, Massar. d. *quasdam ternae quibus quae*, R, ubi eadem manus primam vocem linea traducta delevit et voces *quattuor quibusdam* suprascripsit. Pro *quibusdam* r *nonnullis* habet. — *binae*, R T d. *binae, quibusdam trinae*, β. — *aliquis*, R. *aliquibus*, d β γ. — *natet*, d. — *et lubricis*, Alcyon. apud Gesner. hist. anim. 4, 591. *ut lumbricis*, R^2 d. *ut lombricis*, R^1. — *terrae*, R d. Quae lectio quamquam explicari potest, vulgatam tamen retinui, quia Plinium binos Aristotelis locos (hist. anim. 1, 5. p. 489^b 28. et part. anim. 4, 13. p. 696^a 8.) ad verbum convertisse apparet. — *Et e — praestant* om. d^1. — *aliquando*, R^2. *aliqua*, R^1 d β γ. — *ut polypi*, R^2. *polypi*, R^1 d.

§ 74. *aquis*, r. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 8, 2. p. 591^b 30. — *et*, R. Omitt. d β γ. — *hieme*, R d. *hiemem*, β γ. Nonnulla mutat Pint. — *eadem*, R d. — *neque* omisso *in*, d. — *iccirco*, d. — *virgilias*, R d (ubique.) — *Exanimes — fluitant* om. r.

§ 75. *hiemante*, Pint. — *reperiantur globi*, R d. *globi reperiantur*, β γ.

§ 76. *mense*, R T d r. *tempore*, β. — *statuto tempore*, r. — *sicco*, R^2. *sicca*, R^1 T d. *siccum*, K (codd. Massar.) — *litore*, R. *litora*, T d. *litus*, K (codd. Massar.)

teles zmyrum vocat marem qui generet; discrimen esse,
quod murena varia et infirma sit, zmyrus unicolor et ro-
bustus dentisque extra os habeat. In Gallia septentrionali
murenis omnibus dextera in maxilla septenae maculae ad
formam septentrionis aureo colore fulgent dumtaxat viven-
tibus pariterque cum anima exstinguntur. Invenit in hoc 77
animali documenta saevitiae Vedius Pollio eques Romanus
ex amicis divi Augusti vivariis earum inmergens damnata
mancipia, non tamquam ad hoc feris terrarum non sufficien-
tibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem dis-
trahi spectare non poterat. Ferunt aceti gustu praecipue
eas in rabiem agi. Tenuissimum his tergus, contra anguillis
crassius eoque verberari solitos tradit Verrius praetextatos
et ob id multam his dici non institutam.

XXIV. 40. Planorum piscium alterum est genus quod 78
pro spina cartilaginem habet, ut raiae, pastinacae, squatinae,
torpedo et quos bovis, lamiae, aquilae, ranae nominibus
Graeci appellant, quo in numero sunt squali quoque, quam-
vis non plani. Haec Graece in universum σελάχη appellavit
Aristoteles primus, hoc nomine eis inposito; nos distinguere
non possumus nisi si cartilaginea appellare libeat. Omnia
autem carnivora sunt talia et supina vescuntur, ut in del-
phinis diximus; et cum ceteri pisces ova pariant, hoc
genus solum ut ea quae cete appellant animal parit, ex-
cepta quam ranam vocant.

— *lapsas*, d. *lapsus*, R. *elapsas*, K (codd. Massar.) — *putant*, d. — *Aristoteles*, hist. anim. 5, 10. p. 543a 24. — *zmyrum* et *zmyrus*, RθSTdK. *myrum* et *myrus*, codd. Massar. βγ. — *generet*, Rd. *generat*, βγ. — *et*, om. d. — *in forma*, Rd. — *intra extra os*, Pint. — *dextera*, R. *dextra*, dβγ.

§ 77. *spectare*, R. *spectari*, dβ. — *rabie*, d. — *Laevissimum*, Massar. — *stercus*, d. — *multa in*, d. *multa*, R. — *dici*, Rd. *dicit*, β. — *instituta*, d. *institutum*, Hard.

§ 78. *ut raiae*, Barbar. *ut rapae*, θT. *trapae*, Rd. — *Graecia appellat*, Td. — *squali*, Rd (codd. Salmas. exerc. p. 941. a. D.) *squalii*, codd. Turn. adv. 13, 22. *galei*, Massar., Salvian. de aquatil. fol. 84. b. et Turneb. *squati* vel *squatinae*, Gesner. enumer. aquat. p. 59. et hist. anim. 4, 182. 899. *squilli* i. e. *scylli*, Salmas. At v. Rondelet. de pisce. p. 605. — *Graece*, R. *Graecia*, TKd. — *seladie*, R. — *Aristoteles*, hist. anim. 5, 5. p. 540b 17. — *nomine eis*, R. *nomen eis*, K. *nomen*, Td. — *in possitonus*, R. *imposuit onus*, Td. — *possum*, R. — *nisi si*, Rθr. *nisi*, dβγ. — *cartilagina*, Rd. — *carnivora*, RTd (codd. Massar.) *carnosiora*, r. — *diximus* § 20. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 8, 2. p. 591a 9. et part. anim. 4, 13. p. 696b 23. — *ranam*, v. Aristot. hist. anim. 6, 10. p. 564b 15.

XXV. 41. Est parvos admodum piscis adsuetus petris 79
echeneis appellatus; hoc carinis adhaerente naves tardius
ire creduntur inde nomine inposito, quam ob causam ama-
toriis quoque veneficiis infamis est et iudiciorum ac litium
mora, quae crimina una laude pensat fluxus gravidarum
utero sistens partusque continens ad puerperium; in cibos
tamen non admittitur. Pedes eum habere arbitratur Aristo-
teles, ita posita pinnarum similitudine. Mutianus muricem 80
esse latiorem purpura neque aspero neque rotundo ore ne-
que in angulos prodeunte rostro sed simplice concha, utro-
que latere sese colligente, quibus inhaerentibus plenam
ventis stetisse navem portantem a Periandro ut castrarentur
nobiles pueri, conchasque quae id praestiterint apud Cni-
diorum Venerem coli. Trebius Niger pedalem esse et cras-
situdine quinque digitorum navis morari; praeterea hanc
esse vim eius adservati in sale ut aurum quod deciderit
in altissimos puteos admotus extrahat.

XXVI. 42. Mutant colorem candidum menae et fiunt 81
aestate nigriores, mutat et phycis reliquo tempore candida,
vere varia; eadem piscium sola nidificat ex alga atque in
nido parit.

43. Volat hirundo sane perquam similis volucri hirundini, item milvos.

XXVII. Subit in summa maria piscis ex argumento ap- 82

§ 79. *echeneis*, Barbar. R. *echineus*, d. — *litum*, d. V. Aristot. hist. anim. 2, 14. p. 505 b 18. — *grav. utique sistens*, Dalec. — *non habere*, K. — *arbitrantur*, RTd (codd. Massar.) Veram hanc esse lectionem verbaque Plinii esse lacunosa docet Aristot., qui l. l. illam de pedibus echeneidis opinionem ipse refutat. Plin. fere tale quid scripsit: *arbitrantur*, *contra quam Aristoteles*, *ita* rel. Ultima igitur verba explicant, unde illa opinio sit orta; de *contra quam* v. 9, 60. 10, 140. 11, 72. 12, 95. — *ex Aristotele*, codd. Massar. — *ita posita*, R. *id apposita*, Td. — *similitudine*, RTdr (codd. Massar.) *multitudine*, *β*.

§ 80. *purpuram*, d. — *spiro*, d. — *simplice*, R^2K. *si*, d. In R^1 rasura duarum triumve litterarum. — *in utroque*, d. — *a*, codd. Hard. (?). *nuncios*, R^2. *nuncios a*, *β*. Omitt. R^1Td. Ex his vestigiis codicum, nam Harduino vix fides habenda, iure colligere mihi videor, etiam hunc locum esse lacunosum et *Periandro* esse dativum qui dicitur Graecus, cui participium *missos* vel simile aliquod sit addendum. — *conchasque quae id praestiterint*, Barbar. R. *conchas quae id praestiterunt*, Tdr. — *crassitudinem*, d. Ceterum R^1 ubique habet *grassus* et inde derivata. — *inaves*, R. *in naves*, d.

§ 81. *candidum menae*, R*θ*. *candidum in hieme*, Td. *candidae hieme menae*, Pint. *β*. V. Aristot. hist. anim. 8, 30. p. 607 b 14. — *eaedem fiunt*, Pint. — *hirundo*, d^2. Omitt. Rd^1. V. Aristot. hist. anim. 4, 9. p. 535 b 27. — *milvus*, R^2. *milis*, R^1*θ*. *milus*, d (in rasura.)

pellatus lucerna linguaque ignea per os exserta tranquillis noctibus relucet. Attollit cornuta e mari sesquipedanea fere cornua, quae ab his nomen traxit. Rursus draco marinus captus atque inmissus in harenam cavernam sibi rostro mira celeritate excavat.

XXVIII. 44. Piscium sanguine carent de quibus dice- 83
mus; sunt autem tria genera: primum quae mollia appellantur, dein contecta crustis tenuibus, postremo testis conclusa duris. Mollia sunt lolligo, saepia, polypus et cetera generis eius; his caput inter pedes et ventrem, pediculi octoni omnibus; saepiae et lolligini pedes duo; ex his longissimi et asperi quibus ad ora admovent cibos et in fluctu se velut ancoris stabiliunt, cetera cirri quibus venantur.

XXIX. 45. Lolligo etiam volitat extra aquam se effe- 84
rens, quod et pectunculi faciunt sagittae modo. Saepiarum generi mares varii et nigriores constantiaeque maioris; percussae tridente feminae auxiliantur, at femina icto mare fugit. Ambo autem, ubi sensere se adprehendi, effuso atramento quod pro sanguine his est infuscata aqua absconduntur.

46. Polyporum multa genera. Terreni maiores quam pe- 85
lagii; omnes bracchiis ut pedibus ac manibus utuntur, cauda vero quae est bisulca et acuta in coitu. Est polypis fistula in dorso, qua transmittunt mare, eademque modo in dexteram

§ 82. *Subit* rel.; multa in his mutant Pint., Rondelet. de piscc. p. 434. et Wotton. different. anim. fol. 153. D. — *lingua qua*, Salvian. de aquatil. fol. 188. b. ex MS. verba *item milvus* ad sequentia referens. — *lignea*, R. *lineam*, d. Om. *θ*. — *tranquillis*, R. *tranquillat*, *θ* d. — *cornuta*, codd. Massar. Omitt. R d (codd. Gel.) *βγ*. Hoc vero nomen restituendum esse docet pronomen *quae*, cum eius loco per synesin scribendum sit *qui* sc. *piscis*. — *sesquipedalia*, r. *semipedalia*, Rondelet. de piscc. p. 303. 517. — *missus*, *in arena*, Pint. et Schneider. ad Aristot. hist. anim. 9, 37. p. 621^a 4. (T. III. p. 173.)

§ 83. *Piscium*, R d. *Piscium quidam*, *βγ*. V. Arist. hist. anim. 4, 1. p. 523^b 1. — *primum*, T d. *primis*, R. *in primis*, *βγ*. — *dein*, R. *deinde*, d *βγ*. — *generis eius*, R d. *eius generis*, *βγ*. — *in ventre*, d. — *lolliginae*, R. — *fluctu*, R *θ* T d. *fluctibus*, *βγ*. — *velut aut choris*, R. *volutant choris*, d. V. Aristot. hist. anim. 4, 1. p. 523^b 29. — *cetera*, R *θ* T d. *ceteri*, *β*. *ceteri curti sunt*, nonnulli codd. Massar. — *natant*, Hard.

§ 84. *etiam*, om. T d. — *generi*, R *θ* T d. *generis*, *βγ*. V. Aristotel. hist. anim. 4, 1. p. 525^a 9. — *et feminae ictu*, d. V. Aristotel. l. l. 9, 1. p. 608^b 16. — *mas*, d^2. — *Ambo*, v. Aristot. l. l. 4, 1. p. 524^b 16. — *iis*, d.

§ 85. *pelagii*, d (codd. Gel.) *pelagi*, R. *pelagici*, r. V. Aristot. hist. anim. 4, 1. p. 525^a 14. — *omnibus*, R. V. Aristot. l. l. p. 524^a 2. — *Est*, d. *et*, R. — *eademque*, R. *eaque*, *β*. *eamque*, d (codd. Massar.) *γ*. — *dexteram*, R. *dextram*, d *βγ*.

partem, modo in sinistram transferunt. Natant obliqui in 86
caput quod praedurum est sufflatione viventibus; cetero
per bracchia velut acetabulis dispersis haustu quodam ad-
haerescunt; tenent supini ut avelli non queant. Vada non
adprehendunt et grandibus minor tenacitas. Soli mollium
in siccum exeunt dumtaxat asperum; levitatem odere. Ve-
scuntur conchyliorum carne, quorum conchas conplexu cri-
nium frangunt; itaque praeiacentibus testis cubile eorum
deprehenditur. Et cum alioqui brutum habeatur animal, ut 87
quod ad manum hominis adnatet, in re quodammodo fami-
liari callet; omnia in domum conportat, dein putamina
erosa carne egerit adnatantisque pisciculos ad ea venatur.
Colorem mutat ad similitudinem loci et maxume in metu.
Ipsum bracchia sua rodere falsa opinio est; id enim a con-
gris evenit ei; sed renasci sicut colotis et lacertis caudas
haud falsum.

47. Inter praecipua autem miracula est qui vocatur nau- 88
tilos, ab aliis pompilos. Supinus in summa aequorum per-
venit ita se paulatim subrigens ut emissa omni per fistu-
lam aqua velut exoneratus sentina facile naviget; postea
prima duo bracchia retorquens membranam inter illa mirae
tenuitatis extendit, qua velificante in aura ceteris subremi-
gans bracchiis media se cauda ut gubernaculo regit; ita
vadit alto Liburnicarum ludens imagine, si quid pavoris in-
terveniat hausta se mergens aqua.

§ 86. *sufflatione*, Rd. *sufforatione*, K. *et sufflatum*, L. Gronov. ex Aristot. hist. anim. 4, 1. p. 524^{a} 16., quod probat Schneider. ad eund. T. II. p. 176. T. III. p. 339. 507. *et tanquam inflatum*, Dalec. *quod praedurum, ut sufflatione, viventibus*, Hard. — *Ceterum*, Sr. — *disparsis*, S. — *haustu quodam*, R. *quodam haustu*, d. *ex hausto quodammodo*, K. — *adhaerescunt*, RdK. *cui adhaerescunt*, r. — *tenentque supini*, K. *tenentque dum non supini*, Dalec. V. Aristotel. hist. anim. 4, 1. p. 524^{a} 17. — *levitatem odere*, R. *levitate morderi*, Td. *levitatem odore*, β. V. Aristotel. l. l. 9, 37. p. 622^{a} 31. — *conflexu*, R. *confluxu*, d. Ceterum v. Aristot. l. l. 8, 2. p. 591^{a} 1. 9, 37. p. 622^{a} 5. — *crinium*, R. *criminum*, d. *crurum*, r.

§ 87. *adnatet*, RTdr. *adnatat*, βγ. — *putamina erosa*, d. *putamine rosa*, R^{1}. *putamine erosa*, R^{2}. *putamina rosa*, r. — *natantesque*, omnes codd. Massar. — *a*, om. d^{1}. — *sicut*, om. d^{1}. — *colotis*, Barbar. *colcotis*, R. *colcitis*, θd. *colubris*, Pint. K. *τῶν τε σαύρων καὶ τῶν ὄφεων*, Aristot. hist. anim. 2, 17. p. 508^{b} 7. — *caudas*, θdr. *cauda*, R. *caudam*, β.

§ 88. *ab aliis pompilos*, om. R^{1}. — *polypi ovum*, Rondelet. de piscc. p. 622. *polypu oon*, Scaliger ad Aristot. hist. anim. IV. 2, 54. p. 525^{a} 21. *polypoon*, idem ad eund. IX. 62, 299. p. 622^{b} 10. *pontilos*, Salvian. de aquatil. fol. 162. a.

XXX. 48. Polyporum generis est ozaena dicta a gravi 89
capitis odore, ob hoc maxume murenis eam consectantibus.
Polypi binis mensibus conduntur; ultra bimatum non vi-
vont, pereunt autem tabe semper, feminae celerius et fere
a partu. Non sunt praetereunda et L. Lucullo proconsule
Baeticae conperta de polypis quae Trebius Niger e comi-
tibus eius prodidit: avidissimos esse concharum; illas ad
tactum conprimi praecidentis bracchia eorum ultroque escam
ex praedante capere. Carent conchae visu omnique sensu 90
alio quam cibi et periculi; insidiantur ergo polypi apertis
inpositoque lapillo extra corpus, ne palpitatu eiciatur; ita
securi grassantur extrahuntque carnis; illae se contrahunt,
sed frustra, discuneatae. Tanta sollertia animalium hebetis-
simis quoque est. Praeterea negat ullum atrocius esse ani-
mal ad conficiendum hominem in aqua. Luctatur enim con- 91
plexu et sorbet acetabulis ac numeroso suctu diu trahit,
cum in naufragos urinantisve inpetum cepit; sed si inver-
tatur, elanguescit vis; exporrigunt enim se resupinati. Ce-
tera quae idem retulit monstro propiora possunt videri.
Carteiae in cetariis adsuetus exire e mari in lacus eorum
apertos atque ibi salsamenta populari — mire omnibus ma-
rinis expetentibus odorem quoque eorum, qua de causa et
nassis inlinuntur, — convertit in se custodum indignationem
adsiduitate furti inmodici. Saepes erant obiectae, sed has 92
transcendebat per arborem nec deprehendi potuit nisi canum
sagacitate; hi redeuntem circumvasere noctu concitique cu-

— *supervenit*, d. — *adsubrigens*, Rd. Ex dittographia coniuncta id natum. — *ut facile*, d. — *enaviget*, Dalec. — *auras*, r. — *se cauda*, R θ d. *secando*, r. *cauda*, codd. Barbari, $\beta\gamma$. *maria sulcando*, Dalec. — *regit*, R θ d. *se regit*, codd. Barbari, $\beta\gamma$. — *alto*, d. *alio*, RT. — *ludens*, R (codd. Gel.) *gaudens*, Td. — *si*, R θ T. *et si*, d $\beta\gamma$.

§ 89. *omzena*, d. V. Aristotel. hist. anim. 4, 1. p. 525^a 19. — *a*, omitt. Rd. — *consectantibus*, R. *coniectantibus*, Td. *coniactantibus*, θ. — *feminae*, v. Aristotel. l. l. 9, 37. p. 622^a 14. — *praedante capere*, R. *praeda accipere*, Td.

§ 90. *conchae*, R. *ut conchae*, Td. — *imposito lapillo intra*, K. — *eiiciantur*, Rd. — *et ita*, r. — *negatur*, d. — *atrocius esse*, Rd. *esse atr.*, $\beta\gamma$. — *aquā*, R.

§ 91. *Luctantur*, Rd. — *sumptu*, d. — *diu trahit*, R^2. *du trahit*, R^1. *dum trahit*, rγ. *trahit*, Td. *detrahit*, β. — *naufragio*, d. — *urinantisvae*, R. — *capit*, d. — *elanguescit. Vix enim exporrigunt se resup.*, S. — *ceteris*, R. — *lacus mercatorum*, K. *cupas*, *labra eorum*, Massar. — *mire illinuntur*, RSTd. Pone *resupinati* collocat β. — *immodici.*, R^2. *immodicant*, R^1. *Immodicae his*, dγ ad sequentia referentes.

§ 92. *transcendebant*, Rd.

stodes expavere novitatem. Primum omnium magnitudo in-
audita erat; deinde color muria obliti odore diri. Quis ibi
polypum exspectasset aut ita cognosceret? Cum monstro di-
micare sibi videbantur; namque et adflatu terribili canes
agebat nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robustioribus
bracchiis clavarum modo incussos, aegreque multis triden-
tibus confici potuit. Ostendere Lucullo caput eius doli ma- 93
gnitudine, amphorarum quindecim capax atque, ut ipsius
Trebi verbis utar, barbas quas vix utroque bracchio con-
plecti esset, clavarum modo torosas, longas pedum tricenum,
acetabulis sive caliculis urnalibus pelvium modo, dentis ma-
gnitudini respondentis; reliquiae adservatae miraculo pepen-
dere pondo DCC. Saepias quoque et lolligines eiusdem ma-
gnitudinis expulsas in litus illud idem auctor est; in nostro
mari lolligines quinum cubitorum capiuntur, saepiae binum,
neque his bimatu longior vita.

49. Navigeram similitudinem et aliam in Propontide vi- 94
sam sibi prodidit Mutianus; concham esse acatii modo ca-
rinatam, inflexa puppe, prora rostrata; in hac condi nau-
plium, animal saepiae simile, ludendi societate sola; duobus
hoc fieri generibus; tranquillo enim vectorem demissis pal-
mulis ferire ut remis; si vero flatus invitet, easdem in usu
gubernaculi porrigi pandique buccarum sinus aurae; huius
voluptatem esse ut ferat, illius ut regat, simulque eam de-
scendere in duo sensu carentia, nisi forte tristi — id enim con-
stat — omine navigantium humana calamitas in causa est.

deinde color, R. *deinde in colos*, d. *dein colos*, r. — *odor dirus muria oblitus*, K. *odore viri*, Pint. — *abigebat*, Pint. — *clavorum modo*, Heins. adv. p. 298. — *percussos*, Dalec.

§ 93. *utroque bracchio*, om. d^{1}. — *acitabulis*, R^{2}. *stabulis*, R^{1}d. — *reliquae*, Rd. — *in nostro mari*, v. Aristotel. hist. anim. 4, 1. p. 524^{a} 26.

§ 94. *acatii*, Barbar, d. *achati*, R. — *inflexã*, d. — *societatem*, d. — *demissis*, Hard. *dimissis*, Rdβ. — *vere*, d. — *invitet*, RθTd. *invitent*, β. — *usum*, Dalec. — *buccarum*, RTd. *baccarum*, θ. *concharum*, β. *conchae sinum*, Dalec. — *eam*, R. *eandem*, STd. — *nisi forte—in causa est*, codd. Massar. et Gelenii. *omen*, R ex corr. *omne navigium*, d. *territam visu forte tristi; id enim constat rumore navigantium: humana calamitas in causa est* vel *territam visu; id enim ut constet*, codd. Barbari. *territam visu forte tristi. Id enim ubi constat*, K.

§ 95. *Latet*, Rd. — *qui—occultantur* om. d^{1}. — *exuunt*, d. *exigunt*, Rθ. — *ereptis*, d. — *obliqua*, d.

§ 96. *Vivont* rel.; v. Aristot. hist. anim. 5, 17. p. 549^{b} 13. — *apr. loca*, r. — *qua*, d. — *noctem*, Hard. γ. *mitificatur*, Ambr. I.

50. Locustae crusta fragili muniuntur in eo genere quod 95
caret sanguine. Latent mensibus quinis, similiter cancri qui
eodem tempore occultantur, et ambo veris principio sene-
ctutem anguium more exuunt renovatione tergorum. Cetera
in undis natant, locustae reptantium modo fluitant, si nullus
ingruat metus recto meatu, cornibus quae sunt propria ro-
tunditate praepilata ad latera porrectis, iisdem erectis in
pavore oblique in latera procedunt; cornibus inter se dimi-
cant. Unum hoc animalium, nisi vivom ferventi aqua inco-
quatur, fluida carne non habet callum. XXXI. Vivont pe- 96
trosis locis, cancri mollibus; hieme aprica litora sectantur,
aestate in opaca gurgitum recedunt. Omnia eius generis
hieme laeduntur, autumno et vere pinguescunt et plenilunio
magis, quia nocte sidus tepido fulgore mitificat.

51. Cancrorum genera carabi, astaci, maeae, paguri, he- 97
racleotici, leones et alia ignobiliora. Carabi cauda a ceteris
cancris distant; in Phoenice hippoe vocantur, tantae veloci-
tatis ut consequi non sit. Cancris vita longa, pedes octoni,
omnes in obliquom flexi; — feminae primus pes duplex,
mari simplex; — praeterea bina bracchia denticulatis forfi-
cibus; superior pars in primoribus his movetur, inferiore 98
inmobili; dexterum bracchium omnibus maius. Universi ali-
quando congregantur, os ponti evincere non valent, quam-
obrem egressi circumeunt adparetque tritum iter. Pinotheras
autem vocatur minumus ex omni genere, ideo opportunus
iniuriae; huic sollertia est inanium ostrearum testis se con-
dere et cum adcreverit migrare in capaciores. Cancri in pa- 99

§ 97. *astac*, Rd. — *maeae*, Barbar. coll. Aristot. hist. anim. 4, 2. 525[b] 4. *meae*, Rd. *neae*, codd. Barbari. *maiae*, *βγ*. — *pacuri*, R. *paccuri*, d. — *fluviales et al.*, Pint. — *caravi*, Rd (ita plerumque.) — *a cauda*, d. V. Aristot. l. l. p. 525[b] 27. — *hippoe*, Rd. *hippees* vel *hippeis*, Pint. *ἱππεῖς*, *γ*. Apud Aristot. l. l. p. 525[b] 8. nunc quidem ἱππεῖς legitur, sed uno excepto omnes iique optimi apud Bekker. codices ἵππους exhibent, quod proinde et illic restituendum. De terminatione *oe* v. ad 32, 147. — *sit*, R². *sint*, R¹. *possint*, *θ*Td. — *obliquo*, RTdr. — *flexu*, r. — *forficibus*, R*θ*Td (plurimi codd. ap. Oudendorp. ad Suet. Aug. 75.) *forcipibus*, *β*.

§ 98. *inferiori*, d. — *dexterum*, R. *Dextrum*, d*βγ*. V. Aristotel. part. anim. 4, 8. p. 684[a] 26. — *omnium*, d. — *Universi aliquando*, Rr. *Aliquando universi*, d. *Universi ubi aliquando*, *β*. — *egressi*, Schneider. ad Aelian. ed. Iacobs. Confirmant Rd. *regressi*, *βγ*. προσανέρπουσιν ἐς τὴν γῆν, Aelian. hist. anim. 7, 24. — *Pinotheras*, Rd. *Pinnotheres*, *βγ*. V. Aristotel. hist. anim. 5, 15. p. 547[b] 28. coll. 4, 4. p. 529[b] 20. — *autem*, om. d. — *omnium*, d. — *opportunius*, d.

vore et retrorsi pari velocitate redeunt; dimicant inter se ut arietes adversis cornibus incursantes; contra serpentium ictus medentur; sole cancri signum transeunte et ipsorum cum exanimati sunt corpus transfigurari in scorpiones narratur in sicco. Ex eodem genere sunt echini quibus spinae pro pedibus; ingredi est his in orbem volvi; itaque detritis saepe aculeis inveniuntur. Ex his echinometrae appellantur quo- 100
rum longissimae spinae, calyces minumi. Nec omnibus idem vitreus color; circa Toronen candidi nascuntur spina parva. Ova omnium amara, quina numero; ora in medio corpore in terram vertunt. Tradunt saevitiam maris praesagire eos conreptisque opperiri lapillis, mobilitatem pondere stabilientis; nolunt volutatione spinas atterere. Quod ubi videre nautici, statim pluribus ancoris navigia infrenant.

XXXII. In eodem genere cocleae aquatiles terrestres- 101
que, exserentes se domicilio binaque ceu cornua protendentes contrahentesque; oculis carent; itaque corniculis praetemptant iter.

XXXIII. Pectines in mari ex eodem genere habentur, reconditi et ipsi magnis frigoribus ac magnis aestibus, unguesque velut igne lucentes in tenebris, etiam in ore mandentium.

52. Firmioris iam testae murices et concharum genera, in 102
quibus magna ludentis naturae varietas; tot colorum differentiae, tot figurae, planis, concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe caesis, in dorsum elatis, levibus, rugatis, denticulatis, striatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso, foris effuso, intus replicato;

§ 99. *et*, Rd. *etiam*, *βγ*. — *retrorsi*, R. *retrorsum*, d*βγ*. — *aversis*, d. — *et* ferendum non videtur, cum de simili aliorum animalium transfiguratione nihil dicatur; orta copula videtur ex litteris *e* et *i* repetitis et postea corruptis. — *exanimati sunt*, R. *exanimatum sit*, Td. *exanimati sint*, *βγ*. — *narrantur*, Ambr. I. — *echini*, v. Aristotel. hist. anim. 4, 5. p. 530^a 32. — *est his*, R. *est'*, d. — *saepe* — *inveniuntur* omitt. R^1d.

§ 100. *spinae longissimae*, d. — *Toronen*, Rd. *Toronem*, Barbar. *βγ*. V. Aristotel. l. l. p. 530^b 10. — *vertunt*, RTd. *versa*, *βγ*. — *opperiri*, R*θ*Td. *operari*, *β*. — *volunt statione*, d.

§ 101. *cornuaque*, R. — *ideoque*, r. Ceterum v. Aristotel. hist. anim. 4, 4. p. 528^b 24. — *ipsi*, Rd. *ipsi in*, *βγ*. — *aestibus*, R. *aestatibus*, *θ*Td. V. Aristotel. l. l. 8, 13. extr. — *etiam et in*, T.

§ 102. *Firmiores*, R. — *muricis*, R. — *limatis*, r.

iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pe- 103
ctinatim divisa, imbricatim undata, cancellatim reticulata,
in obliquom, in rectum expansa, densata, porrecta, sinuata,
brevi nodo ligatis, toto latere connexis, ad plausum apertis,
ad bucinum recurvis. Navigant ex his veneriae praebentes-
que concavam sibi partem et aurae opponentes per summa
aequorum velificant. Saliunt pectines et extra volitant seque
et ipsi carinant.

XXXIV. 53. Sed quid haec tam parva conmemoro, cum 104
populatio morum atque luxuria non aliunde maior quam e
concharum genere proveniat? Iam quidem ex tota rerum
natura damnosissimum ventri mare est tot modis, tot men-
sis, tot piscium saporibus, quis pretia capientium periculo
fiunt. XXXV. Sed quota haec portio est reputantibus pur- 105
puras, conchylia, margaritas? Parum scilicet fuerat in gulas
condi maria, nisi manibus, auribus, capite totoque corpore
a feminis iuxta virisque gestarentur. Quid mari cum vesti-
bus, quid undis fluctibusque cum vellere? Non recte recipit
haec nos rerum natura nisi nudos. Esto, sit tanta ventri
cum eo societas, quid tergori? Parum est, nisi qui vescimur
periculis etiam vestiamur; adeo per totum corpus anima
hominis quaesita maxume placent.

54. Principium ergo columenque omnium rerum preti mar- 106
garitae tenent. Indicus maxume has mittit oceanus inter illas
beluas talis tantasque quas diximus per tot maria venientis,
tam longo terrarum tractu e tantis solis ardoribus; atque
Indis quoque in insulas petuntur et admodum paucas. Fer-

§ 103. *ungulata*, r. — *cuniculatim*, codd. Hard. *caniculatim*, Rθd. *caralicu-latim*, r. *claniculatim*, K. *canaliculatim*, β. — *pectinatim—cancellatim* om. r. — *divisa*, RθSTd. Om. β. — *cancellata*, d. — *obliquum*, d^2. *obliquo*, Rd^1. — *spansa*, Rd. — *pensata*, Rd. *praedensata*, K. — *pertis*, R. — *bucinum*, RθT. *buccinum*, dγ. *buccinam*, β. — *Neritae*, K. — *concavam*, codd. Gel. *concavant*, d. *convacant*, R. — *sibi*, RθKd. *sui*, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *aurae*, R. *aurem*, d. *alteram aurae*, K. — *pectines*, v. Aristotel. hist. anim. 4, 4. p. 528^a 30.

§ 104. *quid*, d. *qui*, R. — *ventri*, RθTKdr. Omitt. codd. Gel. β. — *mari*, Rd. — *quis*, Rd. *quibus*, $\beta\gamma$.

§ 105. *Parvum*, d. — *recte*, om. d cum rasura supra lineam. *Num rite re-cipit*, Pint. — *hic*, Barbar. — *tanti*, Pint. — *Parum sit nisi*, Barbar. — *quis*, Pint. — *anima*, Barbar. Rd (codd. Gel.) *animae*, r. *animae hominis periculo quaesita*, K.

§ 106. *columenque*, RTr. *culmenque*, d$\beta\gamma$. — *omnium operum pretium*, r. — *diximus* § 4. — *et*, d. — *atque Indis—paucas*, R (codd. Gel.) *eae quoque ab Indicis insulis—paucis*, K. *atque in his q. in insulis—paucas*, d.

tilissima est Taprobane et Stoidis, ut diximus, in circuitu
mundi, item Perimula promontorium Indiae; praecipue au-
tem laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris rubri.
Origo atque genitura conchae est haud multum ostrearum 107
conchis differens. Has ubi genitalis anni stimularit hora,
pandentis se quadam oscitatione inpleri roscido conceptu tra-
dunt, gravidas postea niti partumque concharum esse mar-
garitas pro qualitate roris accepti; si purus influxerit, can-
dorem conspici, si vero turbidus, et fetum sordescere; eundem
pallere caelo minante conceptum; ex eo quippe constare,
caeli quietis maiorem societatem esse quam maris, inde nu-
bilum trahi colorem aut pro claritate matutina serenum; si 108
tempestive satientur, grandescere et partus; si fulguret, con-
primi conchas ac pro ieiuni modo minui; si vero etiam to-
nuerit, pavidas ac repente conpressas quae vocant physemata
efficere, speciem modo inani inflatam sine corpore; hos esse
concharum abortus. Sani quidem partus multiplici constant
cute, non inproprie callum ut existumari corporis possit;
itaque expurgantur a peritis, miro ipso tantum eas caelo
gaudere, sole rufescere candoremque perdere ut corpus hu-
manum. Quare praecipuum custodiunt pelagiae, altius mersae 109
quam ut penetrent radii; flavescunt tamen et illae senecta
rugisque torpescunt nec nisi in iuventa constat ille qui quae-
ritur vigor; crassescunt etiam in senecta conchisque adhae-
rescunt nec his avelli queunt nisi lima. Quibus una tantum

Stoidis, K. *Toidis*, d (codd. Barbari) β. *to////dis* (i supra), R. *Tyndis*, Salmas. exerc. p. 838. b. D. *Asthoidis*, Barbar. — *diximus* 6, 81. 110. — *Perimula*, R^2. *pericula*, R^{1}d. Apud Aelian. hist. anim. 15, 8. *Περιμούδα*. Alterutra scriptura est vitiosa, orta illa ex confusis inter se litteris Λ et Δ.

§ 107. *differentis* vel *concha est*, Hard. Hoc probavit Gesner. chrestom. p. 417. — *stimularit*, Rd. *stimulaverit*, βγ. *amnis cumulaverit*, *ora pandentes se quadam*, r. Hinc *annus* et *ceu* Dalec. Ceterum v. Solin. 53, 23. — *se*, Rr. *sese*, dβγ. — *concentu*, R. — *eniti*, d. — *accepta*, d. — *candore*, Pint. — *pallescere*, ST. — *caeli quietis*, RθTd (vett. libri ap. Salmas. exerc. p. 798. b. D.) *caelique eis*, βγ. *caeli quieti his*, Salmas. *caeli eis*, Gesner. chrestom. p. 418. *caeli quoque eis*, Hard. coll. Ammian. 23, 6. p. 304. ed. Ern. — *matutinum*, d.

§ 108. *grandes esse*, T. — *etiam*, Rθd^{2}r. *et*, β. Om. d^1. — *speciem*, RKd (codd. Gel.) *specie*, θT. — *inanem et*, K. — *inflatam*, K (codd. Gel.) *inflatas*, RθTd. — *expurgantur*, R. *et purgantur*, dβγ. — *miro*, Rd. *Mirum*, cod. Salmas. exerc. p. 798. a. A. *Miror*, βγ. — *eas*, RTdr. *eos*, cod. Salmas. β. — *rufescere*, R^2 (cod. Salmas. et libri ap. eund. p. 804. b. F.) *rufiscere*, R^{1}d. *rubescere*, βγ. — *in*, d.

est facies et ab ea rotunditas, aversis planities, ob id tym-
pania nominantur. Cohaerentis videmus in conchis hac dote
unguenta circumferentibus. Cetero in aqua mollis unio exem-
ptus protinus durescit.
55. Concha ipsa cum manum vidit conprimit sese operit- 110
que opes suas gnara propter illas se peti, manumque si
praeveniat acie sua abscindit, nulla iustiore poena, et aliis
munita suppliciis, quippe inter scopulos maior pars inveni-
tur; in alto quoque comitantur marinis canibus nec tamen
aures feminarum arcentur. Quidam tradunt sicut apibus 111
ita concharum examinibus singulas magnitudine et vetustate
praecipuas esse veluti duces mirae ad cavendum sollertiae;
has urinantium cura peti, illis captis facile ceteras palantis
retibus includi, multo deinde obrutas sale in vasis fictilibus;
rosa carne omni nucleos quosdam corporum hoc est uniones
decidere in ima.
56. Usu atteri non dubium est coloremque indiligentia 112
mutare. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, levore,
pondere, haud promptis rebus in tantum ut nulli duo repe-
riantur indiscreti, unde nomen unionum Romanae scilicet
inposuere deliciae; nam id apud Graecos non est, ne apud
barbaros quidem inventores eius aliud quam margaritae. Et 113
in candore ipso magna differentia; clarior in rubro mari re-
pertis, Indicos specularium lapidum squama adsimulat alias
magnitudine praecellentis. Summa laus coloris est exalumi-
natos vocari. Et procerioribus sua gratia est; elenchos ap-

§ 109. *praecipue eum*, Salmas. p. 798. a. A. — *pelago*, K. — *turpescunt*, Hard. — *in iuventa*, R θ d r. *iuventa*, β. — *conchisque*, R^2. *concisisque*, R^1 d. — *iis*, β. — *evelli*, r. — *et ab—planities* om. d^1. — *videmus*, R d. *vidimus*, γ. — *ac*, d. — *inventa*, Dalec. — *conferentibus*, T d. — *Ceterum*, r.

§ 110. *vidit*, R θ. *videt*, d β γ. *sentit*, Dalec. Ceterum v. Isidor. ap. Athenaeum 3. p. 94. — *abscidat*, R d. — *iustiori*, d. — *in*, R d. *sed in*, β γ. — *marini canes*, Dalec.

§ 111. *singula*, R d. — *venustate*, Hard. coll. Aelian. hist. anim. 15, 8. — *velut*, d. — *capta illa*, codd. Barbari. — *obrutas*, R. *obruta*, d. *obrutis*, Dalec. γ. Sed plena interpunctione pone *includi* in minorem mutata nulla est opus coniectura. — *rosa*, R θ d. *erosa*, β γ.

§ 112. *mutare*, R θ T d. *mutari*, β. — *leviore*, R. *leviori*, d. — *promotis*, R d. — *diligentiae*, T d. — *nec*, d.

§ 113. *repertis*, R T d. *repertus*, β. — *Indicos*, R. *Indico////*, d. *Indico*, T. *Indicus*, β. — *squama*, codd. Hard. *squamas*, R d β. — *praecellentes*, R θ T d. *praecellens*, β. *praecellentibus*, Dalec. — *elenchos*, Barbar. *elencos*, R. *elenticos*, d.

pellant fastigata longitudine alabastrorum figura in pleniore orbe desinentis; hos digitis suspendere et binos ac ternos auribus feminarum gloria est. Subeunt luxuriae eius nomina 114
et taedia exquisita perdito nepotatu; siquidem cum id fecere crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant et conlisu ipso margaritarum; cupiuntque iam et pauperes lictorem feminae in publico unionem esse dictitantes. Quin et pedibus nec crepidarum tantum obstragulis sed totis socculis addunt; neque enim gestare iam margaritas, nisi calcent ac per uniones etiam ambulent, satis est. In nostro mari repe- 115
riri solebant, crebrius circa Bosporum Thracium, rufi ac parvi in conchis quas myas appellant; at in Acarnania quae vocatur pina gignit, quo adparet non uno conchae genere nasci. Namque et Iuba tradit Arabicis concham esse similem pectini insecto, hirsutam echinorum modo, ipsum unionem in carne, grandini similem. Conchae non tales ad nos adferuntur. Nec in Acarnania autem laudati reperiuntur, enormes et feri colorisque marmorei; meliores circa Actium, sed et hi parvi, et in Mauretaniae maritimis. Alexander polyhistor et Sudines senescere eos putant coloremque exspirare.

57. Eorum corpus solidum esse manifestum est, quod nullo 116
lapsu franguntur. Non autem semper in media carne reperiuntur sed aliis atque aliis locis, vidimusque iam in extremis etiam marginibus velut concha exeuntis et in quibusdam quaternos quinosque. Pondus ad hoc aevi semunciae pauci singulis scripulis excessere. In Britannia parvos atque decolores nasci certum est, quoniam divos Iulius thoracem quem

fastigata, R. *fatigata*, Td. *fastigiata*, β. — *vel alabastr. figura vel in*, Dalec. — *pleniore orbe*, R. *pleniori orbe*, d. *pleniorem orbem*, βγ.

§ 114. *Subeuntque*, θd. — *fastidia exquisito*, K. — *perdito nepotatu*, R (codd. Turneb. adv. 10, 9.) *perditione potatu*, θSTd. *perditis nepotatu*, K. *perditiore portatu*, β. — *fecerit*, d. — *colliso ipsi*, R. — *cupiuntque*, RTdr. *affectantque*, β. — *licitatorem*, Merula apud Barbar. (codd. Massar.?) — *dictitantes*, Rdr. *dictantes*, β. — *obstragulis*, R². *obstra*, R¹. *abstrahet*, d. — *et*, R. Om. d.

§ 115. *myas*, om. d¹. — *aut*, R. — *pina*, ita nos scripsimus; v. ad 32, 150. *penna*, Rdβγ. — *simili*, R. — *pectinis in senecta*, d. — *enormis*, R. — *et feri*, R¹θTdr. *fere*, codd. Massar. et Gel. β. *et fere*, R². — *concoloresque marmori*, codd. Massar. *marmoreique coloris*, Dalec. — *parvis*, R. *par////vi///*, d.

§ 116. *solidum*, om. R. — *frangantur*, Td. — *velut*, R. *veluti*, d. *velut e*, r. — *singuli*, Rd. — *scripulis*, R. *scrupulis*, dβγ. — *In Britannia*; haec cum seqq. exscripsit Solin. 53, 28. 29.

§ 117. *Gai*, R. *Caii*, dβγ. — *aut*, Rθdr. *ac*, β. — *vidi*, R. *viridis*, d. — *texto*, R. *textu*, dβγ. — *crinium*, Salmas. exerc. p. 826. a. C. *crinis*, Heins.

Veneri Genetrici in templo eius dicavit ex Britannicis margaritis factum voluerit intellegi.

58. Lolliam Paulinam quae fuit Gai principis matrona ne 117
serio quidem aut sollemni caerimoniarum aliquo adparatu sed
mediocrium etiam sponsalium cena vidi zmaragdis margari-
tisque opertam alterno texto fulgentibus toto capite, crinibus,
spira, auribus, collo, monilibus digitisque, quae summa qua-
dringentiens HS. colligebat, ipsa confestim parata mancu-
pationem tabulis probare; nec dona prodigi principis fuerant
sed avitae opes provinciarum scilicet spoliis partae. Hic est 118
rapinarum exitus, hoc fuit quare M. Lollius infamatus re-
gum muneribus in toto oriente interdicta amicitia a Gaio
Caesare Augusti filio venenum biberet, ut neptis eius qua-
dringentiens HS. operta spectaretur ad lucernas. Conputet
nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabricius
in triumphis tulerint, imaginetur illorum fercula, ex altera
parte Lolliam unam inperi mulierculam adcubantem: non
illos curru detractos quam in hoc vicisse malit? Nec haec 119
summa luxuriae exempla sunt. Duo fuere maxumi uniones
per omne aevom; utrumque possedit Cleopatra Aegypti re-
ginarum novissima, per manus orientis regum sibi traditos.
Haec, cum exquisitis cotidie Antonius saginaretur epulis,
superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix lautitiam
eius omnem adparatumque optrectans, quaerente eo quid
adstrui magnificentiae posset, respondit una se cena centiens
HS. absumpturam. Cupiebat discere Antonius, sed fieri posse 120
non arbitrabatur; ergo sponsionibus factis postero die quo

adv. p. 411. — *spira*, R θ T d r (codd. Bud. de asse p. 172.) *spiris*, β. — *colli*, Salmas. — *monilibus*, R θ S T d r. *manibus*, Barbar. β. — *digitisque*, R d. *digitis*, S T. — *quae*, om. d. — *ipsa—parata*, R. *ipsa—parata*'', d. *ipsa—parari*, θ. *ipsam—paratam*, β, quod probat Dirksen. *vermischte Schriften* 1, 81. — *mancupationem*, R θ T d. *nuncupationem*, β, quod ego, quia de hereditate, non de emptione sermo est (v. Gaii institutt. 2, 104.), cum Alciato parerg. 2, 32., Torrentio ad Suet. Calig. 38. et Dirksenio l. l. p. 85. praefero. *aucupationem*, codd. Bud. de asse p. 172. *aucupationem tribulis* ex ed. princ. praefert Schmidt. in ephem. litter. Ienens. 1842. nr. 232. p. 958., vulgatam vero scripturam Schulting. in iurisprud. anteiustinianea ad Ulpiani fragmm. XIX. 1, 3.

§ 118. *M.*, R². Omitt. R¹d. — *a ḡ*, R. *agu*'', d. — *Caesaris*, d¹. — *Augusto*, R d. — *biberet*, R². *voberet*, R¹. *voveret*, d. — *ex*, R d. *et ex*, βγ. — *imperatori*, Dalec. — *illis currus*, K. — *defractos quam huius CCCC HS. malit*, Pint. At v. Turneb. adv. 10, 9. — *mallit*, R.

§ 119. *posset*, R θ d. *possit*, β. Ceterum haec exscripsit Macrob. Saturn. 2, 13. — *centies HS.*, omitt. R d. — *adsumturam*, R.

iudicium agebatur magnificam alias cenam, ne dies periret,
sed cotidianam Antonio adposuit inridenti conputationem-
que expostulanti. At illa corollarium id esse et consumptu-
ram eam cenam taxationem confirmans solamque se centiens
HS. cenaturam inferri mensam secundam iussit. Ex prae-
cepto ministri unum tantum vas ante eam posuere aceti cu-
ius asperitas visque in tabem margaritas resolvit. Gerebat 121
auribus cum maxume singulare illud et vere unicum naturae
opus; itaque exspectante Antonio quidnam esset actura de-
tractum alterum mersit ac liquefactum obsorbuit. Iniecit al-
teri manum L. Plancus iudex sponsionis eius, eum quoque
paranti simili modo absumere, victumque Antonium pronun-
tiavit omine rato. Comitatur fama unionis eius parem capta
illa tantae quaestionis victrice regina dissectum, ut esset in
utrisque Veneris auribus Romae in Pantheo dimidia eo-
rum cena.

59. Non ferent hanc palmam spoliabunturque etiam luxu- 122
riae gloria. Prior id fecerat Romae in unionibus magnae
taxationis Clodius tragoedi Aesopi filius relictus ab eo in
amplis opibus heres, ne triumviratu suo nimis superbiat An-
tonius paene histrioni conparatus et quidem nulla sponsione
ad hoc producto, quo magis regium fiat, sed ut experiretur
in gloria palati quidnam saperent margaritae, atque ut mire
placuere, ne solus hoc sciret, singulos uniones convivis quo-
que absorbendos dedit. Romae in promiscum ac frequentem 123

§ 120. *id*, Rd. *quidem*, r. — *et consumpturam eam coenam*, R θ d r (cod. Ursini apud Ciaccon. tricl. p. 88.) *consumpturamque se ea coena*, β. — *se centiens*, R. *sectiens se*, d. *sexcenties*, β.

§ 121. *obsorbuit*, Rd. *absorbuit*, Hard. — *parante*, Gesner. chrestom. p. 423. Multa h. l. mutat Pint. — *omine rato*, R θ d (codd. Turn. adv. 15, 10.) *homine rato*, T. *homine irato*, β. *omine ei rato*, Ursin. l. l. — *Comitatur*, RTd. *Committatur*, θ. *Comitetur*, β. — *victrice*, Rd. *victa*, K. — *utriusque*, R θ T.

§ 122. *ferent*, d. *fecerent*, R[1]. *fecerunt*, R[2]. — *hanc*, Rd. *tamen hanc*, βγ. — *etiam*, om. d[1]. — *gloriae*, R. — *Claudius*, d. — *tragoedie sophi*, R. — *ne*, R θ STdr (codd. Bud. de asse p. 279. et Turnebi.) *ne in*, β. — *superbia attonitus*, d. — *quo magis*, R θ Tdr (codd. Turnebi.) *quod id magis*, β. — *regium*, RTd. *refugium*, θ r (codd. Turnebi.) — *fiat*, R θ Tdr (codd. Turnebi.) *erat*, β. — *quidnam*, Td[2]. *quidam*, Rd[1]. *quid*, βγ. — *margarita*, Rd. — *ne*, om. d. — *conviviis*, R. — *quoque*, R θ Td. Om. β.

§ 123. *promiscum*, R. *promiscuum*, dβγ. — *a*, R. — *Alexandreā—reaactā*, R. *Alexandria"—redacta"*, d. — *deditionem*, β. — *circa*, om. d. — *Iugurthinum bellum*, Rd. — *imp$\overset{o}{u}$ni cum*, R. *in punicum*, d. Haec verba esse corrupta docent

usum venisse Alexandrea in dicionem redacta, primum autem coepisse circa Sullana tempora minutas et vilis Fenestella tradit manifesto errore, cum Aelius Stilo Iugurthino bello unionum nomen inpositum maxume grandibus margaritis prodat.

60. Et hoc tamen aeternae prope possessionis est, sequitur 124
heredem, in mancipatum venit ut praedium aliquod; conchylia et purpuras omnis hora atterit, quibus eadem mater luxuria paria paene etiam margaritis pretia fecit. XXXVI. Pur- 125
purae vivont annis plurumum septenis, latent sicut murices circa canis ortum tricenis diebus, congregantur verno tempore mutuoque attritu lentorem cuiusdam cerae salivant; simili modo et murices, sed purpurae florem illum tinguendis expetitum vestibus in mediis habent faucibus. Liquoris 126
hic minumi est in candida vena, unde pretiosus ille bibitur, nigrantis rosae colore sublucens; reliquom corpus sterile. Vivas capere contendunt, quia cum vita sucum eum evomunt; et maioribus quidem purpuris detracta concha auferunt, minores cum testa vivas frangunt, ita demum eum exspuentis. Tyri praecipuus hic Asiae, in Meninge Africae 127
et Gaetulo litore oceani, in Laconica Europae. Huic fasces securesque Romanae viam faciunt idemque pro maiestate pueritiae est; distinguit ab equite curiam, dis advocatur placandis omnemque vestem inluminat, in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata et purpurae sit insania; sed

codicum scripturae, e quibus colligo Plinium tale quid scripsisse: *Iugurthinum bellum — imposuisse.* — *grandius*, d.

§ 124. *prope aeternae*, d. — *hora*, Gesner. hist. anim. 4, 534. et Freinshem. ad Curt. V. 9, 4. *horas*, Rd. *ora*, β. — *etiam*, R. *et*, θ. *e*, d.

§ 125. *senis*, Pint. ex Aristot. hist. anim. 5, 15. p. 547^b 9. — *circa*, om. R^1. *contra*, r. V. Aristotel. l. l. 8, 13. p. 599^a 17. — *mutuumque*, Rθd. — *attritum*, R^2d. *attrito*, R^1. — *et*, om. T. — *florem*, v. Aristotel. l. l. 5, 15. p. 547^a 15.

§ 126. *Liquoris nimirum est*, Dalec. — *nigricantis rosae color*, Dalec. — *vita*, RTd (codd. Massar. et Gel.) *vita sua*, r. — *concha*, om. R^1. — *cum testa*, Hard. *cum testis*, Pint. *cum terra*, RθSTd. *trapetis*, β. Probavit Harduini emendationem Schneider. ad Aristotel. hist. anim. l. l. p. 547^a 22. T. II. p. 312. — *vivas*, Hard. Rd. *vitis*, ST. *vilis*, θ. Om. β. — *eum*, Rd^2. Om. d^1. *rorem eum*, βγ. — *exspuentes*, RθTd. *excipientes*, β cum sequentibus iungens.

§ 127. *Tyrii*, dβ ad priora referens. — *in Meninge*, Barbar. *menige*, R^1d. *minimus*, R^2. — *Hinc*, K. Omitt. Rd. — *fasces ut securesque*, Rd. Ex his vestigiis codicum, omisso pronomine *huic*, quod librariis deberi videtur, scribendum puto: *Fasces illi securesque*, sensu eodem, qualis est ex vulgata scriptura. — *Romanam*, d. — *maiestate imperii est*, Barbar.

unde conchyliis pretia, quis virus grave in fuco, color auste-
rus in glauco et irascenti similis mari? Lingua purpurae 128
longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchy-
lia; tanta duritia aculeo est. Aquae dulcedine necantur et
sicubi flumen inmergitur; alioqui captae et diebus quinqua-
genis vivont saliva sua. Conchae omnes celerrime crescunt,
praecipue purpurae; anno magnitudinem inplent.

61. Quod si hactenus transcurrat expositio, fraudatam pro- 129
fecto se luxuria credat nosque indiligentiae damnet; quam-
obrem persequemur etiam officinas ut tamquam in victu fru-
gum noscitur ratio sic omnes qui istis gaudent praemia vitae
suae calleant. Concharum ad purpuras et conchylia — ea-
dem enim est materia, sed distat temperamento — duo sunt
genera: bucinum minor concha ad similitudinem eius qua
bucini sonus editur, unde causa nomini, rotunditate oris in
margine incisa. Alterum purpura vocatur cuniculato procur- 130
rente rostro et cuniculi latere introrsus tubulato, qua prose-
ratur lingua; praeterea clavatum est ad turbinem usque
aculeis in orbem septenis fere qui non sunt bucino, sed
utrisque orbes totidem quot habeant annos. Bucinum nonnisi
petris adhaeret circaque scopulos legitur.

XXXVII. Purpurae nomine alio pelagiae vocantur. Ea- 131
rum genera plura pabulo et solo discreta: lutense putre limo
et algense enutritum alga, vilissimum utrumque; melius tae-
niense in taeniis maris collectum, hoc quoque tamen etiam-
num levius atque dilutius; calculense appellant a calculo

§ 128. *est aculeo*, d. Ceterum v. Aristotel. hist. anim. 5, 15. p. 547^b 6. et part. anim. 2, 17. p. 661^a 21. — *Aquae*, R. *Aqua*, dβ. — *dulcedine*, d. *dulcedi*, R. *dulci*, β. — *canitur*, d. — *flumini immerguntur*, K. V. Aristotel. hist. anim. 8, 20. p. 603^a 13. — *et*, Rd. Omitt. $\beta\gamma$.

§ 129. *nosque—damnet* om. d[1]. — *viam quam*, Rd. — *victu*, RθTdr. *vita*, $\beta\gamma$. — *praemia*, d. *praemio*, Rθr. — *purpurea et conchyliata*, K. — *enim*, RTd. *quidem*, β. — *sunt*, om. d. — *maior*, Rondelet. de piscc. p. 131. — *eius qua buccini*, R. *eius qua buccine*, Td. *eius buccini quo*, β. — *unde*, Rd. *unde et*, $\beta\gamma$.

§ 130. *cuniculato*, ita nos scripsimus. *caniculato*, RθTd. *cuniculatim*, Barbar. $\beta\gamma$. *canaliculatim*, r (codd. Barbari.) *claviculatim*, altera Barbari coniectura, K. — *et—intror* om. d. — *caniculi*, R. *canaliculi*, r (codd. Barbari.) *canicula*, θ. — *itinere*, Dalec. — *proseratur*, R. *proferatur*, d$\beta\gamma$. — *clavata*, Dalec. — *utriusque*, d. V. Aristot. hist. anim. 5, 15. p. 547^b 8. — *adhaeret petris*, d.

§ 131. *putre*, Td. *e putre*, R. *putri*, $\beta\gamma$. — *utrumque*, RTd. *utrisque*, β. — *taeniense*, Rd. *Teniense*, β. — *taeniis*, Turneb. adv. 9, 5. *tenaei*, R. *tenii*, d.

maris mire aptum conchyliis, et longe optumum purpuris
dialutense id est vario soli genere pastum. Capiuntur autem 132
purpurae parvolis rarisque textu veluti nassis in alto iactis;
inest iis esca clusiles mordacesque conchae, ceu mitulos vi-
demus; has seminecis sed redditas mari avido hiatu revi-
viscentis adpetunt purpurae porrectisque linguis infestant;
at illae aculeo exstimulatae claudunt sese conprimuntque mor-
dentia; ita pendentes aviditate sua purpurae tolluntur.

XXXVIII. 62. Capi eas post canis ortum aut ante ver- 133
num tempus utilissimum, quoniam cum cerificavere fluxos
habent sucos; sed id tinguentium officinae ignorant, cum
summa vertatur in eo. Eximitur postea vena quam diximus,
cui addi salem necessarium, sextarios ferme centenas in li-
bras; macerari triduo iustum, quippe tanto maior vis, quanto
recentior; fervere in plumbo singulasque amphoras centenas
ad quingentenas medicaminis libras aequari ac modico va-
pore torreri et ideo longinquae fornacis cuniculo. Ita despu- 134
matis subinde carnibus, quas adhaesisse venis necesse est,
decumo ferme die liquata cortina vellus elutriatum mergitur
in experimentum et donec spei satis fiat uritur liquor. Ru-
bens color nigrante deterior. Quinis lana potat horis rursus-
que mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. Bu-
cinum per se damnatur, quoniam fucum remittit; pelagio
admodum adligatur nimiaeque eius nigritiae dat austeritatem
illam nitoremque qui quaeritur cocci. Ita permixtis viribus 135
alterum altero excitatur aut adstringitur. Summa medicami-

tenei, θr (codd. Turnebi.) *Tenarii*, codd. Barbari. *Tenei*, β. — *maris*, Rθdr (codd. Turnebi.) *maris ora*, codd. Barbari, β. — *etiam*, Td. — *calculense*, Hard. *cauculese*, R^{1}. *cauculose*, R^{2}. *cauculosae*, d. *calculosae*, β. — *appellant*, ita nos scripsimus. *appellant̃*, R. *appellantur*, dβ. *appellatur*, γ. — *mari*, R. *mare*, Td. — *aptum*, RTd (codd. Turnebi.) *apto*, β. — *optime*, Dalec. — *dialucense*, Rd (codd. Turn. et Salmas. exerc. p. 797. b. B.) — *pastu*, r.

§ 132. *in iis*, β. — *mutilos*, β. — *mordentes*, Dalec.

§ 133. *cerificavere*, RθKTd. *retificavere*, r. *fetificavere*, β. V. Aristotel. hist. anim. 5, 15. p. 547^{a} 20. — *fluxus*, Rd. — *diximus* § 126. — *saltem*, d^{2}. *salutem*, Rd^{1}. — *centenas in libras*, Rd. *in libras centenas*, βγ. — *tanto maior vis*, Rdr. *maior vis tanto*, β. — *singulisque aquae amphoris*, β. — *ad*, Hard. *at*, T. *atque*, Rdβ. — *quingentenas*, RTd. *quinquagenas*, β. — *aquari*, Dalec.

§ 134. *adhaesisse*, RθTd. *hausisse*, K. *haesisse*, β. — *liquatis in cortina*, K. — *Rubens*, Barbar. Rd. *Rubeus*, T (codd. Barbari.) — *colore*, Td. — *remittat*, d. — *ad modum*, Dalec. *admotum*, Salmas. exerc. p. 797. a. F. non improbante Handio Tursell. 1, 178. — *alligatur*, RTd. *alligantur*, β.

*

num in L libras vellerum bucini ducenae, et e pelagio CXI. Ita fit amethysti color eximius ille. At Tyrius pelagio primum satiatur inmatura viridique cortina; mox permutatur in bucino. Laus ei summa in colore sanguinis concreti nigricans adspectu idemque suspectu refulgens, unde et Homero purpureus dicitur sanguis.

XXXIX. 63. Purpurae usum Romae semper fuisse video, 136
sed Romulo in trabea; nam toga praetexta et latiore clavo Tullum Hostilium e regibus primum usum Etruscis devictis satis constat. Nepos Cornelius qui divi Augusti principatu obiit, „me", inquit, „iuvene violacea purpura vigebat cuius libra denariis centum venibat, nec multo post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria quae in libras denariis 137
mille non poterat emi; hac P. Lentulus Spinther aedilis curulis primus in praetexta usus inprobabatur, qua purpura quis non iam", inquit, „tricliniaria facit?" Spinther aedilis fuit urbis conditae anno DCXCI. Cicerone consule. Dibapha tunc dicebatur quae bis tincta esset, veluti magnifico inpendio, qualiter nunc omnes paene commodiores purpurae tinguntur.

64. In conchyliata veste cetera eadem sine bucino, prae- 138
terque ius temperatur aqua et pro indiviso humani potus excremento; dimidia et medicamina adduntur. Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata tantoque dilutior, quanto magis vellera esuriunt.

XL. Pretia medicamento sunt quidem pro fertilitate lito-

§ 135. *L*, Hard. Omitt. Rdβ. — *ducenae*, d. *ducena*, R. *ducenta*, β. — *et e pelagio*, ita nos scripsimus. *pelagio*, r. *& epalatio* (he s), R. *te palatio*, d. *pelagii*, $\beta\gamma$. — *CX*, Hard. — *fiat*, d. — *colos*, d. — *Ac*, d. — *in colore*, RθTd. *color*, β. — *idemque suspectu*, om. d[1]. *suspectum*, Barbar. — *et*, om. β. — *Homero*, Iliad. ρ, 360.

§ 136. *trabeana. Toga*, d.

§ 137. *improbatur*, r. — *tricliniaria*, R. *triclinaria*, dβ. — *Spinther — tinguntur* ut suppositicia delet Schott. ad Corn. Nep. fragm. 8, 6. — *annis*, R[2]. — *DCXCI.*, Hard. et ante eum Pigh. annal. 3, 323., qui mero, ut videtur, errore calami *DCXC.* scripsit, chronologiae Plinianae perquam peritus. *DC.*, RθTd. *DCC.*, β. Add. Clinton. fastt. Hellen. 3, 173.

§ 138. *concylia*, R. — *temperatur aqua*, Rd (codd. Gel.) *temperatura et quae*, codd. Turn. adv. 9, 5. — *et pro indiviso*, RTd. *pro inviso*, S (codd. Gel.) *pro improviso*, β. Varia mutant Turneb. et Dalec.; at v. Salmas. ad Tertull. pall. p. 188. — *et*, R (codd. Gel.) Om. d. — *dilutior*, RS. *dilucidior*, Td. — *viliora*, R (ex corr.) *viriola*, d. — *centenas*, RθTd. Om. β. — *quingentos*, Salmas. exerc. p. 797. a. E. — *buccinos*, R[1]d. — *sciant centenos*, d. — *immensos*, d.

rum viliora, non tamen usquam pelagii centenas libras quinquagenos nummos excedere et bucini centenos sciant qui ista mercantur inmenso.

65. Sed alia e fine initia, iuvatque ludere inpendio et lu- 139
sus geminare miscendo iterumque et ipsa adulterare adulteria naturae, sicut testudines tinguere, argentum auro confundere ut electra fiant, addere his aera ut Corinthia.

XLI. Non est satis abstulisse gemmae nomen amethystum;
rursum absolutum inebriatur Tyrio ut sit ex utroque nomen
inprobum simulque luxuria duplex, et cum confecere con-
chylia transire melius in Tyrium putant. Paenitentia hoc 140
primum debet invenisse, artifice mutante quod damnabat;
inde ratio nata, votum quoque factum e vitio portentosis in-
geniis et gemina demonstrata via luxuriae, ut color alius
operiretur alio suavior ita fieri leniorque dictus, quin et ter-
rena miscere coccoque tinctum Tyrio tinguere ut fieret hysgi-
num. Coccum Galatiae rubens granum, ut dicemus in ter- 141
restribus, aut circa Emeritam Lusitaniae in maxuma laude est. Verum ut simul peragantur nobilia pigmenta, anniculo grano languidus sucus, idem a quadrimo evanidus; ita nec recenti vires neque senescenti. Abunde tractata est ratio, qua se virorum iuxta feminarumque forma credit amplissimam fieri.

XLII. 66. Concharum generis et pina est; nascitur in 142
limosis subrecta semper nec umquam sine comite quem pinotheren vocant, alii pinophylacem, id est squilla parva;

§ 139. *Et*, d. — *alia e fine*, R. *aliae finem*, d (codex Salmas.) *alia sunt e fine*, codd. Gel. β. *Nec habent finem vitia*, K. — *iterumque*, R θ T d (codd. Salmas.) *iterum*, codd. Gel. β. — *absolutum*, R θ T d. *absolutus*, β. *ablutus*, Dalec. — *improbum Tyriamethystus*, K. — *luxuria*, Barbar. d. *luxurie*, R.

§ 140. *primum*, R. *primo*, θ T d. — *invenisse*, R. *invenire*, T d. — *artificem ut quod ante*, d. — *ratio*, R θ T d r. *ratio est*, K. *ratione*, β. — *ingenuus*, d. — *ut*, R. *haud*, d. — *operiatur*, d. — *quin*, om. d. — *hysginum*, Bud. de asse p. 243. *hisginum*, R. *his schynum*, d. *his schymum*, codd. Budaei. *byssinum*, codd. Massar. *bis byssinum*, Barbar. K.

§ 141. *granum*, vir doctus apud Barbar. *gram̄*, R. *gramen*, θ T d r. — *dicemus* 16, 32. 22, 3. 24, 8. — *peraguntur*, R. — *grano*, R. *gramini*, θ T d r. — *habundet*, d. — *amplissimam fieri*, om. R[1].

§ 142. *pina*, ita nos scripsimus. *pinna*, R d β γ. — *subiecta*, r. At v. Aristotel. hist. anim. 5, 15. p. 547^b 15. — *pinotheren*, R. *pinnotheren*, d. *pinnoterem*, β γ. — *pinophylacem*, R. *pinnophylacem*, d β γ. De scribendi ratione v. ad 32, 150. — *id*, R θ d. *Is*, β γ. — *squilla*, Barbar. *chilla*, R d.

aliubi cancer dapis adsectator. Pandit se pina luminibus orbum corpus intus minutis piscibus praebens; adsultant illi protinus et ubi licentia audacia crevit inplent eam. Hoc tempus speculatus index morsu levi significat; illa conprehenso quidquid inclusit exanimat partemque socio tribuit.

67. Quo magis miror quosdam existumasse aquatilibus 143
nullum inesse sensum. Novit torpedo vim suam ipsa non torpens versaque in limo se occultat piscium qui securi supernatantes optorpuere conripiens; huius iecori teneritas nulla praefertur. Nec minor sollertia ranae quae in mari piscatrix vocatur; eminentia sub oculis cornicula turbato limo exserit, adsultantibus pisciculis detrahens, donec tam prope accedant ut adsiliat. Simili modo squatina et rhombus abditi 144
pinnas exsertas movent specie vermiculorum, itemque quae vocantur raiae. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntis radio quod telum est ei figens; argumenta sollertiae huius, quod tardissimi piscium hi mugilem velocissimum omnium habentes in ventre reperiuntur.

XLIII. Scolopendrae terrestribus similes quas centipedes 145
vocant hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant, deinde resorbent. At volpes marinae simili in periculo glutiunt amplius usque ad infirma liniae quae facile praerodant; cautius qui glanis vocatur aversos mordet hamos nec devorat sed esca spoliat.

aliubi, R. *alibi*, d$\beta\gamma$. — *pandisse*, d. — *pina*, R². *pila*, R¹d. *pinna*, $\beta\gamma$. — *conpraehenso*, R. *conprehensio*, Td. *ore compresso*, β. *compressu*, θKγ. *compressa*, Pint. — *inclusit*, RθKd. *incluserit*, r.

§ 143. *versaque*, Pellicer. R. *mersaque*, d$\beta\gamma$. Ceterum haec omnia Plin. sumpsit ex Aristot. hist. anim. 9, 37. — *supernatantes*, Rθd. *natantes*, r. — *nulli*, d. — *terebrato*, Petav. apud Broter. — *adsultantibus pisciculis*, RT. *adsultantibus pisciculos*, d. *assultantes pisciculos*, $\beta\gamma$. — *detrahens*, R². *pertrahens*, R¹TKdγ. *attrahens*, β. *συγκατάγει*, Aristotel. hist. anim. 9, 37. p. 620^b 18. — *tam*, om. d. — *assiliant*, θ.

§ 144. *squatina*, R. *et quatina*, d. — *additi*, d. — *quae*, omitt. Td. — *vocantur raiae*, RθTd. *vocatur raia*, β. — *radium*, d. — *huius*, om. d¹. — *vel velocissimum*, β.

§ 145. *qua nascenti pedes*, d. — *marinae*, om. r. Ceterum v. Aristotel. hist. anim. 9, 37. p. 621^a 6. — *infima*, Gesner. hist. anim. 4, 1045., K. V. Aristotel. l. l. p. 621^a 12. — *quam*, T. *qua*, Hard. — *cautius*, d (codd. Massar. et Gel.) *Clautius*, R. *Glanius* vel *Glaucus*, Barbar. *Cestreus*, Pint. Aristotel. l. l. p. 621^b 2. rem aliter narrat. — *qui*, Rd (codd. Gel.) *qui et*, codd. Massar. Idem vel *et qui* legit Barbar. V. Gesner. l. l. 4, 385. 388. — *mugil a nobis voc.*, Pint. — *aversus*, Td. — *celato*, d.

XLIV. Grassatur aries ut latro et nunc grandiorum navium in salo stantium occultatus umbra si quem nandi voluptas invitet exspectat, nunc elato extra aquam capite piscantium cymbas speculatur occultusque adnatans mergit.

XLV. 68. Equidem et his inesse sensum arbitror quae 146
neque animalium neque fruticum sed tertiam quandam ex utroque naturam habent, urticis dico et spongeis. Urticae noctu vagantur noctuque mutant; carnosae frondis his natura et carne vescuntur; vis pruritu mordax eademque quae terrestris urticae; contrahit ergo se quam maxume rigens ac praenatante pisciculo frondem suam spargit conplectensque devorat. Alias marcenti similis et iactari se passa fluctu al- 147
gae vice contactos piscium attrituque petrae scalpentis pruritum invadit. Eadem noctu pectines et echinos perquirit; cum admoveri sibi manum sentit colorem mutat et contrahitur; tacta uredinem mittit paulumque si fuit intervalli absconditur. Ora ei in radice esse traduntur, excrementa per summa tenui fistula reddi.

69. Spongearum tria genera accepimus: spissum ac prae- 148
durum et asperum; tragos id vocatur, spissum et mollius manos, tenue densumque ex quo penicilli Achillium. Nascuntur omnes in petris, aluntur conchis, pisce, limo. Intellectum inesse his adparet, quia ubi avolsorem sensere contractae multo difficilius abstrahuntur; hoc idem fluctu pulsante faciunt. Vivere esca manifesto conchae minutae in his repertae

§ 146. *Et quidem*, d. — *in his*, d. — *neque — fruticum*, R. *neque anim. nec frut.*, d. *neque frut. neque anim.*, r. — *tertiam quandam*, Rr. *tertia quadam*, θd. *tertiam*, β. — *utraque*, θd. — *natura*, θd. — *habentur*, θ. — *spongeis*, Rd (ubique.) *spongiis*, βγ. — *aguntur*, a. *aluntur*, Hard. V. Aristot. hist. anim. 1, 1. p. 487ª 23ᵇ. 11. 4, 6. p. 531ª 31. 5, 16. p. 548ª 24. et part. anim. 4, 5. p. 681ª 35. — *mutant*, RθTdr. *mutantur*, β. — *frondis his*, R. *frondis us*, d[1]. *frondibus*, d[2]. *frondes ii*, codd. Massar. — *naturae*, d. — *ut carne vescantur*, r (codd. Massar.) — *se eademque*, d.

§ 147. *marcentis*, Rθd. — *simili*, R[1]. — *contactos*, Barbar. d. *contractos*, RTθ. — *piscium*, RθTd. *pisces*, βγ. — *attrituque*, d. *attrique*, R[1]. *attritumque*, R[2]. — *petras scalp. ob pruritum*, Dalec. — *perqua"frit*, d. — *cum*, Rr. *eu"*, d. *dum*, βγ. — *tacta*, R. *Tracta*, θTd. — *paululumque*, Td. — *fuit*, R. *fuerit*, Tdr. — *Os — traditur*, Dalec. — *et*, Rd. — *radice*, R. *radices*, θTd. V. Aristotel. hist. anim. 8, 2. p. 590ª 27.

§ 148. *accepimus*, Rθ. *accipimus*, dβ. V. Aristot. hist. anim. 5, 16. p. 548ª 32. — *spissum et moll.*, Rθd. *minus spissum et moll.*, β. Verba *spissum — tenue* om. T. — *manos*, R[1]θd. *manu*, R[2]. *manon*, βγ. — *Achillium*, Rd. *Achilleum*, βγ. — *pisci*, d.

ostendunt; circa Toronen vesci illis avolsas etiam aiunt et
ex relictis radicibus recrescere. In petris cruoris quoque in- 149
haeret color, Africis praecipue quae generantur in Syrtibus.
Maxumae fiunt manoe sed mollissimae circa Lyciam, in
profundo autem nec ventoso molliores, in Hellesponto aspe-
rae et densae circa Maleam. Putrescunt in apricis locis, ideo
optumae in gurgitibus. Viventibus idem qui madentibus ni-
gricans colos. Adhaerent nec parte nec totae; intersunt enim 150
fistulae quaedam inanes quaternae fere aut quinae, per quas
pasci existumantur; sunt et aliae sed superne concretae;
et subesse membrana quaedam radicibus earum intellegitur.
Vivere constat longo tempore. Pessumum omnium genus est
earum quae aplysiae vocantur, quia elui non possunt, in qui-
bus magnae sunt fistulae et reliqua densitas spissa.

XLVI. 70. Canicularum maxume multitudo circa eas uri- 151
nantis gravi periculo infestat. Ipsi ferunt et nubem quandam
crassescere super capita animalium planorum piscium simi-
lem, prementem eos arcentemque a reciprocando, et ob id
stilos praeacutos liniis adnexos habere sese, quia nisi per-
fossae ita non recedant, caliginis et pavoris, ut arbitror, opere;
nubem enim et nebulam, cuius nomine id malum appellant,
inter animalia haud ullam conperit quisquam. Cum caniculis 152
atrox dimicatio; inguina et calcis omnemque candorem cor-
porum adpetunt. Salus una in adversas eundi ultroque ter-
rendi; pavet enim hominem aeque ac terret, et sors aequa
in gurgite. Ut ad summa aquae ventum est, ibi periculum

Toronen, Rd. *Toronem*, γ. — *nasci*, Cornar. ad Dioscor. 5, 102.

§ 149. *manoe*, R. *mantiae*, d. *manae*, Barbar. βγ. — *optime*, β. — *idem qui*, Rθ. *idemque*, Tdr. *itemque*, Barbar. — *madentibus*, Rd. *mandentibus*, θrβ. *non madentibus*, Pontedera antiquitt. p. 613. ex Aristot. hist. anim. 5, 16. p. 548 b 29. *ἄπλυτοι*, quod probat Schneider. T. II. p. 333. — *colos*, R. *color*, dβγ.

§ 150. *Adhaerens*, Rd. — *Vivere — tempore pessimum omnium genus earum, quae* rel., Hard., quod probat Schneider. ad Aristot. hist. anim. 5, 16. p. 549 a 7. T. II. p. 334. — *aplyciae*, R. *aplitiae*, d. — *flui*, R. *fluvii*, d.

§ 151. *maxima*, T. — *multitudo — infestat*, RθSTdr. *multitudine — infestantur*, β. — *Ipsis*, K. — *quandam animalium crass.*, Pint. r. — *animalium*, STd. *animali*, R. Om. β. — *quorundam piscium*, K. — *eas*, Dalec. — *et*, om. d. — *praeacuto*, R. — *lignis*, K. — *nihil*, d. — *recedent*, d[1]. — *haud pavore sed caligine ut arbitror opertae*, Dalec. — *ulla*, Rθd. *ultra*, r.

§ 152. *Cum*, R (ex corr.) *Et*, d. *At*, Tr. *Ut*, θ. *Haec cum*, K. *At cum*, βγ. — *candorum*, R. — *ultroque*, d. *utroque*, R[1]. *in utroque*, R[2]. — *frons*, R. *infrons*, θTd. — *in*, om. d[1]. — *aeque*, R. — *emergere*, R[2]. *remergere*, R[1]d. —

anceps adempta ratione contra eundi dum conetur emergere,
et salus omnis in sociis; funem illi religatum ab umeris eius
trahunt; hunc dimicans ut sit periculi signum laeva quatit,
dextera adprehenso stilo in pugna est; modicus alias tractatus.
Ut prope carinam ventum est, nisi praeceleri vi repente 153
rapiat, absumi spectant; ac saepe iam subducti e manibus
auferuntur, si non trahentium opem conglobato corpore in
pilae modum ipsi adiuvere. Protendunt quidem tridentis
alii; sed monstro sollertia est navigium subeundi atque ita
e tuto proeliandi. Omnis ergo cura ad speculandum hoc
malum insumitur.

XLVII. Certissima est securitas vidisse planos piscis qui numquam sunt ubi maleficae bestiae, qua de causa urinantes sacros appellant eos.

71. Silicea testa inclusis fatendum est nullum esse sen- 154
sum ut ostreis. Multis eadem natura quae frutici, ut holothuriis, pulmonibus, stellis, adeoque nihil non gignitur in mari, ut cauponarum etiam aestiva animalia pernici molesta saltu aut quae capillus maxume celat exsistant et circumglobata escae saepe extrahantur, quae causa somnum piscium in mari noctibus infestare existumatur; quibusdam vero ipsis innascuntur, quo in numero chalcis accipitur.

XLVIII. 72. Nec venena cessant dira, ut in lepore qui 155
in Indico mari etiam tactu pestilens vomitum dissolutionemque stomachi protinus creat, in nostro offa informis, colore

ab humeris, R. *ad humeros*, Td. — *tradunt*, T. — *sit*, R^{2}. *si*, R^{1}d. — *dextera*, Rd. *dextra*, βγ. — *tractatus*, RθTdr. *tractus*, βγ.

§ 153. *rapiat*, Td. *rapiant*, β. In R Ian. dicit videri esse *rapuit*, quod, si vere esset, ego praeferrem. — *spectant*, R. *spectat*, Td. — *ope*, d. — *adiuvere*, R. *adiuvare*, d. *adiuverit*, K. V. Aristotel. hist. anim. 9, 48. p. 631^{a} 30. — *Protendant*, d. — *tridentes alii*, *sed*, R (codd. Massar.) *tridentis aliis*, *et*, d. — *depeculandum*, r. — *planos*, R^{2}. *plano*, R^{1}. *plane*, d. *anthias*, Pint. ex Aristot. hist. anim. 9, 37. p. 620^{b} 33. — *qui*, R. *quia*, dβγ. — *de*, RθTd. Om. β.

§ 154. *Silicea testa*, Rd. *Scilicet testa*, r. *Scilicet a testa*, θ. — *sensum*, om. R^{1}. — *holotyris*, d. *olotyriis*, R. *olothris*, θ. V. Aristotel. part. anim. 4, 5. p. 861^{a} 17. — *cauponarum*, codd. Hard. *cāponarum*, R. *camponarum*, d. *campo. Nam*, K. *conopeorum*, Scaliger ad Propert. p. 246. *conoparum*, Rutgers. var. lect. 3, 9. At v. Torrent. ad Horat. epod. 9, 16. De re v. Aristotel. hist. anim. 4, 10. p. 537^{a} 5. — *aut*, R^{2}Td. *ut*, R^{1}θ. *et*, Pint. βγ. — *et*, d. Om. R. — *circumglobat escae*, R. *circumglobate*, d. *esca*, θ, de cuius prioris vocis scriptura siletur. — *extrahantur*, R. *extrahuntur*, dβ. — *somnium*, r. — *innoscuntur*, Rd. V. Aristotel. hist. anim. 8, 20. p. 602^{b} 28.

§ 155. *pestilens tactu*, d.

tantum lepori similis, in Indis et magnitudine et pilo duriore tantum; nec vivos ibi capitur. Aeque pestiferum animal araneus spinae in dorso aculeo noxius, sed nullum usquam exsecrabilius quam radius super caudam eminens trygonis quam nostri pastinacam appellant, quincunciali magnitudine; arbores infixus radici necat, arma ut telum perforat vi ferri et veneni malo.

XLIX. 73. Morbos universa genera piscium ut cetera 156
animalia etiam fera non accipimus sentire; verum aegrotare singulos manifestum facit aliquorum macies, cum in eodem genere praepingues alii capiantur.

L. 74. Quonam modo generent, desiderium et admiratio 157
hominum differri non patitur. Pisces attritu ventrium coeunt tanta celeritate ut visum fallant, delphini et reliqua cete simili modo et paulo diutius. Femina piscis coitus tempore marem sequitur ventrem eius rostro pulsans; sub partu mares feminam similiter ova vescentes earum. Nec satis est generationi per se coitus, nisi editis ovis interversando mares vitale adsperserint virus; non omnibus id contingit ovis in tanta multitudine; alioqui replerentur maria et stagna, cum singuli uteri innumerabilia concipiant.

LI. Piscium ova in mari crescunt, quaedam summa ce- 158
leritate, ut murenarum, quaedam paulo tardius. Plani piscium, quibus cauda non obest aculeique, et testudines in coitu superveniunt, polypi crine uno feminae naribus adnexo, saepiae

nec, R. Omitt. TKd. — *Atque*, d. — *sed nihil usquam*, Dalec. — *quin conchilia*, T. — *radicitus*, Pint. — *telum*, R. *eum*, d. — *vi*, R. *ut*, d. — *mali*, r.

§ 156. *Morbos*, v. Aristotel. hist. anim. 8, 20. p. 602^{b} 12. — *alii praepingues*, d.

§ 157. *et paulo*, RTd. *sed paulo*, r. *paulo*, β. — *mare*, R. Ceterum de toto hoc capite v. Aristotel. l. l. 5, 5. — *partu*, RTdr. *partum*, βγ. — *feminam*, R. *feminas*, θTdγ. Numerum singularem ex optimo libro praetuli, quamquam sequitur *earum*. Nam non uno in loco Plin. praecedentis substantivi numero singulari coniungit pronomen numero plurali (10, 202. 16, 243.), uti item prorsus contraria ratione utitur; v. 13, 105. In utraque constructione non singulae res ipsae, sed totum earum genus respicitur. — *est*, d. *et*, R. — *interversando*, RθTd. *inter se versantes*, K. *inter se versando*, β. V. Aristotel. hist. anim. 6, 13. p. 567^{b} 3. — *mares*, Rθd. *mares et feminae*, β. — *replentur*, R. — *singularum*, Dalec.

§ 158. *obest*, K. *est*, Rd (codd. Gel.) β. V. Aristotel. l. l. 5, 5. p. 540^{b} 10. — *aculeique*, K. *aculeatique*, Rd (codd. Gel.) β. — *et*, d. *ut*, K (codd. Gel.) β. In R rasura. — *testudines et raiae*, K. *pastinacae*, Pint. *ut raiae et pastinacae*, Salvian. de aquatil. fol. 150. b. — *coetus*, R. — *superineunt*, Dalec. — *polypi*,

et lolligines linguis, componentes inter se bracchia et in con-
trarium nantes; ore et pariunt; sed polypi in terram verso
capite coeunt, reliqua mollium tergis ut canes, item locustae
et squillae, cancri ore. Ranae superveniunt, prioribus pe- 159
dibus alas feminae mare adprehendente, posterioribus clunis;
pariunt minumas carnis nigras quas gyrinos vocant, oculis
tantum et cauda insignis, mox pedes figurantur cauda fin-
dente se in posteriores; mirumque semestri vita resolvontur
in limum nullo cernente et rursus vernis aquis renascuntur
quae fuere, naturae perinde occulta ratione, cum omnibus
annis id eveniat. Et mituli et pectines sponte naturae in 160
harenosis proveniunt; quae durioris testae sunt, ut murices,
purpurae, salivario lentore, sicut acescente umore culices;
apua spuma maris incalescente, cum admissus est imber;
quae vero siliceo tegmine operiuntur, ut ostrea, putrescente
limo aut spuma circa navigia diutius stantia defixosque pa-
los et lignum maxume. Nuper conpertum in ostreariis umo- 161
rem iis fetificum lactis modo effluere. Anguillae atterunt se
scopulis; ea strigmenta vivescunt nec alia est eorum pro-
creatio. Piscium diversa genera non coeunt praeter squati-
nam et raiam; ex quibus nascitur priore parte raiae similis
et nomen ex utroque compositum apud Graecos trahit. Quae- 162
dam tempore anni gignuntur et in umore ut in terra; vere
pectines, limaces, hirudines; eadem tempore evanescunt. Pi-

v. Aristotel. l. l. 5, 6. — *feminae*, om. r. — *linguis*, om. Petav. ap. Broter. *fistulis* coniicit Dalec. — *complectentes*, Massar. — *schillae*, Rd. V. Aristotel. l. l. 6, 7.

§ 159. *mari*, Rd. V. Aristotel. l. l. 5, 3. — *chrinos*, R. *crinos*, d. — *insigne*, Rd. — *cauda findente se*, R. *caudam findentes*, Td. — *naturae*, Hard. tacite. *natae*, Rdβ ad superiora referentes. — *proinde*, r.

§ 160. *mytyli* vel *mutuli*, Popma ad Cat. de re rust. 158, 1. Ceterum v. Aristotel. hist. anim. 5, 15. p. 547^{b} 13. — *natae*, R ex corr. — *salivariae*, Rd. — *acescente*, S. *acrescente*, R. *accrescente*, θTd. *crescente*, r. *arescente*, Lindenbr. ad catal. p. 290. — *apua*, RθTdr. *atque*, β. *apuae*, γ. V. Aristotel. l. l. 6, 15. p. 569^{a} 24. — *invalescente*, Hard. — *stantia*, RθTd. *stante*, β. — *sed ligno* vel *ilignos*, Pint.

§ 161. *his*, d. — *Anguillae*, v. Aristotel. l. l. 6, 16. init. — *se sub*, R^{2}. — *strigmecta*, R^{2}. — *viviscunt*, R^{2}β. — *protectio*, R^{1}. — *ranam*, d. V. Aristotel. l. l. 6, 11. p. 566^{a} 26. — *priore*, R. *priori*, dβγ. — *ranae*, d.

§ 162. *tepore*, Pint. et codd. Massar. — *humorem*, d. — *ut*, RTd. *et*, β. — *hirudines*, Cuvier. ad h. l. T. VII. p. 198. Confirmat R, qui *hiru///dines* habet. *hirundines*, dβγ. — *eadem*, R. *eodem*, dβ. *eaedem autumni tempore*, K. *eodem tempore vivescunt*, Pint. *eaedem autumno eviescunt*, Heins. advers. p. 461.

scium lupus et trichias bis anno parit et saxatiles omnes, mulli ter ut chalcis, cyprini sexiens, scorpaenae bis, ac sargi vere et autumno; ex planis squatina bis, sola autumno, occasu vergiliarum; plurumi piscium tribus mensibus Aprili, Maio, Iunio, salpae autumno, sargi, torpedo, squali circa aequinoctium, molles vere, saepia omnibus mensibus; ova 163
eius glutino atramenti ad speciem uvae cohaerentia masculus prosequitur adflatu, alias sterilescunt. Polypi hieme coeunt, pariunt vere ova tortili vibrata pampino tanta fecunditate ut multitudinem ovorum occisi non recipiant cavo capitis quo praegnantes tulere; ea excludunt quinquagesimo die, e quibus multa propter numerum intercidunt. Locustae 164
et reliqua tenuioris crustae ponunt ova super ova atque ita incubant. Polypus femina modo in ovis sedet, modo cavernam cancellato bracchiorum inplexu claudit. Saepia in terreno parit inter harundines aut sicubi enata alga, excludit quinto ac decumo die. Lolligines in alto conserta ova edunt ut saepiae. Purpurae, murices eiusdemque generis vere pariunt. Echini ova pleniluniis habent hieme et cocleae hiberno tempore nascuntur.

75. Torpedo octogenos fetus habens invenitur eaque intra 165
se parit ova praemollia, in alium locum uteri transferens atque ibi excludens; simili modo omnia quae cartilaginea appellavimus; ita fit ut sola piscium et animal pariant et ova concipiant. Silurus mas solus omnium edita custodit ova, saepe et quinquagenis diebus, ne absumantur ab aliis; ceterae feminae in triduo excludunt, si mas attigit.

trachias, d. De toto loco v. Aristotel. hist. anim. 5, 9. p. 543^{b} 3. — *cyprini*, R. *cyprinis*, d. *cyprinus*, $\beta\gamma$. — *exigens*, d. — *scorpaenae*, codd. Barbari. *scorpenae*, θT. *corpoene*, R. *corpene*, d. *scorpiones*, $\beta\gamma$. — *squatina bis* — *vergiliarum*, Rd. *squatina sola bis autumno et virgiliarum occasu*, codd. Barbari, β. *autumno et Iunio virgiliarum*, K. — *Martio, Aprili, Maio*, Massar. Ceterum v. Aristotel. l. l. 5, 11. init. — *salpae*, d. *a salpe*, R. — *sargi*, Massar. Rd (codd. Gel.) *spari*, K. *spargi*, codd. Massar. *squati* vel *squatinae*, Turn. adv. 13, 22., Gesner. hist. anim. 4, 899., enumer. aquatil. p. 59. et Salmas. exerc. p. 941. a. G. — *molles*, v. Aristotel. l. l. 5, 11. init.

§ 163. *multitudine*, Rd. — *cavo*, Rd (codd. Barbari.) *cranio*, K. V. Aristot. l. l. 4, 1. p. 525^{b} 5. 5, 18. p. 550^{a} 1. — *peregrinantes*, d. — *cludunt*, R^{1}d.

§ 164. *Locusta*, R. — *travioris*, R^{1}. — *Saepia in*, RTdr. *Saepia et in*, β. — *alga*, om. d. — *quinto ac decimo*, R. *quinto decimo*, d$\beta\gamma$. — *conservata*, d. — *eius denique generis*, K. — *Echini ova*, R. *echini et coclee*, d.

§ 165. *habent*, R^{1}d. *habet*, R^{2}. Ceterum v. Aristotel. l. l. 6, 10. p. 565^{b} 25.

76. Acus sive belone unus piscium dehiscente propter 166
multitudinem utero parit; a partu coalescit volnus, quod et in caecis serpentibus tradunt. Mus marinus in terra scrobe effosso parit ova et rursus obruit terra, tricesimo die refossa aperit fetumque in aquam ducit.

LII. 77. Erythini et channae volvas habere traduntur; qui trochos appellatur a Graecis ipse se inire. Fetus omnium aquatilium inter initia visu carent.

LIII. 78. Aevi piscium memorandum nuper exemplum 167
accepimus. Pausilypum villa est Campaniae haud procul Neapoli; in ea in Caesaris piscinis a Pollione Vedio coniectum piscem sexagesimum post annum exspirasse scribit Annaeus Seneca, duobus aliis aequalibus eius ex eodem genere tunc viventibus. Quae mentio piscinarum admonet ut paulo plura dicamus hac de re, priusquam digrediamur ab aquatilibus.

LIV. 79. Ostrearum vivaria primus omnium Sergius 168
Orata invenit in Baiano aetate L. Crassi oratoris ante Marsicum bellum, nec gulae causa sed avaritiae, magna vectigalia tali ex ingenio suo percipiens, ut qui primus pensilis invenerit balneas, ita mangonicatas villas subinde vendendo. Is primus optumum saporem ostreis Lucrinis adiudicavit, quando eadem aquatilium genera aliubi atque aliubi meliora;
sicut lupi pisces in Tiberi amne inter duos pontis, rhombus 169
Ravennae, murena in Sicilia, elops Rhodi, et alia genera similiter, ne culinarum censura peragatur. Nondum Britannica serviebant litora, cum Orata Lucrina nobilitabat; postea

— *eaque*, R. *in ea quae*, d. — *inter*, d. — *cartilagina*, Rd. — *Silurus*, v. Aristot. l. l. 9, 37. p. 621^{a} 20.

§ 166. *Acus sive*, R. *A coitu e*, d. — *bellone*, Rd. — *magnitudinem*, Salvian. de aquatil. fol. 69. a., Pint., Hard. V. Aristot. l. l. 6, 13. p. 567^{b} 22. — *coalescit*, codd. Gel. *qualescit*, R. *quale sit*, d. *callescit*, K. — *caeciliis*, Massar. et Pint. — *terras*, Rd. — *et rursus — tricesimo*, RθTKd. *et obruit terra; rursus tricesimo*, Pint. β. — *Omnes erythini*, Salvian. de aquatil. fol. 229. b. Ceterum v. Aristotel. generat. anim. 3, 6. — *channae*, R. *chamae*, d. *chanae*, $\beta\gamma$. — *Fetus omnium aquat.*, Rd. *Aquatil. omn. fetus*, $\beta\gamma$.

§ 167. *numerandum*, Rd. — *in Caesaris*, R. *Caesaris*, d. — *coniectum*, R^2d. *coestum*, R^1.

§ 168. *Serginus*, d. *Sergi//nus*, R. Descripsit haec Plin. ex Columell. VIII. 16, 5., ex Plinio Macrob. Saturn. 2, 11. — *invenerit*, RθTd. *invenit*, β. — *mangonicatas*, R. *mangonizatas*, d$\beta\gamma$. — *illas*, θ. — *alibi atque alibi*, d. V. Hand. Tursell. 1, 278.

§ 169. *murena*, RθTd. *murenae*, β. — *ora////*, d.

visum tanti in extremam Italiam petere Brundisium ostreas,
ac ne lis esset inter duos sapores, nuper excogitatum famem
longae advectionis a Brundisio conpascere in Lucrino.
80. Eadem aetate prior Licinius Murena reliquorum pi- 170
scium vivaria invenit, cuius deinde exemplum nobilitas se-
cuta est Philippi, Hortensi; Lucullus exciso etiam monte
iuxta Neapolim maiore inpendio, quam villam exaedificaverat,
euripum et maria admisit, qua de causa Magnus Pompeius
Xerxen togatum eum appellabat. Quadragiens HS. piscinae
a defuncto illo veniere pisces.
LV. 81. Murenarum vivarium privatim excogitavit ante 171
alios C. Hirrus qui cenis triumphalibus Caesaris dictatoris
sex milia numero murenarum mutua adpendit; nam permu-
tare quidem pretio noluit aliave merce. Huius villam intra
quam modicum quadragiens piscinae vendiderunt. Invasit 172
dein singulorum piscium amor. Apud Baulos in parte Ba-
iana piscinam habuit Hortensius orator, in qua murenam
adeo dilexit ut exanimatam flesse credatur. In eadem villa
Antonia Drusi murenae quam diligebat inauris addidit, cuius
propter famam nonnulli Baulos videre concupiverunt.
LVI. 82. Coclearum vivaria instituit Fulvius Lupinus in 173
Tarquiniensi paulo ante civile bellum quod cum Pompeio
Magno gestum est, distinctis quidem generibus earum, se-
paratim ut essent albae quae in Reatino agro nascuntur, se-

extremam Italiam, Rd (codd. Gel.) *extrema Italiae*, r. *extrema Italia*, K. — *petere*, om. d[1]. — *Brundisium*, Rd. *Brundisio*, r. — *ostrea*, d. — *ne lis esset*, Barbar. *nelitis. Sed*, Rd.

§ 170. *Lucinius*, θTd. — *Ostensi*, R. *Philippus, Hortensius*, r. — *exaedificaverat*, RθTd. *aedificaverat*, β. — *maria*, R. *mare*, Td. — *Quadragies HS.*, Hard. *XL hu se*, R[1]. *Quadraginta sestertiis*, TKr (cod. ap. Bud. de ass. p. 269.) *XL his*, d. *ipse*, R[2]. *Tricies*, β. Varia coniecerunt Barbar., Budae., Massar., Hotomann. numm. 2, 27. p. 609. V. Schneider. ad Columell. VIII. 16, 5. — *piscinae a*, R. *e piscina*, Td (cod. Budaei et codd. Ursini ad Varron. de re rust. III. 2, 17.) — *venire*, R (cod. Bud.) *venere*, d.

§ 171. *ante alios*, R. Pone nomen *Hirr.* ponunt has voces dβγ. — *Hirrus*, Rθ. *hyrus*, d. *Hirtus*, K. *Hirrius*, βγ. V. Schneider. ind. scriptt. rei rust. s. h. v. et ad Varron. de re rust. III. 17, 3. — *mutua*, Rd (duo Leidd. antiquissimi ap. Oudend. ad Suet. Aug. 53.) *mutuo*, β. — *voluit*, Rd. — *modicum*, RTd (codd. Bud. de ass. p. 270.) *modicam*, β. V. Hand. Tursell. 3, 439. — *quadragies*, Bud. *quadraginta*, R. *XL*, d (codd. Bud.) V. Gronov. de sestert. p. 282. — *pisces*, Pint. et Schneider. ad Varron. l. l. — *vendiderunt*, RθTdr. *venierunt*, β.

§ 172. *dein*, R. *deïnde*, dβγ. — *addit*, d.

§ 173. *Lupinus*, ita nos scripsimus coll. 8, 211. *Luppinus*, T. *Lippinus*, Rθd (codd. Gel.) *Hirpinus*, βγ. — *actum*, K. — *albulae*, Pint. ex Varr. de re rust. III. 14, 4. — *ut*, R. Omitt. dβγ. — *Solitani*, Gronov. ad 30, 6. § 45.

paratim ut Illyricae quibus magnitudo praecipua, Africanae
quibus fecunditas, Solitanae quibus nobilitas; quin et sagi- 174
nam earum conmentus est sapa et farre aliisque generibus
ut cocleae quoque altiles ganeam inplerent, cuius artis gloria
in eam magnitudinem perducta sit ut octoginta quadrantis
caperent singularum calices. Auctor est M. Varro.

LVII. 83. Piscium genera etiamnum a Theophrasto mira 175
produntur: circa Babylonis rigua decedentibus fluviis in ca-
vernis aquas habentibus remanere quosdam, inde exire ad
pabula pinnulis gradientis crebro caudae motu contraque ve-
nantis refugere in suas cavernas et in iis obversos stare;
capita eorum esse ranae marinae similia, reliquas partis go-
bionum, branchias ut ceteris piscibus. Circa Heracleam et 176
Cromnam et Lycum et multifariam in ponto unum genus
esse quod extremas fluminum aquas sectetur cavernasque
sibi faciat in terra atque in his vivat, etiam reciprocis amni-
bus siccato litore; effodi ergo; motu demum corporum vi-
vere eos adprobant. Circa Heracleam eandem eodemque 177
Lyco amne decedente ovis relictis in limo generari piscis
qui ad pabula petenda palpitent exiguis branchiis, quo fieri
non indigos umoris, propter quod et anguillas diutius vivere
exemptas aquis; ova autem in sicco maturari ut testudinum.
Eadem in ponti regione adprehendi glacie piscium maxume
gobiones, non nisi patinarum calore vitalem motum fatentis.
Est in his quidem tametsi mirabilis, tamen aliqua ratio.

§ 174. *commentus*, Pint. *commentatus*, RθSTdr. — *farre*, R. *surra*, d. — *ut*, omitt. Rd. — *perducta sit*, RTdr. *perductae sint*, β, quod praefert Schneider. ad Varron. p. 565. *perductas ut — calices*, *auctor*, K. *perducta*, Ursin. ad Varron. de re rust. III. 14, 4. — *Varro*, l. l.

§ 175. *Theophrasto*, T. I. p. 825. ed. Schneid., coll. auctore de mirab. auscult. 72—75. — *produntur circa B. rigua. Decedentibus fl.* — *aquas hebetes remanere*, K. *cavernas aquas habentes remanere quosdam*, r. — *aquam*, Td. — *remanere quosdam; inde exire*, Schneider. ad Theophr. T. IV. p. 802. *remanere. Quosdam inde exire*, βγ. — *his*, d. — *adversos*, Harduini operae et γ. — *gobionum*, RθTd. *gobiorum*, β. — *brachias*, R. *brachia*, d.

§ 176. *Cromnam*, vir doctus ap. Pint. Kr. *Crona*, Td. *Chronum*, R. *Crenam*, θ. *Scrona*, S. — *et Lycum*, omitt. RTd. *et Lycum amnem*, Kr. *Circa Her. ad Lycum amnem et Cromnam et multif.*, Pint. magna cum probabilitate. *circa Her. ad Lycum amnem*, *Tion et Cromnam*, Dalec. — *multifaria*, RTd. — *sibi faciat*, Rd. *faciat sibi*, βγ. — *vivere apparebant*, T. *motuque demum — probari*, Dalec.

§ 177. *eandem Heracleam*, d. — *quo*, RTd. *quod*, β. *idque*, K. — *indigos*, Pint. *indigo*, Rdβ. *indigis*, K. — *ut*, d. *in*, R. — *in glacie*, K. — *calorem*, R. — *Est*, Rθd. Om. β. — *tamen*, θ. *est tamen*, Rβ. *est tn*, d (lineola per secundam vocem tracta.) Om. r.

Idem tradit in Paphlagonia effodi piscis gratissimos cibis, 178
terrenos, altis scrobibus in his locis in quibus nullae restagnent aquae, miratusque et ipse gigni sine coitu umoris quidem vim aliquam inesse quam puteis arbitratur, ceu vero in nullis reperiantur pisces. Quidquid est hoc, certe minus admirabilem talparum facit vitam subterranei animalis, nisi forte vermium terrenorum et his piscibus natura inest.

LVIII. 84. Verum omnibus his fidem Nili inundatio ad- 179
fert omnia excedente miraculo; quippe detegente eo musculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquae terraeque, iam parte corporis viventes, novissima effigie etiamnum terrena.

LIX. 85. Nec de anthia pisce sileri convenit, idque ple- 180
rosque adverto credidisse. Chelidonias insulas diximus Asiae, scopulosi maris, ante promontorium sitas; ibi frequens hic piscis et celeriter capitur uno genere. Parvo navigio et concolori veste eademque hora per aliquot dies continuos piscator enavigat certo spatio escamque proicit. Quidquid ex eo mittitur suspecta fraus praedae est, cavensque quod timuit, cum id saepe factum est, unus aliquando consuetu-
dine invitatus anthias escam adpetit. Notatur hic intentione 181
diligenti ut auctor spei conciliatorque capturae; neque est

§ 178. *in quibus*, RθTdr. *ubi*, βγ. — *miratusque*, Rd. *miraturque*, β. — *aliquam*, Rd. *aliam*, codd. Hard. (?) γ. *sine coitu humoris. Vim quidem aliquam*, Pint. — *arbitratur*, R². Omitt. R¹d. — *ceu vero in nullis*, Hard. e codd. (?). *ceu vero nullis*, R. *ceu nullis*, θ. *avero nullus*, d. *cum nonnulli*, K. *cum in nonnullis*, β. *ceu vero in illis*, Voss. ad Mel. 2, 5. p. 738. Sententia huius loci, de quo vel explicando vel emendando Schneider. ad Theophrast. T. IV. p. 809. desperat, ita est expedienda: Theophrastus de piscibus in sicco degentibus § 11., ubi de hoc piscium miraculo locutus est, eius causas, quae afferri possint, proponit et postremo hanc affert: *εἴτε δεῖ νοεῖν ἔχ τινων τόπων ὑγρότητας, αἳ συνεπιφέρουσι τὰς γεννώσας ἀρχάς*. Plin. igitur ait Theophrasti opinionem esse, illis locis inesse vim aliquam humoris, similem illam humori puteorum; quae similitudo ut grammatice quoque stabiliatur, pro voce *quam*, quae nulla ratione expediri potest (at posset, si pro *aliquam* Plin. *eandem* scripsisset), legendum est *inesse equam* i. e. *aequam humori puteorum*, de qua in comparationum usu breviloquentia etiam Plinio usitata v. ad 32, 149. Eam vero sententiam huic loco subesse vidit iam Gesner. hist. anim. 4, 372. coniiciens *qualem in puteis*. Hanc vero Theophrasti opinionem ut falsam refutaturus addit verba *ceu vero in illis* (sc. *puteis*) *reperiantur pisces*, uti cum Vossio est legendum, cuius coniectura egregie confirmatur per scripturam codicis R, ubi quod legitur *nullis* nihil est nisi *in illis*; in puteis autem pisces non reperiri esse certum. Particulae *ceu vero* a Plinio saepissime (vid. ind. verbor.) ad convincendum aliorum errorem adhibentur. — *reperiatur piscis*, d. — *admirabilem* et *vitam*, RθSTKd. *admirabile* et *vita*, codd. Barbari, β. — *et his*, Rr. *et in his*, Td. *et iis*, K. *et*, β. Aut hoc est revocandum aut simpliciter *his* scribendum, cum de aliis piscibus vermium terrenorum naturam habentibus nihil dicatur.

difficile, cum per aliquot dies solus accedere audeat. Tandem et aliquos invenit paulatimque comitatior postremo greges adducit innumeros, iam vetustissimis quibusque adsuetis piscatorem adgnoscere et e manu cibum rapere. Tum ille paulum ultra digitos in esca iaculatus hamum singulos involat verius quam capit, ab umbra navis brevi conatu rapiens ita ne ceteri sentiant, alio intus excipiente centonibus raptum ne palpitatio ulla aut sonus ceteros abigat. Conciliatorem 182
nosse ad hoc prodest ne capiatur, fugituro in reliquom grege. Ferunt discordem socium duci insidiatum pulchre noto cepisse malefica voluntate; adgnitum in macello a socio cuius iniuria erat et damni formulam editam condemnatumque addit Mutianus aestumata lite. Iidem anthiae, cum unum hamo teneri viderint, spinis quas in dorso serratas habent liniam secare traduntur, eo qui tenetur extendente ut praecidi possit; at inter sargos ipse qui teneatur ad scopulos liniam terit.

LX. 86. Praeter haec claros sapientia auctores video mi- 183
rari stellam in mari. Ea figura est, parva admodum caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum fervorem esse tradunt, ut omnia in mari contacta adurat, omnem cibum statim peragat. Quibus sit hoc cognitum experimentis, haud

§ 179. *excedente*, R. *excedentem*, dβ. *excedens*, Dalec. Ceterum haec Plin. sumpsit ex Mela I. 9, 3. — *miraculo*, RTd. *miracula*, β. — *detegente*, R. *degente*, d. *decedente*, codd. Massar. *deturgente*, K. — *etiamnon*, R.

§ 180. *sileri*, R. *silere*, θTd. — *idque*, R². *que*, R¹. *quae*, d$\beta\gamma$. — *diximus* 5, 131. — *scopulos in mari*, d. *scopulosinmalis*, R. Ex hac scriptura apparet vulgatam esse interpolatam, et cum Plin. l. l. illas insulas *pestiferas navigantibus* dicat, legendum puto *scopulos inmanis* i. e. *immanes*, uti Dido apud Vergilium Aen. 1, 616. Carthaginis *oras immanes* dicit utpote advenis pestiferas per immanes ferosque incolas. — *ante Tauri prom.*, Barbar. K. — *ea*, d. — *mutetur*, Rd. — *cavetque quod timuit. Cum*, r.

§ 181. *est*, Rd (hic in rasura.) *enim est*, $\beta\gamma$. — *abducit*, θ. — *quibus*, R. — *paululum*, d. — *ultra*, codd. Massar. *ultra ad*, Rd. — *digitos*, omitt. codd. Massar. — *hamo*, d. — *inuncat*, K. — *conatu absens*, R. *conatur absens*, θ. *conatur abesse*, Td. *abscedens*, Barbar. K.

§ 182. *fugituro—grege*, RTdr. *Parcit piscator fugituro in reliquum gregem*, β. — *duci socii ins.*, K. — *cepisse*, Rd. *cepisseque*, $\beta\gamma$. — *a*, om. d. — *et damni*, RTdr. *et dati damni*, β. *rati damni*, Heins. advers. p. 65. — *formula ex edicto condemnatum*, K. — *addit*, RdK. *addidit*, $\beta\gamma$. — *aestimata lite*, RT. *aestimat aliter*, d. *aestimata lite decem libris*, β. *aest. lite HS. D. M. Anthiae*, Hard. — *tradunt*, d. — *teneatur*, R. *tenetur*, d$\beta\gamma$.

§ 183. *stellam in mari*, om. d¹. — *Ea stellae figura*, K. — *est parva—intus*, Rdr. *est parva admodum, caro intus*, β. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 5, 15. p. 548ᵃ 7.

facile dixerim, multoque memorabilius dixerim id cuius experiendi cotidie occasio est.

LXI. 87. Concharum e genere sunt dactyli ab humano- 184
rum unguium similitudine appellati. His natura in tenebris remoto lumine alio fulgere claro et quanto magis umorem habeant lucere in ora mandentium, lucere in manibus atque etiam in solo ac veste decidentibus guttis, ut procul dubio pateat suci illam naturam esse quam miraremur etiam in corpore.

LXII. 88. Sunt et inimicitiarum atque concordiae mira- 185
cula. Mugil et lupus mutuo odio flagrant, conger et murena caudam inter se praerodentes. Polypum in tantum locusta pavet ut si iuxta videat omnino moriatur, locustam
conger; rursus polypum congri lacerant. Nigidius auctor est 186
praerodere caudam mugili lupum eosdemque statis mensibus concordis esse, omnis autem vivere quibus caudae sic amputentur. At e contrario amicitiae exempla sunt praeter illos, de quorum diximus societate, balaena et musculus, quando praegravi superciliorum pondere obrutis eius oculis infestantia magnitudinem vada praenatans demonstrat oculorumque vice fungitur. Hinc volucrum naturae dicentur.

multoque, RθTKd. *multo*, βγ. — *dixerim*, RTdr. *duxerim*, β. — *Id genus experiendi*, r.

§ 184. *e genere*, R. *genera*, Td. — *dactyli*, om. Pint. — *ab — appellati*, R. *humanorum unguium similitudinem appellant*, Td. *ab humanorum similitudine ungues appellati*, Pint. — *fulgere*, Td. *fugere*, R. *fulgore*, β. — *claro*, RθTd. *clarere*, β. *lumine alio fulgere clare*, r. — *habeant*, RTKd. *habent*, β. — *lucere*, RθTKdr. *ludere*, β. — *ora*, θr. *hora*, R. *ore*, dβγ. — *mandentium*, Rθd. *cernentium*, r. — *miraremur*, R θ. *miraretur*, r. *miramur*, Dalec. Td. *miremur*, β.

§ 185. *caudam*, r. *caudā*, R. *caudas*, dβγ. Ceterum v. Aristotel. hist. anim. 9, 2. — *ut si*, R². *ut*, R¹Td. — *videat*, R (ex corr.) *vidit*, θγ. *visum*, Td. *viderit*, β. V. Aristotel. l. l. 8, 2. p. 590ᵇ 14. — *Locustae congrum*, Pint. ex Aristotele; at v. Schneider. adnot. T. II. p. 571. — *gonger* et *gongri*, R.

§ 186. *estatis*, RTd. *aestatis*, θr. — *illa*, d. — *de*, om. d. — *diximus* § 142. — *societatē*, d. — *quandoque*, θ. — *sistentia*, K. — *magnitudine in*, d.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER X.

Cap. I. Sect. 1. Sequitur natura avium quarum gran- § 1
dissimi et paene bestiarum generis struthocameli Africi vel
Aethiopici altitudinem equitis insidentis equo excedunt, ce-
leritatem vincunt, ad hoc demum datis pinnis ut currentem
adiuvent; cetero non sunt volucres nec a terra tolluntur.
Ungulae iis cervinis similes quibus dimicant, bisulcae et
conprehendendis lapidibus utiles quos in fuga contra sequentis
ingerunt pedibus. Concoquendi sine delectu devorata mira 2
natura sed non minus stoliditas in tanta reliqui corporis al-
titudine, cum colla frutice occultaverint, latere sese existu-
mantium. Praemia ex iis ova propter amplitudinem pro
quibusdam habita vasis conosque bellicos et galeas ador-
nantes pinnae.

Ad hunc librum toti sunt excussi Rd.

§ 1. *struthocameli*, RTd. *struthiocameli*, βγ. — *celeritatem*, R (Murbac.) *celeritate*, TKdr. — *tantum*, Ambr. II. — *pinnis*, θR (hic ubique.) *pennis*, dβγ. — *e cetero*, d (Ambr. II.) — *Ungula ei;*, R. *Ungula eis*, d. — *et*, RTd (Ambr. II.) Omitt. Ambr. I. β. — *comprehendunt de*, d. — *pedibus*, propter praecedentem vocem *Ungulae* suppositicium videtur.

§ 2. *dilectu*, Rd. — *minor*, r. — *fructice*, R. — *occultaverint*, Rd (Ambr. I. II.) *occultaverunt*, Trγ. V. ad 33, 100. — *sese*, RθTd. *se*, β. — *Praemia*, R[1]d. *Praecipua*, R[2]. — *his*, d. — *quibusdam habita pro vasis*, Pint. — *conisque bellicis galeas*, Pint.

*

II. 2. Aethiopes atque Indi discolores maxume et inenar- 3
rabilis ferunt avis et ante omnis nobilem Arabia phoenicem,
haud scio an fabulose, unum in toto orbe nec visum magno
opere; aquilae narratur magnitudine, auri fulgore circa colla,
cetero purpureus, caeruleam roseis caudam pinnis distin-
guentibus, cristis faucis, caputque plumeo apice honestari.
Primus atque diligentissime togatorum de eo prodidit Ma- 4
nilius senator ille maxumis nobilis doctrinis doctore nullo:
neminem exstitisse qui viderit vescentem, sacrum in Arabia
soli esse, vivere annis DXL, senescentem casia turisque sur-
culis construere nidum, replere odoribus et superemori; ex
ossibus deinde et medullis eius nasci primo ceu vermiculum,
inde fieri pullum principioque iusta funera priori reddere et
totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem et in
ara ibi deponere. Cum huius alitis vita magni conversionem 5
anni fieri prodit idem Manilius iterumque significationes tem-
pestatum et siderum easdem reverti, hoc autem circa meri-
diem incipere quo die signum arietis sol intraverit, et fuisse
eius conversionis annum prodente se P. Licinio Cn. Cornelio
consulibus ducentesimum quintum decumum. Cornelius Va-
lerianus phoenicem devolavisse in Aegyptum tradit Q. Plau-
tio Sex. Papinio consulibus; adlatus est et in urbem Claudi

§ 3. *Arabiae*, d. — *Phoenicen*, d (Murbac.) — *haud*, om. Murbac. — *an*, d. Omitt. R (Murbac.) — *magno opere*, R. *magnopere*, d$\beta\gamma$. — *cetero*, RθTd. *cetera*, β. — *fauces*, Salmas. exerc. p. 385. b. B. ex Solino 33, 11., ubi *cristatis faucibus* legitur. *faces*, θTd. *facies*, R. *faciem*, β. — *honestari*, ita nos scripsimus. *honestare*, RθT (Murbac.) *honestante*, drγ. *cohonestante*, β.

§ 4. *diligentissime*, RTdr (Murbac.) *diligentissimus*, $\beta\gamma$. — *Manilius*, RTd (in ind. auctorum libri 1.) *Mamilius*, a (in ind. auctorum.) *Mamillius*, RTd (Murbac.) *M. Amilius*, Rhenan. Omnium licet codicum testimonio et hoc loco et infra adversante, tamen scripturam vulgatam $\beta\gamma$ retinui, cum de Mamilio senatore doctissimo nihil aliunde constet, at M'. Manilius Nepos, aevi sui homo doctissimus (v. inprimis Cicer. orat. III. 33, 133.), varia scripserit opera, quorum in uno de ave phoenice egerit. Ceterum ubique duo haec nomina confunduntur. V. Orell. onomastic. Tullian. p. 375. — *maximus*, d. — *doctrinis. Autor is est neminem*, r. — *in Arabiae solo*, K. — *DXL*, RTd (nonnulli libri ap. Salmas. exerc. p. 387. a. C. et Solin. 33, 12.) *XL*, multi libri ap. Salmas. *DXI*, θK^1. *DLX*, $SK^2\gamma$. *DCLX*, β. — *casia*, R^2d. *cossa*, R^1. *casiae*, $\theta\gamma$. — *et*, Rd. *ac*, r. — *deinde e*, R. *deinde*, d. — *funera*, RθTdr (omnes codd. ap. Salmas.) *funeri*, β. *funerea*, Salmas. Ego vix refrager, si quis totam vocem interpolatori deberi iudicet. — *Panchaiam*, Solin. 33, 12. *pacatam*, R^2 (quid manus prior habuerit, non liquet.) *pacatum*, Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 388. a. A. *spectatam*, d.

§ 5. *prodit*, Rd. *prodidit*, $\beta\gamma$. — *Mamilius*, Rd. — *significatione*, d. — *eodem*, r. — *Cn.*, θTd (Rigalt.) *M.*, β. In R rasura. — *CCXV.*, RθTKd (Rigalt.)

principis censura anno urbis DCCC. et in comitio propositus, quod actis testatum est, sed quem falsum esse nemo dubitaret.

III. 3. Ex his quas novimus aquilae maxumus honos, ma- 6
xuma et vis. Sex earum genera: melanaetos a Graecis dicta,
eadem valeria, minuma magnitudine, viribus praecipua, co-
lore nigricans; sola aquilarum fetus suos alit, ceterae, ut
dicemus, fugant; sola sine clangore, sine murmuratione; con-
versatur autem in montibus. Secundi generis pygargus in
oppidis mansitat et in campis, albicante cauda; tertii mor- 7
phnos quam Homerus et percnum vocat, aliqui et plangum
et anatariam, secunda magnitudine et vi; huic vita circa
lacus. Phemonoe Apollinis dicta filia dentis ei esse prodidit,
mutae alias carentique lingua; eandem aquilarum nigerri-
mam, prominentiore cauda; consensit et Boeus. Ingenium
est ei testudines raptas frangere e sublimi iaciendo, quae
sors interemit poetam Aeschylum praedictam fatis, ut ferunt,
eius diei ruinam secura caeli fide caventem. Item quarti ge- 8
neris est percnopterus, eadem oripelargus, volturina specie,
alis minumis, reliqua magnitudine antecellens sed inbellis et
degener ut quam verberet corvos; eadem ieiunae semper
aviditatis et querulae murmurationis. Sola aquilarum ex-

Om. *β*. — *devolavisse*, R*θ*d. *devolasse*, *β*. — *tradit*, Rdr (Ambr. II.) *tradidit*, Ambr. I. *γ*. — *Q*., R. *quę*, d[1]. *qui*, d[2] (Ambr. II.) *quod Q*., Ambr. I. *quodque*, r. — *Plauto*, d. — *est et*, Rhenan. *esset*, Rd (Murbac.) — *quod*, omitt. d[1]. — *quae*, r. — *falsa*, r (Ambr. I. II.) — *dubitarit*, Ambr. II.

§ 6. *melanaetos*, v. Aristotel. hist. anim. 9, 32. — *eadem*, R*θ*Td. *eademque*, *βγ*. — *valeria*; huic voci praemittunt praepositionem *in* R*θ*Td, quae ita emendanda, ut scribatur *trivaleria*, coll. *trivenefica* apud Plaut. Aulul. I. 2, 8. Neque *valeria* neque *trivaleria* fuerunt nomina Romanis usitata, verum Plin. hoc nomen ex scriptore aliquo antiquo desumpsisse videtur, quibus talia composita frequentia fuisse constat. — *dicemus* § 13. — *mansitat*, omitt. R.

§ 7. *Homerus*, Iliad. *ω*, 316. — *percnum*, Rd. *percnon*, *βγ*. — *aliquae*, R (ex corr.) — *plangum*, *πλάγγος* Aristoteli l. l. p. 618b 23., unde Plinium emendavi. *plancum*, *β*. *clangum*, codd. Barbari. *clanug*, *θ*d. *digum*, r. *clangen*, R[2] (prior scriptura non liquet.) *clangam*, *γ*. *placunta*, Sabell. — *etam natariam*, d. — *huic*, RTd. *huicque*, *βγ*. — *Phemonoe*, Murbac. *Phoemonoe*, R*β*. *Phenicemone*, d. — *prominentiore cauda*; haec verba Pint. pone *alis minimis* § 8. collocat. — *consensit*, R*θ*T. *consentit*, d*βγ*. — *Boeus*, Pint. *Boetius*, R. *Boethius*, T. *boet. huius*, d. *poeta*, *θ*. *Boethus*, Barbar. *β*. — *e*, d. *et*, R. — *fors*, RTdr. — *ei*, R*θ*Td (Murbac.) Nonnulla mutat Rhenan. — *cavent*., d.

§ 8. *Item*, RTdr. Omitt. *βγ*. — *percnopterus*, Barbar., codd. Gel. *perceptirus*, R. *percepterus*, d. — *oripelargus*, codd. Gel. *oriperlacus*, Rd (Murbac.) *nari per lacus*, *θ*. *moratur per lacus*, K. *eadem super lacus*, Rhenan. — *ut*, Rd (codd. Gel.) *utpote*, r. — *verberent corvi*, Td.

anima fert corpora, ceterae cum occidere considunt. Haec
facit ut quintum genus γνήσιον vocetur, velut verum solum-
que incorruptae originis, media magnitudine, colore subru-
tilo, rarum conspectu. Superest haliaetus clarissima oculorum 9
acie, librans ex alto sese visoque in mari pisce praeceps in
eum ruens et discussis pectore aquis rapiens. Illa quam ter-
tiam fecimus aquaticas avis circa stagna adpetit mergentis
se subinde donec sopitas lassatasque rapiat. Spectanda di-
micatio, ave ad perfugia litorum tendente, maxume si con-
densa harundo sit, aquila inde ictu abigente alae et cum
adpetat in lacus cadente umbramque suam nanti sub aqua
a litore ostendente, rursus ave in diverso et ubi minume se
credat exspectari emergente. Haec causa gregatim avibus 10
natandi, quia plures simul non infestantur respersu pinna-
rum hostem obcaecantes. Saepe et aquilae ipsae non tole-
rantes pondus adprehensum una merguntur. Haliaetus tan-
tum inplumis etiamnum pullos suos percutiens subinde cogit
adversos intueri solis radios et si conniventem umectantem-
que animadvertit praecipitat e nido velut adulterinum atque
degenerem, illum cuius acies firma contra stetit educat. Ha- 11
liaeti suum genus non habent sed ex diverso aquilarum coitu
nascuntur; id quidem quod ex iis natum est in ossifragis
genus habet, e quibus voltures minores progenerantur, et ex
iis magni qui omnino non generant. Quidam adiciunt genus
aquilae quam barbatam vocant, Tusci vero ossifragam.

fert, R^{2}. *fieri*, R^{1}d. — *genesion*, d. — *hemiola magn.*, Pint.

§ 9. *haliaetus*, ita nos scripsimus ex Aristot. l. l. p. 619^{a} 4. *halietus*, R. *alietus*, d. *haliaeetos*, $\beta\gamma$. Ceterum v. eundem 9, 34. p. 619^{b} 26. — *rapiens.* Pone h. v. Pint. verba *Saepe et aquilae — merguntur* § 10. collocat. — *Illa*, d. *Illam*, R θ (Murbac.) — *aquaticas — stagna*, R d. *circa st. aq. aves*, $\beta\gamma$. — *mergente*////, R. — *inde iectu*, R. *in deiectu*, θ T d r. — *ala*, R T d (Murbac.) *alia*, θ r. *alio*, Pint. K. — *appetat*, R θ T d (Murbac.) *impetit*, r. *adpetit*, $\beta\gamma$. — *lacus*, d. *latus*, R θ T r (Murbac.) — *cadente*, d^{2}. *candentes*, R^{2}d^{1}. *cadentes*, R^{1}. *candantes*, Murbac. Quaedam mutat Rhenan. — *aquā*, R. — *diverso*, R d (Murbac.) *diversa*, β. — *spectari*, K.

§ 10. *hostem*, R. Omitt. θ T d r (Murbac.) — *tolerante*, R^{1} (Murbac.) Nonnulla mutat Rhen. — *adversos*, R^{1}. *adversus*, R^{2}. *aversos*, d. — *conniventem*, Rhen. R^{2}. *conhibentem*, R^{1}d (Murbac.) — *flectentemque*, r. *flentemque*, K. *nictantemve*, Pint. — *praecipitante*, R. — *stetit*, R θ T d (Murbac.) *steterit*, β.

§ 11. *his*, d. — *in ossifragi*, R d. *ossifragi*, r. Haec sumpsit Plin. ex Aristot. mirab. auscult. 61. — *habent*, T r. — *minores progenerantur*, R. *prog. min.*, d $\beta\gamma$. *his*, d.

4. Tribus primis et quinto aquilarum generi inaedificatur 12
nido lapis aetites quem aliqui dixere gangiten, ad multa re-
media utilis, nihil igne deperdens; est autem lapis iste
praegnans, intus alio cum quatias velut in utero sonante,
sed vis illa medica non nisi nido direptis. Nidificant in petris
et arboribus, pariunt et ova terna, excludunt pullos binos,
visi sunt et tres aliquando; alterum expellunt taedio nu-
triendi. Quippe eo tempore ipsis cibum negavit natura pro- 13
spiciens ne omnium ferarum fetus raperentur; ungues quoque
earum invertuntur diebus iis, albescunt inedia pinnae, ut
merito partus suos oderint. Sed eiectos ab his cognatum
genus ossifragi excipiunt et educant cum suis; verum adul-
tos quoque persequitur parens et longe fugat, aemulos sci-
licet rapinae. Et alioquin unum par aquilarum magno ad 14
populandum tractu ut satietur indiget; determinant ergo
spatia et in proxumo praedantur. Rapta non protinus ferunt
sed primo deponunt expertaeque pondus tunc demum ab-
eunt. Oppetunt non senio nec aegritudine sed fame, in tan-
tum superiore adcrescente rostro ut aduncitas aperiri non
queat. A meridiano autem tempore operantur et volant, prio- 15
ribus horis diei donec inpleantur hominum conventu fora
ignavae sedent. Aquilarum pinnae mixtas reliquarum alitum
pinnas devorant. Negant umquam solam hanc alitem fulmine
exanimatam; ideo armigeram Iovis consuetudo iudicavit.

§ 12. *Tribus primis et quinto*, d[1]. *tribus primis est. Quinto*, R (Murbac.) *Tribus primis est et quinto*, d[2]. Haec exscripsit Solin. 37, 14. 15. — *generi aquilarum*, d. — *inaedificatione nidi*, d. *infertur*, Dalec. — *aetites*, Barbar. R. *edites*, d. *aedites*, Murbac. — *gangiten*, Hard. *gagiten*, R[1] (et nonnulli libri ap. Salmas. exerc. p. 177. b. E.) *gagyten*, alii libri ap. eundem. *gagaten*, R[2]dβ. Varia mutat Salmas. *echiten*, Cornar. ad Macr. f. 115. b. — *utilis nihil*, d. *nihil utilis*, R. *nihil*, r. — *inde*, r. — *ipse*, θT. — *alio cum*, Salmas. exerc. p. 502. a. G. *alvo cum*, R[2]. *avo cum*, R[1]d (codd. Salmas.) *cum*, $\beta\gamma$. — *velut*, Rd (codd. Salmas.) *alio velut*, $\beta\gamma$. — *direptis*, R[2] (Murbac.) *dereptis*, R[1]d. — *et in arbor.*, d. V. Aristot. hist. anim. 6, 6. 9, 32. p. 619^a 25. — *et ova*, θTd (Murbac.) *et vo*, R. *ova*, β.

§ 13. *invertuntur. Diebus iis*, r. — *ossifragi*, RθTdr. *ossifragae*, β.

§ 14. *alioquin*, Rd. *alioqui*, γ. — *indigent*, R[2]. *in dic et*, R[1]d. — *et*, Rd. *nec*, $\beta\gamma$. — *avehunt*, Pint. — *nec*, R. *non*, d. — *ut superiore*, d. — *aduntiatas*, d. — *aperire*, d.

§ 15. *Negant unquam*, d. *Negatumquam*, R. *Negatumque*, r. — *iudicavit*, d. *indicavit*, Rθ.

IV. 5. Romanis eam legionibus Gaius Marius in secundo 16
consulatu suo proprie dicavit. Erat et antea prima cum
quattuor aliis; lupi, minotauri, equi aprique singulos ordines
anteibant; paucis ante annis sola in aciem portari coepta
erat, reliqua in castris relinquebantur; Marius in totum ea
abdicavit. Ex eo notatum non ferre legiones umquam hiber-
na esse castra, ubi aquilarum non sit iugum. Primo et se- 17
cundo generi non minorum tantum quadripedum rapina sed
etiam cum cervis proelia; multum pulverem volutatu colle-
ctum insidens cornibus excutit in oculos, pinnis ora verbe-
rans, donec praecipitet in rupis. Nec unus hostis illi satis
est; acrior cum dracone pugna multoque magis anceps etiamsi
in aere. Ova hic consectatur aquilae aviditate malefica, at illa
ob hoc rapit ubicumque visum; ille multiplici nexu alas li-
gat ita se inplicans ut simul decidat.

V. 6. Est percelebris apud Seston urbem aquilae gloria, 18
educatam a virgine retulisse gratiam, avis primo, mox de-
inde venatus adgerentem; defuncta postremo in rogum ac-
censum eius iniecisse sese et simul conflagrasse. Quam ob
causam incolae quod vocant heroum in eo loco fecere ap-
pellatum Iovis et virginis, quoniam illi deo ales adscribitur.

VI. 7. Volturum praevalent nigri. Nidos nemo attingit; 19
ideo et fuere qui putarent illos ex adverso orbe advolare

§ 16. *Gaius*, R. *C.*, dβγ. — *lupis, minotauris, equis, apris quae*, r. — *ferre*, R^2. *fere*, R^1Kdr (Murbac.) βγ. — *legiones*, R. *legionis*, dβγ. *apud legiones*, Kr (Murbac.) — *hiberna esse*, R^1Tdr (Murbac.) *hibernasse*, R^2β. *hibernatum esse in castris*, K.

§ 17. *ora*, R^2. Omitt. R^1d. — *illis*, R. — *satis*, om. d. — *acrior cum*, RTr. *acrior satis cum*, d. *acrior est cum*, βγ. — *malifica*, R. — *at*, d. *ab*, R (Murbac.) — *nexu*, d. *in exu*, R^1. *in nexu*, R^2. — *ista se explicat*, T. *illa se explicat*, K. — *decidat*, Rθr. *decidant*, Tdβ.

§ 18. *Est percelebris*, scriptura vulgata, sed ea interpolata. *Saepe celebris*, R^2S. *Saepe celebres*, R^1d (Murbac.) *Saepe celebrem*, T. *Est percelebre*, θ. *Semper celebris*, r. Adverbium *saepe* priori verbo adiungunt Rhen., Pint., Dalec.; at ego vestigium lacunae hic deprehendi existimo, ut scribendum sit *simul decidat. Saepe* ..... *Celebris apud*, nonnullis verbis deperditis, in quibus de illa aquilae cum dracone pugna cum aliquid narretur, haec narratio ab adiectivo *celeber* incipit. — *Seston*, R^2ST. *Sesto*, Murbac. *Sexto*, R^1d. — *gloriae*, R. *gloria est*, Pint., quae coniectura per cod. R nunc fere comprobata unice vera habenda est, si initium huius paragraphi respicis. — *eductam*, R. *esse ductam*, θTd. — *retulisset*, d. — *adgregentem*, R^1. — *eius*, om. d. — *heroeum*, d (Murbac.)

§ 19. *attingit*, RTdr (Murbac.) *attigit*, βγ. — *et*, Rd. *etiam*, βγ. — *adversa urbe*, Rd. V. Aristot. hist. anim. 6, 5. 9, 11. — *nidificant*, Rd. *nid. enim*,

falso; nidificant in excelsissimis rupibus; fetus quidem saepe
cernuntur, fere bini. Umbricius haruspicum in nostro aevo pe-
ritissimus parere tradit ova tredecim, uno ex iis reliqua ova
nidumque lustrare, mox abicere; triduo autem ante volare
eos ubi cadavera futura sunt.

VII. 8. Sanqualem avem atque inmusulum augures Ro- 20
mani in magna quaestione habent. Inmusulum aliqui voltu-
ris pullum arbitrantur esse et sanqualem ossifragae; Mas-
surius sanqualem ossifragum esse dicit, inmusulum autem
pullum aquilae priusquam albicet cauda; quidam post Mu-
tium augurem visos non esse Romae confirmavere, ego,
quod veri similius, in desidia rerum omnium arbitror non
adgnitos.

VIII. 9. Accipitrum genera sedecim invenimus; ex iis 21
aegithum claudum altero pede prosperrimi auguri nuptiali-
bus negotiis et pecuariae rei; triorchim a numero testium,
cui principatum in auguriis Phemonoe dedit; buteonem hunc
appellant Romani; familiam etiam ex eo cognominatam, cum
prospero auspicio in ducis navi sedisset. Epileum Graeci vo-
cant, qui solus omni tempore adparet; ceteri hieme abeunt.
Distinctio generum ex aviditate; alii non nisi ex terra ra- 22
piunt avem, alii non nisi circa arbores volitantem, alii se-
dentem in sublimi, aliqui volantem in aperto. Itaque et

βγ. — *in* ante *nostro aevo* om. Kritz. ad Sall. Cat. 48, 5. At v. ad 33, 149. — *tredecim*, R θ T d. *tria*, Sabell. *β.* — *tria*, d. *tridivo*, R^{1}. *tridivum*, R^{2}. — *ante volare*, S T (Murbac.) *ante advolare*, R *γ*. *antea*////*volare*, d. *ante aut biduo volare*, *β*. — *eo*, Pint.

§ 20. *Sanqualem*, R d. *Sangualem*, θ r β. — *inmusulum*, R d. *immussulum*, *βγ*. — *in*, omitt. R θ d r. — *magni quaestioni*, R. *magnae quaestioni*, θ r. *magni quaestione*", d. — *Inmusulum—dicit* om. d. — *samqualem*, R (bis.) *sangualem*, θ β. — *ossifragum*, R. — *sanqualem*, Murbac. *sangualem*, θ β. — *ossifragum*, R θ (Murbac.) *ossifragam*, *β*. — *veri similius*, d. *vere similius*, R. *vero similius*, Murbac. His vocibus addit *est* β, quod omitt. R T d r (Murbac.) — *desideria*, Murbac. Nonnulla inde mutat Rhen. — *arbitror non*, R T d. *non arbitror*, *βγ*.

§ 21. *genera sunt decem non minus*, Pint. ex Aristot. hist. anim. 9, 36. p. 620^{a} 22. — *novimus*, K. — *ex iis—pecuariae rei*; haec verba aliunde huc advecta putat Pint. *ex iis*, R K. *ex his*, θ d. — *aegithum*, S T d r. *aegythum*, θ. *aegithmum*, R (in rasura.) *circon*, K β. V. Aristot. l. l. 9, 15. — *claudum—pede* om. K. — *peculiae*, d. *pecuriae*, Murbac. — *triorchim*, ita nos scripsimus coll. 204. 207. *triorchem*, *βγ*. *triorche*, R d. — *butionum*, R. *bucionum*, d. — *familiam*, R d. *familia*, *βγ*. — *ex eo*, R. Omitt. T d r. — *cognominatam*, R d. *cognominata*, *βγ*. — *in M. Fabii ducis*, Pigh. annal. 2, 29. — *Epileum*, R T d. *Epilaeum*, θ. *Epilaeon*, r. *Aesalona*, Barbar. *β*.

§ 22. *et*, R. *e*, d. — *aliqui*, R. *alii*, T d.

columbae novere ex iis pericula visoque considunt vel sub-
volant, contra naturam eius auxiliantes sibi. In insula Afri-
cae Cerne in oceano accipitres totius Masaesyliae humi
fetificant nec alibi nascuntur, illis adsueti gentibus.

10. In Thraciae parte super Amphipolim homines et ac- 23
cipitres societate quadam aucupantur; hi ex silvis et harun-
dinetis excitant avis, illi supervolantis deprimunt; rursus
captas aucupes dividunt cum iis. Traditum est missas in
sublime sibi excipere eos et cum sit tempus capturae clan-
gore ac volatus genere invitare ad occasionem. Simile quid- 24
dam lupi ad Maeotim paludem faciunt; nam nisi partem a
piscantibus suam acceperint, expansa eorum retia lacerant.
Accipitres avium non edunt corda. Nocturnus accipiter cy-
bindis vocatur, rarus etiam in silvis, interdiu minus cernens;
bellum internecinum gerit cum aquila cohaerentesque saepe
prenduntur.

IX. 11. Coccyx videtur ex accipitre fieri, tempore anni 25
figuram mutans, quoniam tunc non adparent reliqui nisi per-
quam paucis diebus; ipse quoque modico tempore aestatis
visus non cernitur postea; est autem neque aduncis ungui-
bus solus accipitrum, nec capite similis illis neque alio
quam colore, ac rictu columbi potius; quin et absumitur ab
accipitre, si quando una adparuere, sola omnium avis a suo
genere interempta. Mutat autem et vocem, procedit vere, 26
occultatur caniculae ortu semperque parit in alienis nidis,
maxume palumbium, maiore ex parte singula ova, quod nulla

his, d. — *Masaesyliae*, d. *Mas /// sliae*, R. *Massaesyliae*, θT. *Massyliae*, Barbar. β.

§ 23. *partes*, Rd. — *Cedropolin*, Barbar. At v. Schneider. ad Aristot. l. l. T. III. p. 165. — *et*, Rd. *atque*, βγ. — *his*, d. — *sibi*, Rd (codd. Gel.) *ibi*, r. — *sit tempus*, R^2. *tempus sit*, βγ. *sint*, Td (in hoc parva ante *sint* rasura.) *sit*, R^1 (Murbac.) Nonnulla mutat Rhen. — *clamore ac vocatus gen. invitari*, Pint. Etiam Beckmann. *Beiträge zur Gesch. der Erfind.* 2, 163. de corruptela huius loci cogitat.

§ 24. *ad*, RθTd. *apud*, β. V. Aristot. l. l. 9, 36. — *acceperint*, R^2. *accepere*, R^{1}dβγ. — *expassa*, K. — *Accipitres*, v. Aristot. hist. anim. 9, 11. — *cybindis*, RTd. *cypindis*, θ. *cymindis*, βγ. Scripturam a nobis receptam commendant etiam libri plerique omnes ap. Aristot. hist. anim. 9, 12. p. 615^b 6. 10. coll. Schneid. ad h. l. T. III. p. 92. Vulgatam scripturam praefert Gesner. hist. anim. 3, 56. — *interdum*, d. — *internecinum*, θ. *internecivum*, T. *internecibum*, d. *interniciuum*, R^2. *internęcybum*, R^1. — *prenduntur*, r. *prȩduntur*, R^1. *praedantur*, R^{2}Td. *prehenduntur*, βγ.

§ 25. *videtur ex accipitre*, Rd. *ex accipitre videtur*, βγ. — *mutante*, *quoniam non apparet nec reliqui*, Schneider. ad Aristot. hist. anim. 6, 7. p. 563^b 14.

alia avis, raro bina. Causa pullos subiciendi putatur, quod
sciat se invisam cunctis avibus; nam minutae quoque infe-
stant; ita non fore tutam generi suo stirpem opinatur ni
fefellerit, quare nullum facit nidum, alioqui trepidum animal.
Educat ergo subditum adulterato feta nido; ille avidus ex 27
natura praeripit cibos reliquis pullis, itaque pinguescit et
nitidus in se nutricem convertit; illa gaudet eius specie mi-
raturque esse ipsam quae talem pepererit; suos conpara-
tione eius damnat ut alienos absumique etiam se inspectante
patitur, donec conripiat ipsam quoque iam volandi potens.
Nulla tunc avium suavitate carnis conparatur illi.

X. 12. Milvi ex eodem accipitrum genere magnitudine 28
differunt. Notatum in his rapacissimam et famelicam semper
alitem nihil esculenti rapere umquam ex funerum ferculis
nec Olympiae ex ara ac ne ferentium quidem manibus nisi
lugubri municipiorum inmolantium ostento. Iidem videntur
artem gubernandi docuisse caudae flexibus, in caelo mon-
strante natura quod opus esset in profundo. Milvi et ipsi
hibernis mensibus latent, non tamen ante hirundinem ab-
euntes; traduntur autem et a solstitio adfici podagra.

XI. 13. Volucrum prima distinctio pedibus maxume con- 29
stat; aut enim aduncos unguis habent aut digitos aut pal-
mipedum in genere sunt, ut anseres et aquaticae fere aves.
Aduncos unguis habentia carne tantum vescuntur ex parte
magna; XII. 14. cornices et alio pabulo, ut quae duritiem 30
nucis rostro repugnantem volantes in altum in saxa tegu-

T. II. p. 436. — *ipse quoque*, R θ T d. *ipseque*, β. — *capitis*, R d. — *alioqui*, Rhen. — *victu*, R^{2}θ (codd. Gel.) *vitu*, R^{1}d. *visu*, Sr. Aut hanc ultimam scripturam praeferendam aut *nictu* legendum dicit Rhenan. *rictu* praefert Gesner. l. l. 3, 363. *ambobus columbi potius*, Pint. *nec similis illis alio quam colore, capite ac rictu columbi potius*, Schneider. — *absumitur*, R d. *sumitur*, cum Harduini operis γ. — *ab*, om. R.

§ 26. *Mutat*, add. Aristot. l. l. 9, 49. p. 633^{a} 11. — *interque*, R d (Murbac.) *intereaque*, Rhen. — *maiore*, R. *maiori*, d β γ. — *pullos subiiciendi*, R d. *subiic. pull.*, β γ. — *minutae*, K. *minuta*, R T d r. *minutas*, β γ. V. Schneider. l. l. — *alioquin*, β.

§ 27. *subditicium*, Dalec. — *feto*, R (ex corr.) *fetu*, d. — *nixu*, Kr. — *esse*, R T d. *sese* β γ. — *Ipse*, d. — *quae*, T. *quod*, R d β γ. — *tunc*, R d. *tum*, β. *tamen*, r.

§ 28. *caudae*, R. *et avidae*, d. — *quod*, R θ d r. *quo*, K. *quid*, β. — *Milvi*, v. Aristot. hist. anim. 8, 16. — *solisticio*, R. *solstitiis*, d (Murbac.) β γ.

§ 29. *in genere sunt*, R. *ingerescunt*, d. — *ut*, R θ d. *uti*, β γ.

§ 30. *ut quae*, R θ T K d. *atque*, β. — *duritiam*, T. *duritie nucem*, Dalec.

lasve iaciant iterum ac saepius, donec quassatam perfringere
queant. Ipsa ales est inauspicatae garrulitatis, a quibusdam
tamen laudata; ab arcturi sidere ad hirundinum adventum
notatur eam in Minervae lucis templisque raro, alibi omnino
non adspici, sicut Athenis; praeterea sola haec etiam vo-
lantis pullos aliquamdiu pascit, inauspicatissima fetus tem-
pore hoc est post solstitium.

15. Ceterae omnes ex eodem genere pellunt nidis pullos 31
ac volare cogunt, sicut et corvi, qui et ipsi non carne tan-
tum aluntur sed robustos quoque fetus suos fugant longius.
Itaque parvis in vicis non plus bina coniugia sunt, circa
Crannonem quidem Thessaliae singula perpetuo; genitores
suboli loco cedunt. Diversa in hac et supradicta alite quae- 32
dam; corvi ante solstitium generant, iidem aegrescunt sexa-
genis diebus siti maxume antequam fici coquantur autumno;
cornix ab eo tempore conripitur morbo. Corvi pariunt cum
plurumum quinos; ore eos parere aut coire volgus arbitra-
tur ideoque gravidas si ederint corvinum ovom per os par-
tum reddere atque in totum difficulter parere si tecto infe-
runtur. Aristoteles negat, non Hercule magis quam in 33
Aegypto ibim, sed illam exosculationem quae saepe cernitur
qualem in columbis esse. Corvi in auspiciis soli videntur
intellectum habere significationum suarum; nam cum Medi
hospites occisi sunt, omnes e Peloponneso et Attica regione
volaverunt. Pessuma eorum significatio, cum glutiunt vocem
velut strangulati.

16. Uncos unguis et nocturnae aves habent, ut noctuae, 34
bubo, ululae; omnium horum hebetes interdiu oculi. Bubo

iaciant, R θ T K d. *iaciunt*, β γ. — *avis*, d. — *est*, om. d. — *ad*, om. d. — *adventu*, d. — *alibi*, r, quod certe praetulisset Hand. Tursell. 1, 231. 277., nisi hic locus eius curam effugisset. *alicubi*, R d β γ. — *etiam*, R. Omitt. T d. — *auspici*, R. — *Petreterea*, R. V. Aristot. hist. anim. 6, 6. extr.

§ 31. *Cetera omnia*, T. — *nido*, d. — *alunt*, r. — *fugant*, om. d[1]. V. Aristot. hist. anim. 9, 31. — *non plus quam*, K. *non plus una* vel *binum coniugia*, Pint. Dubitat Schneid. ad Aristot. hist. anim. l. l. T. III. p. 140. — *ita singula*, K. — *cedunt*, R. *habent*, T d.

§ 32. *et*, d. *ac*, γ. In R rasura. — *egrescunt*, R[1]. *nigrescunt*, R[2]. — *inferuntur*, R d. *inferantur*, β γ.

§ 33. *Aristoteles*, generat. anim. 3, 6. — *Medi*, R r. *Medi hii*, d. *Mediae*, β γ. *οἱ Μηδίου ξένοι*, Aristot. hist. anim. 9, 31., ubi v. Schneid. T. III. p. 140. coll. Victor. var. lect. 37, 2. — *advolaverunt*, K.

§ 34. *praecipue publicis*, d. — *cantu*, R. *tantum*, d. — *vocali*, r. — *itaque*, R.

funebris et maxume abominatus publicis praecipue auspiciis
deserta incolit nec tantum desolata sed dira etiam et inac-
cessa, noctis monstrum, nec cantu aliquo vocalis sed gemitu;
itaque in urbibus aut omnino in luce visus dirum ostentum
est. Privatorum domibus insidentem plurumum scio non 35
fuisse feralem. Volat numquam quo libuit sed transversus
aufertur. Capitoli cellam ipsam intravit Sex. Palpelio Hi-
stro L. Pedanio coss., propter quod nonis Martiis urbs lu-
strata est eo anno.

XIII. 17. Inauspicata est et incendiaria avis, quam pro- 36
pter saepenumero lustratam urbem in annalibus invenimus,
sicut L. Cassio C. Mario coss., quo anno et bubone viso
lustrata est. Quae sit avis ea, non reperitur nec traditur.
Quidam ita interpretantur, incendiariam esse quaecumque
adparuerit carbonem ferens ex aris vel altaribus; alii spin-
turnicem eam vocant, sed haec ipsa quae esset inter avis
qui se scire diceret non inveni. XIV. Cliviam quoque avem ab 37
antiquis nominatam animadverto ignorari; quidam clamato-
riam dicunt, Labeo prohibitoriam. Et apud Nigidium subis
appellatur avis quae aquilarum ova frangat. XV. Sunt
praeterea conplura genera depicta in Etrusca disciplina sed
ulli non visa, quae nunc defecisse mirum est, cum abundent
etiam quae gula humana populatur.

XVI. 18. Externorum de auguriis peritissime scripsisse 38
Hylas nomine putatur. Is tradit noctuam, bubonem, picum
arbores cavantem, trygonam, cornicem a cauda de ovo ex-
ire, quoniam pondere capitum perversa ova posteriorem par-
tem corporum fovendam matri adplicent.

qui, d (in rasura.) — *luco*, Pint. — *ostentum*, R. *monstrum*, d.

§ 35. *plurimum*, θ d. *plurum*, R^2. *plurim*, R^1 (Murbac.) *plurimis*, Rhen. β. — *libuit*, R d (Murbac.) *libet*, r. — *aufertur*, R^2. *auferuntur*, R^1. *auferunt*, d. — *Palpelio*, Hard. ex inscript. ap. Gruter. p. 447. *Palpellio*, R θ d. *Papellio*, β. — *Istro*, β. — *Pedaneo*, R.

§ 36. *quam propter*, R. *quapropter*, d. *propter quam*, β γ. — *G.*, R. — *lustrata est*, R. *lus tracta esse*, Murbac. *lus tractata esse*, d. *lustrata est. Sed quae*, Rhen. — *non*, R T. *nec*, d β γ. — *quaecumque*, R. *quacumque*, T d. — *spiturnicem*, R.

§ 37. *Cliviam*, R θ T d. *Clivinam*, β. — *subĩ*, d. *subter*, θ. *supt*, R. — *appellatam*, d. — *sed ulli*, R T d. *se tuli*, Murbac. *seculis*, β.

§ 38. *Hylas*, d (codd. Barbari.) *Illas as*, R θ. *Illashas*, T. — *cavantes*, d. — *trygonam*, θ coll. Valcken. ad Theocr. Adoniaz. 38. p. 378. *trigonam*, R T d. *trogonem*, β. *trigonem*, γ. — *magis fovendam*, K.

XVII. 19. Noctuarum contra avis sollers dimicatio; ma- 39
iore circumdatae multitudine resupinae pedibus repugnant
collectaeque in artum rostro et unguibus totae teguntur;
auxiliatur accipiter conlegio quodam naturae bellumque par-
titur. Noctuas sexagenis diebus hiemis cubare et novem vo-
ces habere tradit Nigidius.

XVIII. 20. Sunt et parvae aves uncorum unguium, ut 40
pici Martio cognomine insignes et in auspiciis magni. Quo
in genere arborum cavatores scandentes in subreptum felium
modo, illi vero et supini, percussi corticis sono pabulum
subesse intellegunt; pullos in cavis educant avium soli. Ada-
ctos cavernis eorum a pastore cuneos, admota quadam ab
his herba, elabi creditur volgo; Trebius auctor est clavom
cuneumve adactum quanta libeat vi arbori in qua nidum ha-
beat statim exsilire cum crepitu arboris, cum insederit clavo
aut cuneo. Ipsi principales Latio sunt in auguriis a rege 41
qui nomen huic avi dedit. Unum eorum praescitum transire
non queo: in capite praetoris urbani Aeli Tuberonis in foro
iura pro tribunali reddentis sedit ita placide ut manu pre-
henderetur; respondere vates exitium inperio portendi si
dimitteretur, at si exanimaretur praetori; et ille autem pro-
tinus concerpsit nec multo post inplevit prodigium.

21. Vescuntur et glande in hoc genere pomisque mul- 42
tae sed quae carne tantum non vivont, excepto milvo, quod
ipsum in auguriis dirum est. XIX. Uncos unguis habentes
omnino non congregantur et sibi quaeque praedantur; sunt

§ 39. *consortio*, K. — *cubare*, d. *subare*, R θ T.

§ 40. *auspiciis*, R. *auspicatis*, T d r (Murbac.) *auspicatu*, Rhen. Multa hic mutat Pint. — *cadentes*, R[1] d[1]. *candentes*, R[2] d[2]. — *subreptum*, sive a *subrependo* sive cum Hard. a *surripiendo* derivas, ineptam modo explicationem admittit, neque de alterutro verbo h. l. sermonem esse docet quod sequitur *supini*. Hinc ego cum Pint. scripturam nonnullarum editionum vetustissimarum *subrectum* praefero, qua voce Plin. et alibi utitur. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 9, 9. — *educunt* i. e. *excludunt*, Pint. d[1]. — *arborum*, Pint. K. — *Adductus*—*cuneus*, r. — *elabi*, om. R[1]. — *vulgo creditur*, T d. *a pastore elabi creditur* (*traditur*, m. pr.), *aut* (Rhen. *at*) *vulgo admota quadam ab his herba*. *Trebius*, Murbac. V. extrema huius paragraphi. — *cuneum vel*, R d. — *libet*, d. — *arboris*, R d. — *crepitu*, R d. *strepitu*, θ r (Murbac.) — *cuneo*; huic voci addunt *elabi creditur aut vulgo* R d. Male haec sunt repetita ex superioribus; rursus in superioribus Murbac. male traiectis verbis laborat. Ceterum Pint. et K verba *clavo aut cuneo* ut suppositicia omitt.

§ 41. *principalis*, R. — *Aelii*, R θ T d. *L.*, β. — *reddenti*, R d. — *autem*, R d. *avem*, Coler. ad Valer. Max. V. 6, 4., γ. coll. ad 2, 125. Quaeri tamen potest, annon *alitem* sit legendum. — *correpsit*, R d.

autem omnes fere altivolae praeter nocturnas, et magis maiores; omnibus alae grandes, corpus exiguum; ambulant difficulter, in petris raro consistunt curvatura unguium prohibente.

22. Nunc de secundo genere dicamus quod in duas divi- 43
ditur species, oscines et alites; illarum generi cantus oris,
his magnitudo differentiam dedit; XX. itaque praecedent et
ordine omnisque reliquas in his pavonum genus cum forma
tum intellectu eius et gloria. Gemmantis laudatus expandit
colores adverso maxume sole, quia sic fulgentius radiant;
simul umbrae quosdam repercussus ceteris, qui in opaco
clarius micant, conchata quaerit cauda omnisque in acervom
contrahit pinnarum quos spectari gaudet oculos. Idem cauda 44
annuis vicibus amissa cum foliis arborum, donec renascatur
alia cum flore, pudibundus ac maerens quaerit latebram;
vivit annis xxv, colores fundere incipit in trimatu. Ab auctoribus non gloriosum tantum animal hoc traditur sed et malevolum, sicut anser verecundum, quoniam has quoque quidam addiderunt notas in his haud probatas mihi.

23. Pavonem cibi gratia Romae primus occidit orator Hor- 45
tensius aditiali cena sacerdoti; saginare primus instituit circa novissimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco exque eo quaestu reditus sestertium sexagena milia habuit.

XXI. 24. Proxume gloriam sentiunt et hi nostri vigiles 46
nocturni quos excitandis in opera mortalibus rumpendoque somno natura genuit. Norunt sidera et ternas distingunt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum quartaque ca-

§ 42. *sed reliquae*, Dalec. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 8, 3. init. — *sed sibi*, K. — *quaeque*, codd. Gel. *quaque*, Rd. — *praedantur*, R²d. *praedatur*, K. *praedat*, R¹.

§ 43. *genere—quod*, R θ T d. *ordine—qui*, β. — *praecedente*, d. — *omnisque*; hinc novum caput incipit β. *omnes*, Murbac. — *gloriam*, Rd. — *Gemmatos*, d¹. *Gemmatus*, d². — *qui in*, R (cum rasura inter utramque vocem.) *qui et in*, θ T d γ. — *omnemque*, Murbac.

§ 44. *alia*, R T d. *iterum*, β γ. — *fundere incipit*, R d. *incipit fundere*, β γ. V. Aristot. hist. anim. 6, 9. — *Ab auctoribus*, Aristot. l. l. 1, 2. p. 488ᵇ 23. — *malivolum*, R. — *anserum*, R.

§ 45. *aditiali*, R d. *adiiciali*, β. — *ex quo eo*, R d (Murbac.) — *quaestu*, d. *quaestus*, R (Murbac.) *quaestus reditu*, Rhen. Sumpsit haec Plin. ex Varr. de re rust. III. 6, 6. — *sestertium*, d. *his*, R. *is*, θ. *is sestertium*, K. *sestertia*, r. — *sexagena*, R θ T d r. *sexaginta*, β.

§ 46. *operam*, R d. — *naturaque*, R. — *eum*, R¹.

strensi vigilia ad curas laboremque revocant, nec solis ortum incautis patiuntur obrepere diemque venientem nuntiant
cantu, ipsum vero cantum plausu laterum. Inperitant suo 47
generi et regnum in quacumque sunt domo exercent. Dimicatione paritur hoc inter ipsos velut ideo tela adgnata cruribus suis intellegentes, nec finis saepe conmorientibus; quod si palma contingit, statim in victoria canunt seque ipsi principes testantur; victus occultatur silens aegreque servitium
patitur. Et plebs tamen aeque superba graditur ardua cer- 48
vice, cristis celsa, caelumque sola volucrum adspicit crebra, in sublime caudam quoque falcatam erigens; itaque terrori sunt etiam leonibus ferarum generosissimis. Iam ex his quidam ad bella tantum et proelia adsidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram. Secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis, ut plane dignae
aliti tantum honoris perhibeat Romana purpura. Horum 49
sunt tripudia solistima, hi magistratus nostros cotidie regunt domusque ipsis suas claudunt aut reserant, hi fascis Romanos inpellunt aut retinent, iubent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices, hi maxume terrarum inperio inperant, extis etiam fibrisque haud aliter quam opimae victoriae dis grati. Habent ostenta et praeposteri eorum vespertinique cantus; namque totis noctibus canendo Boeotiis nobilem illam adversus Lacedaemonios praesagivere victoriam, ita coniecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret.

veniente, R. — *plosu*, Merula ad Enn. p. 589.

§ 47. *hoc*, RTd. *hoc quoque*, $\beta\gamma$. — *intelligentium finis*, d. — *principes ipsi*, d.

§ 48. *crebra*, Rd (Murbac.) *crebro*, $\beta\gamma$. — *sublimi*, d. — *leonibus dominis ferarum iam*, r. — *aut*, RθTd. *ac*, $\beta\gamma$. — *anagram*, Rd. — *medicis*, d. Hunc librarii errorem verbis Columell. VIII. 2, 4. defendi male quis putaverit. — *et*, Rθd. *ac*, β. — *perhibeat*, RθTdr (cod. vetustiss. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 442.) *praebeat*, $\beta\gamma$.

§ 49. *magistratus*, R². *magis corvus*, R¹. *magis corvo*, d. *magistros*, θ. — *nostro*, d. — *domusque*, Rd. *domosque*, Murbac. $\beta\gamma$. — *ac*, r. *aures. erant*, d. — *faces*, R². *fuces*, R¹d. — *ac*, r. — *ac*, r. — *omnium*, om. r. — *maximo*, K. — *imperitabant*, r. — *ex his*, Rd (Murbac.) *Ex iis*, K. — *fibrisque haud*, Rd. *fibrae sunt haud*, K. *fibris quae aut*, Murbac. — *quam*, om. Murbac. *haud aliter ac opimae*, Rhen. — *victoriae*, Rd. *victimae*, θT (Murbac.) — *gratae*, K. — *et*, R¹d (Murbac.) *ex se*, R². *ex se et*, r. Om. T. — *praepropери*, T. — *Lacedaemonas*, d.

§ 50. *Desinunt canere*, omitt. R¹d. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 9, 50.

25. Desinunt canere castrati, quod duobus fit modis: 50
lumbis adustis candente ferro aut imis cruribus, mox ulcere oblito figlina creta; facilius ita pinguescunt. Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice editur ceu gladiatorum. Invenitur in annalibus in agro Ariminensi M. Lepido Q. Catulo coss. in villa Galeri locutum gallinaceum, semel quod equidem sciam.

XXII. 26. Est et anseri vigil cura Capitolio testata de- 51
fenso, per id tempus canum silentio proditis rebus, quam ob causam cibaria anserum censores in primis locant; quin et fama amoris, Aegii dilecta forma pueri Olenii et Glauces Ptolemaeo regi cithara canentis, quam eodem tempore et aries amasse proditur. Potest et sapientiae videri intellectus his esse; ita comes perpetuo adhaesisse Lacydi philosopho dicitur, nusquam ab eo, non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digressus.

27. Nostri sapientiores qui eos iecoris bonitate novere; 52
fartilibus in magnam amplitudinem crescit, exemptum quoque lacte mulso augetur. Nec sine causa in quaestione est, quis tantum bonum invenerit, Scipione Metellus vir consularis an M. Seius eadem aetate eques Romanus. Sed, quod constat, Messalinus Cotta, Messalae oratoris filius, palmas pedum ex his torrere atque patinis cum gallinaceorum cristis condire reperit; tribuetur enim a me culinis cuiusque
palma cum fide. Mirum in hac alite a Morinis usque Ro- 53
mam pedibus venire; fessi proferuntur ad primos, ita ceteri stipatione naturali propellunt eos. Candidorum alterum vectigal in pluma. Velluntur quibusdam locis bis anno; rur-

p. 631 b 25. — *his lumbis*, d. — *pinguescunt*, R. *pinnescunt*, θ. *pennescunt*, Td — *agro Ariminensi*, Rd. *Arim. agro*, βγ. — *Gallerii*, β.

§ 51. *Est et*, R². *Et*, R¹Tdr (Murbac.) γ. — *causam*, RθTdr. *rem*, β. — *fame moris*, Rd. — *Aegii*, Gesner. hist. anim. 3, 155. *Argis*, Rdβ. V. Aelian. hist. anim. 5, 29. et Athen. 13. p. 606. C. — *Olenii*, Gesner. *nomine Oleni*, Rdβ. — *Clauces*, Rd. — *eodem*, R. *ex eodem*, θTd. — *amasse*, RθTd. *adamasse*, βγ. — *his esse. Ita comes*, R. *his ita esse. Comes*, T. *ita iis esse. Comes*, r. Cum R conspirat β, nisi quod *iis* habet. — *balineis*, θ. — *digressum*. Rd.

§ 52. *quis*, RTd. *quis primus*, βγ. — *Scipione*, R. *Scipio*, d (codd. Gel.) β. *Scipio an*, r. — *Seius*, Pint. θ. *Seseius*, RTSd. *Sestius*, β. — *palma*, Rd. *plantos*, r. — *torrere*, R². *sorbere*, R¹d.

§ 53. *a Morinis—Romam*, Rd (codd. Barbari.) *amor nisusque Romam*, alii codd. Barbari. — *venere*, codd. Barbari.

sus plumigeri vestiuntur; mollior quae corpori proxuma, et
e Germania laudatissima; candidi ibi, verum minores, gantae
vocantur. Pretium plumae eorum in libras denarii quini. Et 54
inde crimina plerumque auxilium praefectis, a vigili statione
ad haec aucupia dimissis cohortibus totis; eoque deliciae
processere ut sine hoc instrumento durare iam ne virorum
quidem cervices possint.

28. Aliud reperit Syriae pars quae Commagene vocatur, 55
adipem eorum in vase aereo cum cinnamo nive multa obrutum ac rigore gelido maceratum ad usum praeclari medicaminis quod ab gente dicitur Commagenum.

29. Anserini generis sunt chenalopeces et quibus lautio- 56
res epulas non novit Britannia chenerotes fere ansere minores. Decet tetraonas suus nitor absolutaque nigritia, in
superciliis cocci rubor. Alterum eorum genus volturum magnitudinem excedit, quorum et colorem reddit, nec ulla ales
excepto struthocamelo maius corpore inplens pondus, in tantum aucta ut in terra quoque inmobilis prehendatur. Gignunt 57
eos Alpes et septentrionalis regio; in aviariis saporem perdunt; moriuntur contumacia spiritu revocato. Proxumae eis
sunt quas Hispania avis tardas appellat, Graecia ὠτίδας,
damnatas in cibis; emissa enim ossibus medulla odoris taedium extemplo sequitur.

XXIII. 30. Inducias habet gens Pygmaea abscessu gruum, 58

mollior_proxima, R θ T d r. *molliorque corp. proxima*, Murbac. *molliorque quae corpori quam proxima*, β. — *ibi*, R^{2}. *sive*, R^{1}d (Murbac.) — *gantae*, R θ T d (Murbac.) *ganzae*, β.

§ 54. *plura*, R d (Murbac.) — *earum*, R. *eorum HS. in libras pondo VII*, Gronov. sestert. p. 47. — *auxilium*, R r (Murbac.) *auxiliorum*, d β γ. — *hoc*, d. *in hoc*, R. — *stramento*, Dalec. — *possunt*, R d.

§ 55. *Comagene*, β. — *cinamo*, R. — *Commagenum*, R. *Commagum*, θ T d. *Comagenum*, β.

§ 56. *Anseris*, R. — *chenalopes*, p. *penelopes*, Barbar. K, quod improbat Wotton. different. anim. f. 133. E. *chenelopes*, Gesner. hist. anim. 3, 108. — *et*, R. *e*, d. — *chenerotes*, d. *cerenotes*, R θ. *ceramides*, codd. Barbari. *cheremutes*, p. *chenalopeces*, Gesner. — *fere*, R S T d r. *vero*, θ. *fero*, β. *ferae*, Pint. — *tetraonas*, Polit. miscell. 57. *et trahonas*, R. *et traonas*, cod. Medic. Politiani. *et traionas*, d. Emendatio huius loci et Suetoniani Calig. 22. a Politiano proposita nititur glossa Hesychii: *τετράων· ὄρνις ποιός*, quacum nihil commune habent glossae eiusdem: *τετράδων· ὀρνεόν τι, Ἀλκαῖος*, et: *τετραῖον· ὀρνιθάριόν τι, Λάκωνες*. Et apud Athen. 9, 387. E. et 14, 654. C., ubi olim *τετράωνας* exstabat, nunc correctum legitur *τετάρους*. Politiani vero emendationem, de qua dubitat Loens. epiphyll. 5, 9., comprobant Torrent., Casaubon. et Graev. ad Suet. l. l. — *absolutaque*, R. *absolutamque*, θ d p. — *nigritiam*, R θ d p. — *supercili-*

ut diximus, cum iis dimicantium. Inmensus est tractus quo
veniunt, si quis reputet, a mari Eoo. Quando proficiscantur
consentiunt; volant ad prospiciendum alte; ducem quem se-
quantur eligunt; in extremo agmine per vicis qui adclament
dispositos habent et qui gregem voce contineant. Excubias 59
habent nocturnis temporibus lapillum pede sustinentis qui
laxatus somno et decidens indiligentiam coarguat; ceterae
dormiunt capite supter alam condito, alternis pedibus insi-
stentes; dux erecto providet collo ac praedicit. Eaedem
mansuefactae lasciviunt gyrosque quosdam indecoro cursu
vel singulae peragunt. Certum est pontum transvolaturas 60
primum omnium angustias petere inter duo promontoria
Criumetopon et Carambim, mox saburra stabiliri; cum me-
dium transierint abici lapillos e pedibus, cum attigerint con-
tinentem et e gutture harenam. Cornelius Nepos qui divi
Augusti principatu obiit, cum scriberet turdos paulo ante
coeptos saginari, addidit ciconias magis placere quam grues,
cum haec nunc ales inter primas expetatur, illam nemo ve-
lit attigisse.

31. Ciconiae quonam e loco eveniant aut quo se referant, 61
inconpertum adhuc est. E longinquo venire non dubium eo-
dem quo grues modo, illas hiemis, has aestatis advenas;
abiturae congregantur in loca certa comitataeque sic ut
nulla generis sui relinquatur nisi captiva et serva ceu lege

ciis, R. — *excellit*, d^{1}. — *struthocamelo*, Rd. *struthiocamelo*, βγ. — *implet*, Dalec.

§ 57. *viariis*, Rd. *vivariis*, θ. — *spiratus evocatio*, d. — *his*, θ. — *aves* om. d.

§ 58. *diximus* 4, 44. 7, 26. — *his*, d. — *eo*, d. — *proficiscuntur*, K (Murbac.) V. Aristot. hist. anim. 9, 10. et Solin. 10, 11. — *consentiunt—sequantur* om. R^{1}. *consentiunt*, R^{2}STd (Murbac.) *consertim volant*, K (codd. Barbari.) — *altae*, K. *ante*, Murbac. — *lucem*, Murbac. — *per vices qui*, Rd (Murbac.) *per vicesque*, θ. — *ad clementis positos*, Murbac. *acclamantes dispositos*, θ. *ad clamantis positos*, R. *ad dementis positos*, d. — *habeant*, d. *habebant*, R (Murbac.)

§ 59. *lassatus*, Rθd (Murbac.) *lassatis*, T. — *cursu vel rictu* sive *rinctu*, Rhen.

§ 60. *Carambim*, R. *Caramvim*, d. *Carambin*, βγ. — *transierit*, R^{1}d. — *lapillos*, v. Aristot. hist. anim. 9, 12. p. 597^{b} 1. — *continentem et e*, R. *continentem mete*, d^{2}. *tellurem et e*, d^{1}. — *gutere*, Rd. — *nunc*, R. Omitt. dβ. — *velit attigisse*, Rhen. d. *velit at egisse*, R. *velitate igisse*, Murbac. *tetigisse*, K.

§ 61. *eveniant*, Rd. *veniant*, βγ. — *loca*, R^{2}. *loco*, R^{1}dβγ. — *certa*, Rdβγ. — *cunctataeque*, Pint. — *generis sui*, Rd. *sui generis*, βγ. — *et serva*, ut suppositicia delet Pint.

*

praedicta die recedunt. Nemo vidit agmen discedentium, cum
discessurum adpareat, nec venire sed venisse cernimus;
utrumque nocturnis fit temporibus, et quamvis ultra citrave
pervolent, numquam tamen advenisse usquam nisi noctu exi-
stumantur. Pythonos comen vocant in Asia patentibus cam- 62
pis, ubi congregatae inter se conmurmurant eamque quae
novissima advenit lacerant atque ita abeunt. Notatum post
idus Augustas non temere visas ibi. Sunt qui ciconiis non
inesse linguam confirment. Honos iis serpentium exitio tan-
tus ut in Thessalia capital fuerit occidisse eademque legi-
bus poena quae in homicidam.

32. Simili anseres quoque et olores ratione conmeant, sed 63
horum volatus cernitur; Liburnicarum more rostrato inpetu
feruntur, facilius ita findentes aera quam si recta fronte in-
pellerent; a tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmen
largeque inpellenti praebetur aurae; colla inponunt praece-
dentibus, fessos duces ad terga recipiunt. Ciconiae nidos
eosdem repetunt, genetricum senectam invicem educant.
Olorum morte narratur flebilis cantus falso, ut arbitror, ali-
quot experimentis. Iidem mutua carne vescuntur inter se.

33. Verum haec conmeantium per maria terrasque per- 64
egrinatio non patitur differri minores quoque quibus est na-
tura similis, utcumque supradictas magnitudo et vires cor-
porum invitare videri possint. Coturnices ante etiam semper
adveniunt quam grues, parva avis et cum ad nos venit ter-
restris potius quam sublimis. Advolant et hae simili modo 65

§ 62. *Pythonos*, d. *Pitonos*, R^2. *Pitones*, R^1. V. Solin. 40, 25. *Pithonos conam*, codex Sabell. *Pythonen vocant*, K. — *novissimo*, K. — *Augusti*, β. — *linguam*, R θ T d. *linguas*, βγ. — *confirmant*, T d. — *his*, d. — *serpentium*, R d. *de serp.*, β. — *capital*, cod. vetustiss. Leid. ap. Oudend. ad Suet. Calig. 24. *capita. l.*, d. *capitali*, θ. *capitale*, R βγ. V. auct. mirab. auscult. 22. — *eademque*, R d (Murbac.) *eadem*, r. — *legibus*, om. R^1. — *quae*, om. d.

§ 63. *more*, R d. *modo*, βγ. — *delatente*, d. — *a terga*, R^2. *terga*, R^1. *tergo*, T d. — *genetricum*, R. *genitricum*, d βγ. *genitorum*, Dalec. At v. Salmas. exerc. p. 615. b. D. — *falso*, R. *falsis*, T d r. V. Aristot. hist. anim. 9, 12. p. 615^b 2. — *mutua carne*, v. Aristot. l. l. 9, 1. p. 610^a 2.

§ 64. *utcumque*, R. *utcunque enim*, d βγ. Particula altera eiecta non amplius opus est interpunctione Iani in diurn. antiq. 1834. nr. 52. p. 422., qui ab *utcunque* novam periodum incipiendam esse scite monet, cuius apodosin verba efficiant *coturnices* et quae sequuntur. — *invitari*, R. — *possint*, R. *possunt*, θ d β. — *semper*, om. d.

§ 65. *Advolant*, R. *Advolat*, T d. V. Solin. 11, 20. — *haec*, R d. — *similitudo non*, d. — *appropinquavere* R. *appropinquavit*, T. *appropinquaverit*, d. —

non sine periculo navigantium, cum adpropinquavere terris;
quippe velis saepe incidunt et hoc semper noctu merguntque navigia. Iter est his per hospitia certa. Austro non vo- 66
lant, umido scilicet et graviore vento; aura tamen vehi volunt propter pondus corporum virisque parvas; hinc volantium illa conquestio labore expressa; aquilone ergo maxume volant ortygometra duce. Primam earum terrae adpropinquantem accipiter rapit. Semper hinc remeantes comitatum sollicitant abeuntque una persuasae glottis et otus et cychramus. Glottis praelongam exserit linguam, unde ei nomen; 67
hanc initio blandita peregrinatione avide profectam paenitentia in volatu cum labore scilicet subit, reverti incomitatam piget et sequi nec umquam plus uno die pergit, in proxumo hospitio deserit; verum invenitur alia antecedente anno relicta, simili modo in singulos dies. Cychramus perseveran- 68
tior festinat etiam pervenire ad expetitas sibi terras; itaque noctu is eas excitat admonetque itineris. Otus bubone minor est, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus, unde et nomen illi — quidam Latine asionem vocant —, imitatrix alias avis ac parasita et quodam genere saltatrix; capitur haut difficulter ut noctuae, intentam in aliquo circumeunte alio.
Quod si ventus agmen adverso flatu coepit inhibere, pon- 69
dusculis lapidum adprehensis aut gutture harena repleto stabilitae volant. Coturnicibus veneni semen gratissimus cibus, quam ob causam eas damnavere mensae simulque comitia-

incidunt, R θ K d (codd. Salmas. exerc. p. 128. a. A.) *insidunt*, β. Nostram lectionem tuetur etiam Solin. — *certo*, d.

§ 66. *Austro*, v. Aristot. hist. anim. 8, 12. p. 597^b 10. — *graviori*, d. — *eam*, Salmas. — *hic*, R d (Murbac.) Nonnulla mutat Rhen. — *persuasae*, Murbac. *persuas///*, R^1. *per sua signa*, R^{2}K. *perversa*, d. — *glottis et otus*, θ T d r. *glottis et otis*, Murbac. β. *glotites*, R^2. *gloti////*, R^1. *Otus* defendit etiam Gesner. hist. anim. 3, 484. — *cychramus*, Murbac. *cycramus*, d^2. *chicramus*, R. *cytharmus*, d^1. *cenchramis*, r. V. Schneider. ad Theophrast. T. V. p. 9.

§ 67. *Glottis*, d. *Gotis*, R^1. *Glotites*, R^2. — *blanditā*, d. — *provectam*, r. — *poenitentiam*, R d. — *incomitata*, R d. — *sequitur*, d. — *peragit*, K. — *hospicium*, d. — *inventura*, d.

§ 68. *Cychramus*, R. *Cytharmus*, d^1. *Cythramus*, d^2. *Cenchramis*, K. — *persevera////tior*, R. — *sibi*, om. d. — *noctuis*, Murbac. — *Otus*, R θ d r. *Otis*, β. V. Gesner. hist. anim. 3, 621. et Aristot. hist. anim. 8, 12. p. 597^b 21. — *actionem*, R d. Retinui vulgatam scripturam, cum ea 29, 117. e codd. Barbari sit enotata, quamquam et illic R V d *axionis* habent. — *parans ita*, R d. — *intentam*, R θ T. *intenta*, d r β γ. — *aliquo*, R. *aliquem*, θ T d. — *circumveniente*, d^1.

§ 69. *eventus*, d. — *coepit*, R d. *coeperit*, β γ. — *stabilitate*, R θ d r. — *veratri*, Barbar. At v. § 197. — *comitialem*, tacite om. Gronov. miscell. p. 848.

lem propter morbum despui suetum, quem solae animalium sentiunt praeter hominem.

XXIV. 34. Abeunt et hirundines hibernis mensibus, sola 70
carne vescens avis ex iis quae aduncos unguis non habent;
sed in vicina abeunt apricos secutae montium recessus in-
ventaeque iam sunt ibi nudae atque deplumes. Thebarum
tecta subire negantur, quoniam urbs illa saepius capta sit,
nec Bizyas intrant propter scelera Terei. Caecina Volater- 71
ranus equestris ordinis quadrigarum dominus conprehensas
in urbem secum auferens victoriae nuntias amicis mittebat
in eundem nidum remeantis inlito victoriae colore. Tradit
et Fabius Pictor in annalibus suis, cum obsideretur praesi-
dium Romanum a Ligustinis hirundinem a pullis ad se ad-
latam, ut lino ad pedem eius adligato nodis significaret,
quoto die adveniente auxilio eruptio fieri deberet.

35. Abeunt et merulae turdique et sturni simili modo in 72
vicina, sed hi plumam non amittunt nec occultantur, visi
saepe ibi quo hibernum pabulum petunt; itaque in Germa-
nia hieme maxume turdi cernuntur. Verius turtur occultatur
pinnasque amittit. Abeunt et palumbes; quonam et in iis
incertum. Sturnorum generi proprium catervatim volare et
quodam pilae orbe circumagi, omnibus in medium agmen
tendentibus. Volucrum soli hirundini flexuosi volatus velox 73
celeritas, quibus ex causis neque rapinae ceterarum ali-
tum obnoxia est; ea demum sola avium nonnisi in volatu
pascitur.

despui suetum, R (Murbac.) *despuisse eum*, d. *despui suetae eum*, Rhen. *suetae* habent etiam Tr. — *solae*, Rd. *sola*, *β*.

§ 70. *his*, d. — *apricos*, R. *Africos*, codd. Rezz. *Africo*, *θ*. *Africae*, Td. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 8, 16. — *secutae*, RTd. *secuta*, *β*. — *saepius*, Rd. *saepe*, *β*. — *Bizias*, R. *Bizicis*, *θ*Td (Murbac.) *Bissos*, libri Salmas. exerc. p. 116. b. E. *Bizyen* vel *Bizyam*, Rhenan. *Bizyes*, Salmas. *Bizyae*, *βγ*. — *intrant*, R². *in trema*, R¹. *in troeat*, Murbac. *in Thracia*, *βγ*. Nisi fallor, utraque lectione coniuncta scribendum est *in Thracia* vel *Threcia intrant*, cum nomine terrae h. l. vix egere possimus, verbum autem *intrant* simili loco § 79. et negatione *nec* defendatur. Tum verbum *subire* commode refertur ad *tecta*, minus commode ad ipsum nomen urbis; ceterum v. Solin. 10, 18. — *terrae*, d.

§ 71. *Caecina*; multa in h. l. mutat Rhenan. in epistola ad Pirckhaimer. — *victoriae*, R. *victoria*, Td. *illita victoria*, Pint. — *Ligusticis*, K. — *a pullis*, Rd (Murbac.) *cum epistola*, K. *epistolam*, r. *a pullis ad se allatam ut lino pro epistola*, Dalec. — *significare*, R. — *quo////*, R. *quo*, d.

§ 72. *simili modo*, om. d¹. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 8, 12. p. 597b 3.

XXV. 36. Temporum magna differentia avibus: perennes, ut columbae; semestres, ut hirundines; trimestres, ut turdi, turtures et quae cum fetum eduxere abeunt, ut galguli, upupae.

XXVI. 37. Auctores sunt omnibus annis advolare Ilium 74
ex Aethiopia avis et confligere ad Memnonis tumulum, quas ob id Memnonidas vocant; hoc idem quinto quoque anno facere eas in Aethiopia circa regiam Memnonis exploratum sibi Cremutius tradit.

38. Simili modo pugnant Meleagrides in Boeotia. Africae hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis; quae novissimae sunt peregrinarum avium in mensas receptae propter ingratum virus; verum Meleagri tumulus nobilis eas fecit.

XXVII. 39. Seleucides aves vocantur quarum adventum 75
ab Iove precibus inpetrant Casii montis incolae, fruges eorum locustis vastantibus; nec unde veniant quove abeant conpertum, numquam conspectis nisi cum praesidio earum indigetur.

XXVIII. 40. Invocant et Aegyptii ibis suas contra serpentium adventum et Elei Myiagron deum, muscarum multitudine pestilentiam adferente, quae protinus intereunt qua litatum est ei deo.

XXIX. 41. Sed in secessu avium et noctuae paucis die- 76
bus latere traduntur, quarum genus in Cretae insula non est,

16. p. 600^a 10. — *visi*, Rd (Murbac.) *nisi*, TK. — *spe cibi—putant*, K. — *in*, om. R. — *Verius*, Rd (Murbac.) *Vere*, r. V. Aristotel. l. l. 8, 3. p. 593^a 16. 8, 16. — *Abeunt et*, d. *Abeunte*, R. — *generi*, R^2. *genere*, R^{1}d. — *prius*, Rθd.

§ 73. *ea*, RθTdr. *Eadem*, β. — *tempore*, d ad superiora referens. — *trimenstres*, R semper. — *turdi*, Rd. *turdi et*, βγ. — *cumque*, d. — *garguli*, d.

§ 74. *quoque*, om. d^1. — *in*, om. R^1. — *ethipia*, R^1. V. Solin. 40, 19. — *virus*, R^2. *murus*, R^{1}d. *munus*, codd. Salmas. exerc. p. 612. a. A., qui varia mutat. — *Meleagri*, R^2. *ille agri*, R^{1}d. Haec sunt desumpta ex Varr. de re rust. III. 9, 18.

§ 75. *ad Iovem*, d. — *Casii*, Barbar. *Cadmi*, Rd. — *indigent*, K. — *Aegyptii*, v. Herodot. 2, 75. — *ibis*, Rd. *ibes*, βγ. — *Elei*, codd. Gel. *evi*, Rd. *eliti*, θ. *evis*, Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 10. a. C. — *Myiagron*, codd. Gel. *mysacoren*, Rd. *nysacoren*, Rigalt. *nisacoren*, θ. *Cyrenaici Achorem*, K. *Myiacoren*, Salmas. *Myiacopon*, Böttiger. *Kunstmyth*. 2, 140. — *qua*, Rθ (codd. Gel.) *quam*, Salmas. dγ. *postquam*, Tr. *quum*, Wyttenbach. ad Plutarch. de capienda ex inim. utilit. p. 90. C. — *ei deo*, RθTdr. *illi die*, codd. Gel. β.

§ 76. *in secessu*, R. *incessu*, d. — *Cretae*, R. *Creta*, dβγ. V. ad 36, 16.

etiam si qua invecta sit, emori. Nam haec quoque mira naturae differentia; alia aliis locis negat tamquam genera frugum fruticumve sic et animalium; non nasci translaticium, invecta emori mirum. Quod illud est unius generis saluti adversum quaeve iis naturae invidia aut qui terrarum dicti
avibus termini? Rhodos aquilam non habet; Transpadana 77
Italia iuxta Alpis Larium lacum appellat amoenum arbusto agro, ad quem ciconiae non permeant sicuti nec octavom citra lapidem ab eo; inmensa alioqui finitimo Insubrium tractu examina graculorum monedularum, cui soli avi furacitas argenti aurique praecipue mira est. Picus Martius in Ta-
rentino agro negatur esse. Nuper et adhuc tamen rara ab 78
Appennino ad urbem versus cerni coepere picarum genera quae longa insignes cauda variae appellantur; proprium his calvescere omnibus annis cum serantur rapa. Perdices non transvolant Boeotiae finis in Attica nec ulla avis in Ponto, insula qua sepultus est Achilles, sacratam ei aedem. In Fidenate agro iuxta urbem ciconiae nec pullos nec nidum faciunt; at in agrum Volaterranum palumbium vis e mari
quotannis advolat. Romae in aedem Herculis in foro boario 79
nec muscae nec canes intrant. Multa praeterea similia quae prudens subinde omitto in singulis generibus, fastidio parcens, quippe cum Theophrastus tradat invecticias esse in Asia etiam columbas et pavones et corvos et in Cyrenaica vocalis ranas.

et etiam, r. — *emori*, R d. *emoritur*, $\beta\gamma$. Ceterum v. Solin. 11, 14. — *he*, R. *heic*, Salmas. exerc. p. 124. a. E. ex libris. — *fruticumque*, Salmas. e libris. — *animalium nasci*, K. — *Non nasci ea*, Salmas. e libris. Sed pronomen cum $\beta\gamma$ omitt. R d (Murbac. et codd. Bud. de ass. p. 218.) — *translaticiorum*, K. — *invecta emori*, Rhen. R. *invictae mori*, d[1]. *invectae mori*, d[2]. *invicte mori*, Murbac. *invecta mori*, K (codd. Bud.) — *Quod*, R θ d (Murbac. et codd. Salmas.) *Quid*, K (codd. Bud.) $\beta\gamma$. Verba *Quod—adversum* om. T. — *illud est*, R θ d (Murbac. et codd. Salmas.) *est enim*, codd. Bud. *est illud*, K $\beta\gamma$. — *aliti*, Pint. K. — *quaenam est*, K. — *iis*, K. *is*, R (Murbac.) *his*, T d. *ista*, codd. Salmas. $\beta\gamma$. — *dicti avibus*, R θ T. *diciti avibus*, Murbac. *dicit iavius*, d. *dicati avibus*, β.

§ 77. *Rodos*, R d. *Rhodus*, $\beta\gamma$. — *Alpes* om. d[1]. — *lacum Larium*, Ambr. I. — *arbustata*, Pint. — *agrum*, K. — *permeant*, R d. *transmeant*, K. *trasmeant*, Ambr. I. *meant*, Ambr. II. — *sicut*, d. — *ne*, R d. — *citra*, R θ T d r (Ambr. I. II.) *circa*, β. — *immenso*, R d (Ambr. I. II.) Recipere voluit Broter., cui operae non paruerunt. — *Insobrum*, R. — *tractū*, R. — *gragulorum*, R. — *monedularum*, R d (Ambr. I.) *et monedularum*, Ambr. II. *monedularumque*, $\beta\gamma$. — *argenti aurique*, R θ d. *auri argentique*, β. — *mire est*, r.

§ 78. *Atticam*, Gesner. hist. anim. 3, 671. Ceterum v. Solin. 7, 28. — *Ponti*, r. V. Solin. 19, 1. — *quo*, Murbac. — *infectat sacratam*, r.

42. Alia admiratio circa oscines; fere mutant colorem vo- 80
cemque tempore anni ac repente fiunt aliae, quod in gran-
diore alitum genere grues tantum; hae enim senectute ni-
grescunt. Merula ex nigra rufescit, canit aestate, hieme
balbutit, circa solstitium muta; rostrum quoque anniculis in
ebur transfiguratur dumtaxat maribus. Turdis color aestate
circa cervicem varius, hieme concolor.

43. Lusciniis diebus ac noctibus continuis quindecim gar- 81
rulus sine intermissu cantus densante se frondium germine,
non in novissimum digna miratu ave. Primum tanta vox
tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus; deinde in
una perfecta musica scientia modulatus editur sonus et nunc
continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo,
nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur re-
vocato, infuscatur ex inopinato, interdum et secum ipse mur-
murat, plenus, gravis, acutus, creber, extentus; ubi visum
est, vibrans, summus, medius, imus; breviterque omnia tam 82
parvulis in faucibus quae exquisitis tibiarum tormentis ars
hominum excogitavit, non sit ut dubium hanc suavitatem
praemonstratam efficaci auspicio cum in ore Stesichori ce-
cinit infantis. Ac ne quis dubitet artis esse, plures singulis
sunt cantus nec iidem omnibus sed sui cuique. Certant inter 83
se palamque animosa contentio est; victa morte finit saepe
vitam, spiritu prius deficiente quam cantu. Meditantur aliae
iuveniores versusque quos imitentur accipiunt; audit disci-

§ 79. *Herculis*, v. Solin. 1, 11. — *fastidio*, om. d[1]. — *Asia''*, d. — *cervos*, RTdr.

§ 80. *admiratio. Oscines fere*, r. — *tempore*, R. *ut tempore*, θd. — *hae*, Rθd. *eae*, β. V. Aristot. hist. anim. 3, 12. init. et Solin. 11, 16. — *Merulae*, θ. V. Aristotel. l. l. 9, 49. B. init. — *rubescit*, r. *russescunt*, θ. — *balbutat*, R. — *muta*, R. *mutat*, Tdr. — *anniculis*, R. *anni circulis*, Td. — *etate*, d.

§ 81. *garrulis*, r. Ceterum v. Aristot. l. l. p. 632[b] 21. — *intermissione*, d. — *novissimis*, K. — *musica*, RθTd (Ambr. I.) *musice*, Ambr. II. *musicae*, βγ. V. ad 36, 159. — *modulatu*, d[1]. — *promittitur*, d (Murbac.) *promitur*, Rr. — *revocatur*, r. — *ex inopinatu*, r (Ambr. I. II.) — *murmurat*, Rhen. Rd (in rasura.) *memorat*, θ. — *actus*, d.

§ 82. *quae*, R. *quae tot*, d (omnes codd. ap. Rezz.) — *inquisitis*, R[2]. — *instrumentis*, Dalec. — *non sit ut*, Rd. *ut non sit*, βγ. — *artis*, R (Murbac.) *artes*, d (Ambr. I. II.) *arte*, r. — *esse*, Rhen. Rdr (Ambr. I. II.) *sese*, Murbac. — *singulis*, Rhen. *singuli*, Rdr (Murbac. Ambr. I. II.) — *cantu*, R[1]. — *nec*, Rd. *ut nec*, Murbac. *et non*, codd. Rezz. — *idem*, r (Murbac.) — *suus*, r (codd. Rezz.)

§ 83. *aliae*, om. d[1]. — *iuveniores*, RθTd (Ambr. I. II.) *iuniores*, β.

pula intentione magna et reddit vicibusque reticent; intelle-
gitur emendatae conreptio et in docente quaedam reprehensio.
Ergo servorum illis pretia sunt et quidem ampliora quam
quibus olim armigeri parabantur. Scio sestertiis sex candi- 84
dam alioquin, quod est prope invisitatum, venisse quae
Agrippinae Claudi principis coniugi dono daretur. Visum
iam saepe iussas canere coepisse et cum symphonia alter-
nasse sicut homines repertos qui sonum earum, addita in
transversas harundines aqua, foramen inspirantes linguaeve
parva aliqua opposita mora indiscreta redderent similitudine.
Sed hae tantae tamque artifices argutiae a quindecim diebus 85
paulatim desinunt nec ut fatigatas possis dicere aut satiatas;
mox aestu aucto in totum alia vox fit nec modulata aut
varia; mutatur et color; postremo hieme ipsa non cernitur.
Linguis earum tenuitas illa prima non est quae ceteris avi-
bus. Pariunt vere primo cum plurumum sena ova.

44. Alia ratio ficedulis; nam formam simul coloremque 86
mutant. Hoc nomen autumno; non habent postea, melanco-
ryphi vocantur. Sic et erithacus hieme idem phoenicurus
aestate. Mutat et upupa, ut tradit Aeschylus poeta, obscena
alias pastu avis, crista visenda plicatili, contrahens eam sub-
rigensque per longitudinem capitis.

45. Oenanthe quidem etiam statos latebrae dies habet; 87

intentione", d. — *magna et*, R². *magna*, R¹. *ac*, d. — *vicibus*, Ambr. II. — *reticent*, d. *reticens*, R (Ambr. I. II.) γ. *recitant*, K. *reticet*, Dalec. — *emendatae*, R. *emendata*, Td. — *correptio*, RθTdr (Ambr. I.) *correctio*, Ambr. II., β. Obsecutus plerisque optimis codicibus cum Broterio recepi illam vocem, qua Plin. nove usus indicare vult, lusciniam discipulam praecepta magistrae acerrime arripere et magno cum studio eam aemulari.

§ 84. *Scio sestertiis sex*, Rhen. R. *Sciotis in*, Murbac. *Socii suc*, d. *Scio visui* vel *Scio inconditam*, codd. Rezz. — *invisitatum*, R (Murbac.) *inusitatum*, dβ. — *transversas fronde harundinea*, *quasi foramine*, *inspirantis linguae*, *ut parva*, K. *arundine aqua foramine inspirantes*, r. Varia mutat Dalec. — *linguaeve*, Rdr (Murbac.) *linguaeque*, βγ. — *opposita*" *ora*", d. — *indiscretam*, d. — *similitudinem*, d.

§ 85. *hae*, Murbac. *haec*, Rd. — *deficiunt*, Td. — *Linguis*, v. Aristot. hist. anim. 9, 15. — *Pariunt*, v. Aristotel. l. l. 5, 9. p. 542ᵇ 25.

§ 86. *ficedulis*, v. Aristot. l. l. 9, 49. p. 632ᵇ 32. — *Hoc tamen nomen*, T. Multa in h. l. tentat Pint. — *autumno—postea*, Rd. *non nisi autumno habent*, *postea mel.*, β. — *notantur*, r. — *Aeschylus*, apud Aristotel. l. l. — *pastu*, om. Pint. — *ceu trahens*, d. — *eam*, R. *amo*, d.

§ 87. *Ouante*, R. V. Aristot. l. l. p. 633ᵃ 15. — *Merulae*, v. Aristot. l. l. 9, 19. et Solin. 7, 12. — *alibi*, Hand. Tursell. 1, 231. 277. *aliubi*, Rdβγ. — *nigra est*, R. *nigrae*, d. V. Aristot. l. l. 9, 27. et Solin. 32, 32.

exoriente sirio occultata ab occasu eiusdem prodit, quod
miremur, ipsis diebus utrumque. Chlorion quoque, qui totus
est luteus, hieme non visus circa solstitia procedit. XXX. Me-
rulae circa Cyllenen Arcadiae nec usquam alibi candidae
nascuntur. Ibis circa Pelusium tantum nigra est, ceteris
omnibus locis candida.

XXXI. 46. Oscines praeter exceptas non temere fetus 88
faciunt ante aequinoctium vernum aut post autumnale, ante
solstitium autem dubios, post solstitium vitalis.

XXXII. 47. Eo maxume sunt insignes halcyones; dies 89
earum partus maria quique navigant novere. Ipsa avis paulo
amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum pur-
pureis et candidis admixtis pinnis, collo gracili ac procero.
Alterum genus earum magnitudine distinguitur et cantu;
minores in harundinetis canunt. Halcyonem videre rarissi- 90
mum est nec nisi vergiliarum occasu et circa solstitia bru-
mamve, nave aliquando circumvolata statim in latebras ab-
euntem. Fetificant bruma, qui dies halcyonides vocantur,
placido mari per eos et navigabili, Siculo maxume; faciunt
autem septem ante brumam diebus nidos et totidem sequen-
tibus pariunt. Nidi earum admirationem habent pilae figura 91
paulum eminenti, ore perquam angusto, grandium spongea-
rum similitudine; ferro intercidi non queunt, franguntur ictu

§ 89. *Eo*, R (Murbac.) *Et eo*, Td. V. Aristot. l. l. 5, 8. p. 542^b 4. — *maria quique*, Rd (Murbac.) *qui maria quoque*, r. — *colore*, om. d[1]. — *cyaneo—ma-*
ex parte
iore, R (?). *cyane nequa tenuiore*, d. *cyaneta ex partem teiore*, Murbac. — *purpureas* omisso *et*, R θ (Murbac.) *purpuras*, d. — *pallidis*, Pint. — *admixta*, R θ (Murbac.) γ. *admixtas*, d. In scriptura vulgata h. l. esse plura corrupta docent codicum lectiones; a vero prope abest Rhen., qui corrigit *cyanea et ex parte interiore t. purpurea*, ubi illud *ex parte interiore* fortasse idem esse voluit, quod in simili descriptione § 99. dicitur *intus*. At cum huius rei apud Aristotelem nulla sit mentio, mihi scribendum videtur: *cyanea et ex parte minore tantum purpurea, sed candidis admixta pennis*. Et *admixtus* quidem cum ablativo eadem ratione coniungitur ut apud Lucret. 4, 1243. *Aegre admiscetur muliebri semine semen* et Cicer. de nat. deor. II. 10, 27. *aer multo calore admixtus*. Ceterum haec sumpsit Plin. ex Aristot. hist. anim. 9, 14. init. — *Alterum*, v. Aristot. l. l. 8, 3. p. 593^b 8. — *et cantu*, Rd[1]. *et canunt*, d[2]. *nec canunt*, Pint.

§ 90. *Halcyones*, T. V. Aristot. l. l. 5, 9. p. 542^b 21. — *latebris*, R. — *maxime*. Pone hanc vocem inserunt verba *In reliquis partibus est quidem mitius pelagus; Siculum utique* (*utrinque*, R[2]r) *tractabile* Rdβ, quae cum Pint., Hard. γ. Ian. quoque in nuntt. litter. Monac. 1836. nr. 167. p. 291. damnat.

§ 91. *harum*, d. V. Aristot. l. l. 9, 14. — *paululum*, d. — *eminenti ore*, R. *eminentiore*, dβ. — *sponge earum*, Rd. — *magnitudine*, Dalec. — *incidi*, Td.

valido ut spuma arida maris; nec unde confingantur invenitur; putant ex spinis aculeatis, piscibus enim vivont. Subeunt et in amnis, pariunt ova quina.

48. Gaviae in petris nidificant, mergi et in arboribus; pariunt plurumum terna, sed gaviae aestate, mergi incipiente vere.

XXXIII. 49. Halcyonum nidi figura reliquarum quoque 92
sollertiae admonet neque alia parte ingenia avium magis
admiranda sunt. Hirundines luto construunt, stramento ro-
borant; si quando inopia est luti, madefactae multa aqua
pinnis pulverem spargunt, ipsum vero nidum mollibus plu-
mis floccisque consternunt tepefaciendis ovis, simul ne durus
sit infantibus pullis; in fetu summa aequitate alternant ci-
bum; notabili munditia egerunt excrementa pullorum adul-
tioresque circumagi docent et foris saturitatem emittere. Al- 93
terum est hirundinum genus rusticarum et agrestium quae
raro in domibus diversos figura sed eadem materia confin-
gunt nidos, totos supinos, faucibus porrectis in angustum,
utero capaci, mirum qua peritia et occultandis habilis pullis
et substernendis mollis. In Aegypti Heracleotico ostio molem 94
continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem oppo-
nunt stadi fere unius spatio, quod humano opere perfici non
posset. In eadem iuxta oppidum Copton insula est sacra
Isidi, quam ne laceret amnis idem muniunt opere, incipien-
tibus vernis diebus palea et stramento rostrum eius firman-

confringantur, Td. — *ex*, R. *et*, d. — *aculeati*, Salvian. aquatil. fol. 69. a. et Gesner. hist. anim. 3, 88. coll. 32, 145. *acus piscis; pisc.*, Pint. *acularum*, Gronov., quod probat Schneider. ad Aristot. hist. anim. T. III. p. 106. — *Subeunt* — *amnis*; haec fortasse corrupta dicit Gesner. hist. anim. 3, 86. — *Caviae*, Rd. *Gaviae et mergi in petr. nid. maritimis; pariunt*, Pint. ex Aristot. hist. anim. 5, 9. init. At v. Claymond. ap. Wotton. different. anim. fol. 130. d. — *gaviae*, R. *caviae*, d. — *incipiunt*, d.

§ 92. *nos admonet*, r. — *sunt*, RθTdr. Om. β. — *Hirundines*, v. Aristot. hist. anim. 9, 7. p. 612^{b} 21. — *madefactae*, codd. Gel. *madefacta*, Rd. *madefactum*, K. *madefactis* — *aspergunt*, Dalec. — *cibos*, Td.

§ 93. *est hirundinum genus*, R. *hirundinum genus est*, d. *genus hirundinum est*, βγ. — *peritiae occ.*, R. *peritia occ.*, d. — *habillis*, R. *babulis*, d. — *substratu*, Dalec.

§ 94. *Aegypto*, d. — *inexpugnabile*, Rd. — *eadem*, RTd (Murbac.) *eadem Aegypto*, β. — *rostrum eius*, R. *rostrum est*, Murbac. *rostrum*, T. *rostro*, dK. V. Gronov. diatr. Stat. T. I. p. 295. — *continuatis triduo*, K. — *et mori*, d. — *eaque*, RθTdr. *ea*, β.

§ 95. *genus*, RTdr (quinque Leidd. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 77.) *genus quae*, βγ. — *excavant ripas*, Rdr. *ripas excavant*, βγ. — *internidificant*, Rhen. Rd. *in ter nidificant*, Murbac. *in terra nidificant*, TK[1]. *intro nidificant*, K[2]. — *omnis*, d. — *attingant*, Rd. *attingat*, Salmas. exerc. p. 116. b. E.

tes, continuatis per triduum noctibus tanto labore ut multas
in opere emori constet; eaque militia illis cum anno redit
semper. Tertium est earum genus; excavant ripas atque ita 95
internidificant. Harum pulli ad cinerem ambusti mortifero
faucium malo multisque aliis morbis humani corporis me-
dentur. Non faciunt hae nidos migrantque multis diebus
ante, si futurum est ut auctus amnis attingant.

50. In genere vitiparrarum est cui nidus ex musco arido 96
ita absoluta perficitur pila ut inveniri non possit aditus.
Acanthyllis appellatur eadem figura ex lino intexens. Pico-
rum aliquis suspenditur surculo primis in ramis cyathi modo
ut nulla quadripes possit accedere. Galgulos quidem ipsos
dependentis pedibus somnum capere confirmant, quia tutio-
res ita se sperant. Iam publicum quidem omnium est tabu- 97
lata ramorum sustinendo nido provide eligere, camarare ab
imbri aut fronde protegere densa. In Arabia cinnamolgus
avis appellatur; cinnami surculis nidificat; plumbatis eos
sagittis decutiunt indigenae mercis gratia. In Scythis avis
magnitudine otidis binos parit, in leporina pelle semper in
cacuminibus ramorum suspensa. Picae cum diligentius visum 98
ab homine nidum sensere ova transgerunt alio. Hoc in his
avibus, quarum digiti non sint adcommodati conplectendis
transferendisque ovis, miro traditur modo; namque surculo
super bina inposito ac feruminato alvi glutino, subdita
cervice medio, aequa utrimque libra deportant alio.

§ 96. *vitiparrarum*, Hard. e codd. (?). *vitaeparvarum*, RTd. *parrarum*, codd. Gel. *β*. *item ripariarum*, Barbar. et Gesner. hist. anim. 3, 566. Et idem nomen *rip*. habet Murbac. — *absoluto*, d. — *pila*, om. d[1]. — *Acanthyllis*, Barbar. *Agathillis*, Td. *Agatillis*, Rθ (codd. Barbari.) *Argatilis*, *β*. V. Aristot. hist. anim. 9, 13. — *texens*, Murbac. — *aliquis*, Rd (Murbac.) *alicui*, Rhen. *γ*. — *suspenditur*, RθTd (Murbac.) *suspendit in*, *β*. — *primus*, Murbac. — *ramis*, Murbac. *rami*, Rd. — *calathi*, K. — *Gaugulos*, Rθd. *Gaululos*, T. — *sperant*, Rd. *sperent*, *βγ*.

§ 97. *quidem*, om. R[1]. — *ramorum*, om. d[1]. — *camarare*, R. *camerare*, θTd. *cameramque*, r. *cameraque*, *β*. — *imbri*, Rr. *imbre*, Td. — *aut*, R. *ut*, d[1]. *et*, d[2]. Om. r. — *cinnamolgus*, Rd. *cinnamolgos*, codd. Salmas. exerc. p. 391. a. F. *cinnamologus*, θ. *cinnamologos*, *β*. *cinnamomus*, Salmas. ex Aristot. l. l. — *nidificat*, d (codd. Salmas.) *nidificant*, R. — *percutiunt*, T. — *aves magnae nomine otides binos pariunt*, Pint. *bina* sc. *ova*, Dalec. — *semper*, om. T. Ceterum v. Aristot. l. l. 9, 33.

§ 98. *transgerunt*, RθKTdr. *transferunt*, *β*. — *sint*, Rd. *sunt*, *βγ*. — *ovis quae*, Rd. — *bina*, R. *trina*, Td[1]. *bina ova*, d[2]. — *ac feruminato*, omitt. RTd (Murbac.) — *glutinosius ita cervice*, Murbac. *glutino sui lita*, Rhen. — *media aeque*, K.

51. Nec vero iis minor sollertia quae cunabula in terra 99
faciunt corporis gravitate prohibitae sublime petere. Me-
rops vocatur genitores suos reconditos pascens, pallido intus
colore pinnarum, superne cyaneo, primori subrutilo; nidi-
ficant in specu sex pedum defossa altitudine. Perdices spina 100
et frutice sic muniunt receptaculum ut contra feras abunde
vallentur; ovis stragulum molle pulvere contumulant nec in
quo loco peperere incubant; ne cui frequentior conversatio
suspecta sit transferunt alio. Illae quidem et maritos suos
fallunt, quoniam intemperantia libidinis frangunt earum ova
ne incubando detineantur; tunc inter se dimicant mares de-
siderio feminarum; victum aiunt venerem pati. Id quidem 101
et coturnices Trogus et gallinaceos aliquando, perdices vero
a domitis feros et novos aut victos iniri promiscue. Capiun-
tur quoque pugnacitate eiusdem libidinis contra aucupis in-
licem exeunte in proelium duce totius gregis; capto eo pro-
cedit alter ac subinde singuli. Rursus circa conceptum
feminae capiuntur contra aucupum feminam exeuntes ut ri-
xando abigant eam. Neque in alio animali par opus libidinis; 102
si contra maris steterint feminae, aura ab his flante prae-
gnantes fiunt, hiantes autem exserta lingua per id tempus
aestuant. Concipiunt et supervolantium adflatu, saepe voce
tantum audita masculi, adeoque vincit libido etiam fetus
caritatem ut illa furtim et in occulto incubans, cum sensit
feminam aucupis accedentem ad marem, recanat revocetque

§ 99. *his*, d. V. Aristot. l. l. 6, 1. p. 558 b 31. — *sublimia*, T. — *genitos*, d. V. Aristot. l. l. 9, 13. coll. 6, 1. p. 559 a 4., ubi Schneider. *ἀέροπα* coniecit, Bekker. e codd. *εἴροπα* dedit. — *superne*, om. d[1]. — *primori*, d. *priori*, Rr. *superiori*, K. — *nidificant*, RTd. *Nidificat*, *βγ*. — *specus*, d. — *defossa*, R. *defossus*, *θ*. *defossos*, d.

§ 100. *spinas et frutices*, R. V. Aristot. l. l. 9, 8. p. 613 b 8. — *feras*, R. *feram*, *θ*Tdr (codd. Salmas. exerc. p. 106. b. A.) — *molli*, *β*. *molli e*, Salmas. — *ne cui*, *θ*dr. *nec cui*, T. *neui*, R. *neve cui*, *βγ*. — *frequentiore conversatione sint susp.*, *transfert*, Pint. Vid. Solin. 7, 28. — *suspecta sit*, Rd. *sit suspecta*, *βγ*. — *quoniam omni intemp.*, d.

§ 101. *Inquit et*, K. — *quotornices*, R. — *domitos a feris et ovantibus ut victos*, K. — *inlicem*, Scaliger ad Varr. de re rust. III. 7, 6., Turneb. adv. 24, 38. Recte probat Bochart. hieroz. 2. p. 90., tacite recepit Gronov. lectt. Plaut. p. 286. *contra aucupem illicem*, Pint. *indicem*, Rd*βγ*. *contra aucupem femina exeunte* et *abigat*, Kr. Varia tentant Pint. et Dalec. — *eum*, RTdr (Murbac.)

§ 102. *Nec*, d. — *contra maris*, v. Aristot. l. l. 5, 5. p. 541 a 26. — *Concipiunt et*, R*θ*Td. *Concipiuntque*, *β*. — *olfactu*, Pint. — *vicit*, R. — *incumbans*, Rd. — *sensit*, Barbar. R[2]. *sit*, R[1]d (Murbac.) *cursim femina*, Rhen. — *femi-*

et ultro praebeat se libidini. Rabie quidem tanta feruntur
ut in capite aucupantium saepe caecae metu sedeant. Si ad 103
nidum is coepit accedere, adprocurrit pedes eius feta prae-
gravem aut delumbem sese simulans subitoque in procursu
aut brevi aliquo volatu cadit fracta ut ala aut pedibus; pro-
currit iterum iamiam prehensurum effugiens spemque fru-
stratur donec in diversum abducat a nidis. Eadem pavore
libera ac materna vacans cura in sulco resupina glaeba se
terrae pedibus adprehensa operit. Perdicum vita ad sedecim
annos durare existumatur.

XXXIV. 52. Ab his columbarum maxume spectantur si- 104
mili ratione mores iidem, sed pudicitia illis prima et neutri
nota adulteria; coniugi fidem non violant conmunemque
servant domum; nisi caelebs aut vidua nidum non relinquit.
Et inperiosos maris, subinde etiam iniquos ferunt; quippe
suspicio est adulteri, quamvis natura non sit; tunc plenum
querela guttur saevique rostro ictus, mox in satisfactione
exosculatio et circa veneris preces crebris pedum orbibus
adulatio. Amor utrique subolis aequalis; saepe et ex hac 105
causa castigatio, pigrius intrante femina ad pullos; partu-
rienti solatia et ministeria ex mare. Pullis primo salsiorem
terram collectam gutture in ora inspuunt praeparantes tem-
pestivitatem cibo. Proprium generis eius et turturum cum
bibant colla non resupinare largeque bibere iumentorum modo.

nam, R. *femina*, d. *feminae*, Murbac. — *accedente*, d. *ad feminam aucupis accedentem marem*, e Dalecampii coniectura probat Schneider. ad Aristot. hist. anim. T. III. p. 68. — *recanet*, R. *recinat*, Dalec. — *se praebeat*, d. — *aucupantis*, Rhen. — *metu*, om. Pint. accedente Schneidero. *velut*, Salmas. exerc. p. 107. b. C.

§ 103. *coepit*, Rθ. *coeperit*, dβ. V. Aristot. l. l. 9, 8. p. 613^{b} 17. — *adprocurrit*, R. *aut procurrit*, d. *procurrit ad*, $\beta\gamma$. — *eius*, RθTdr. Om. β. — *fracta ut*, R. *fracta aut*, d$\beta\gamma$. *ut fracta*, r, quod probat Schneider. l. l. p. 60. — *aut procurrit*, Rd. *ac procurrit*, r. — *pressurum*, R^{2}. *prae surum*, R^{1}. — *speque*, Murbac. — *frustratur*, R ex corr. *frustrans*, d (Murbac.) $\beta\gamma$. — *in pavore*, Rd. (codd. Gel.) — *vocant*, Rd. — *sedecim*, v. Aristotel. l. l. 6, 4. extr. 9, 7. p. 613^{a} 24.

§ 104. *Avis*, R. *Aves*, Tdr (Murbac.) Scriptum fuit *Abis* i. e. *ab iis*. Ceterum v. Aristot. l. l. 9, 7. p. 612^{b} 31. — *inde*, RTdr (Murbac.) *vitae*, Rhen. — *sed*, R (Murbac.) *et*, Td. — *communeque*, R. — *caeleps*, R. — *relinquunt*, T. — *natura*, om. d^{1}. — *exosculatio*, R. *et osculatio*, d. *osculatio*, K.

§ 105. *ex hac*, R. *hac*, d. — *colliquatam*, Pint. At v. Schneider. ad Aristot. l. l. T. III. p. 54. — *ciborum*, T. — *vivant*, R. — *colla*, R. *collo*, T. *collum*, K. — *ni large bibere*, Pint.

XXXV. Vivere palumbis ad xxx. annum, aliquas et ad 106
xl. habemus auctores, uno tantum incommodo unguium eo-
dem et argumento senectae, qui citra perniciem reciduntur.
Cantus omnibus similis atque idem trino conficitur versu
praeterque in clausula gemitu, hieme mutis, a vere vocali-
bus. Nigidius putat cum ova incubet sub tecto nominatam
palumbem relinquere nidos; pariunt autem post solstitium.
Columbae et turtures octonis annis vivont. XXXVI. Con- 107
tra passeri minumum vitae, cui salacitas par; mares negan-
tur anno diutius durare argumento, quia nulla veris initio
adparet nigritudo in rostro, quae ab aestate incipit; feminis
longiusculum spatium. Verum columbis inest quidam et glo- 108
riae intellectus; nosse credas suos colores varietatemque
dispositam, quin etiam ex volatu quaeritur plaudere in caelo
varieque sulcare. Qua in ostentatione ut vinctae praebentur
accipitri, implicatis strepitu pinnis, qui non nisi ipsis alarum
umeris eliditur, alioquin soluto volatu in multum velociores;
speculatur occultus fronde latro et gaudentem in ipsa gloria
rapit. XXXVII. Ob id cum iis habenda est avis quae tin- 109
nunculus vocatur; defendit enim illas terretque accipitres
naturali potentia in tantum ut visum vocemque eius fugiant.
Hac de causa praecipuus columbis amor eorum, feruntque
si in quattuor angulis defodiantur in ollis novis oblitis non
mutare sedem columbas — quod et auro insectis alarum
articulis quaesivere aliqui non aliter innoxiis volneribus —

§ 106. *aliquas et ad*, d. *reliquas et ad*, RT. *reliquas et*, θ. *aliquos ad*, Barbar. βγ. Verba *aliquas—XL.* om. Murbac. V. Aristot. l. l. 9, 7. p. 613ª 19. et 6, 4. extr. — *Aristoteles auctor est*, r. — *commodo*, d. *quomodo*, R. — *senecta*, R. — *praeterque*, Rd (Murbac.) *praeterquam*, K. — *clausula*, d (Murbac.) *clausulae*, RθK. — *hieme*, v. Aristot. l. l. 9, 49. p. 633ª 6. — *a vere*, Hard. *habere*, RθTdr. *at vere*, Dalec. *vere*, β. — *incubet*, RθTd. *incubat*, Murbac. β. *incubant*, K. — *nominata*, R. — *post solstitium*, R². *post solstitia*, r. *cum solstitium*, R¹. *cum solstitio*, Td (Murbac.)

§ 107. *ut*, θ. — *annis*, om. d¹. — *passerum*, d. Ceterum v. Aristot. l. l. 9, 7. p. 613ª 29. — *pars*, Rd. — *Maris*, Rd¹. — *apparet*, Td². *apparent*, Rd¹. *appareat*, βγ.

§ 108. *quidem*, T. — *oppositu quae etiam in*, r. — *quin*, Rhen. *qui*, Rd (Murbac.) — *creditur*, r. *creduntur*, K. — *aeremque*, K. — *vinctae*, Barbar. *victae*, RθTd. — *implicati*, R²d. — *strepitus*, d. — *alioquin*, Rd. *alioqui*, γ. *alio qui*, K. — *volatu multo*, K. — *velociores*, RTd (Murbac.) *velociorem*, Pint. K. *velociore*, β. — *speculatur*, θTd (Murbac.) *speculator*, R.

§ 109. *iis*, R. *his*, θd. — *tinnunculus*, d. *tinnungulis*, R. *tristunculus*, codd. Barbari. V. Gesner. hist. anim. 3, 54. Sumpsit haec Plin. ex Columell. VIII. 8, 7. — *puli defodiantur*, K. — *oblitus*, R. — *quod et auro*, RθT. *quo de tau-*

multivaga alioquin ave; est enim ars illis inter se blandiri et conrumpere alias furtoque comitatiores reverti.

53. Quin et internuntiae in magnis rebus fuere, epistulas 110
adnexas earum pedibus obsidione Mutinensi in castra consulum Decumo Bruto mittente. Quid vallum et vigil obsidio atque etiam retia amne praetenta profuere Antonio, per caelum eunte nuntio? Et harum amore insaniunt multi; super tecta exaedificant turris iis nobilitatemque singularum et origines narrant vetere iam exemplo. L. Axius eques Romanus ante bellum civile Pompeianum denariis quadringentis singula paria venditavit, ut M. Varro tradit. Quin et patriam nobilitavere, in Campania grandissimae provenire existumatae.

54. Harum volatus in reputationem ceterarum quoque vo- 111
lucrum inpellit. XXXVIII. Omnibus animalibus reliquis certus et unius modi et in suo cuique genere incessus est, aves solae vario meatu feruntur et in terra et aere. Ambulant aliquae, ut cornices, saliunt aliae, ut passeres, merulae, currunt, ut perdices, rusticulae, ante se pedes iaciunt, ut ciconiae, grues, expandunt alas pendentesque raro intervallo quatiunt, aliae crebrius, sed et primas dumtaxat pinnas;
aliae et tota latera pandunt, quaedam vero maiore ex parte 112
conpressis volant percussoque semel, aliquae et gemino ictu aere feruntur ut inclusum eum prementes, eiaculantur sese in sublime, in rectum, in pronum. Inpingi putes aliquas aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Anates solae quaeque sunt eiusdem generis in sublime protinus sese tollunt atque

ro, d. *quod auro*, *βγ*. — *quaesivere*, Rd. *quaesiere*, *βγ*. — *aliquis*, d. — *alioquin*, d. *alioqui*, R*γ*. — *ave; est*; pro his vocibus Rd *abest* habent.

§ 110. *magnis rebus*, R. *rebus magnis*, d (Murbac.) *βγ*. — *adnexas*, d (Murbac.) *fuere adnexas*, R. — *Mutinensi*, Murbac. *Mutiniensi*, R. *Mutinicensi*, d. — *Decio*, d (ex corr.) — *profruere*, R. *fuere*, d. — *turres*, R. *res*, d. — *his*, d. — *L. Axius*, Bud. de ass. p. 217., R. *Laxius*, d (codd. Bud.) V. Varr. de re rust. III. 7, 10. — *venditavit*, Bud. *vendicavit*, K (codd. Bud.) *vendi ita VI*, R. *vendit VI*, d. — *tradidit*, r.

§ 111. *relatus*, R²Td (Murbac.) *velatus*, R¹. — *volucrum*, Rd (Murbac.) *volucrum nos*, *βγ*. — *metu*, d. *motu*, T. — *et aere*, R. *et in aere*, d*βγ*. — *saliunt aliae*, R*θ*Td. *saliunt aliquae*, *β*.

§ 112. *alia*, R. — *totas alas*, K. — *plandunt*, R. *plaudunt*, d. *tendunt*, K. — *maiori*, d. — *aliaeque*, d. — *aere feruntur*, d. *////referuntur*, R. — *ut*, R. *vel*, Td (Murbac.) *velut*, K*βγ*. — *prementes eiaculantur*, R. *exprimentes. Iaculantur*, K. *iaculantur prementes*, Td. *hae iaculantur*, Murbac. — *probum*, Rd. — *pingi*, d. *pingui*, R. — *potes*, Rd. — *ab alto*, R². *ablabi*, R¹d. *ablati*, *θ*. — *prosilire*, K. — *sint*, R.

e vestigio caelum petunt, et hoc etiam ex aqua; itaque in
foveas quibus feras venamur delapsae solae evadunt. Voltur 113
et ferae graviores nisi ex procursu aut altiore cumulo in-
missae non evolant, cauda reguntur; aliae circumspectant,
aliae flectunt colla, nec ullae vescuntur ea quae rapuere pe-
dibus. Sine voce non volant multae aut e contrario semper
in volatu silent. Subrectae, pronae, obliquae, in latera, in
ora, quaedam et resupinae feruntur ut, si pariter cernantur
plura genera, non in eadem natura meare videantur.

XXXIX. 55. Plurumum volant quae apodes, quia ca- 114
reant usu pedum, ab aliis cypseli appellantur, hirundinum
specie; nidificant in scopulis. Hae sunt quae toto mari cer-
nuntur, nec umquam tam longo naves tamque continuo cursu
recedunt a terra ut non circumvolitent eas apodes. Cetera
genera residunt, insistunt; his quies nisi in nido nulla; aut
pendent aut iacent.

56. Et ingenia aeque varia, ad pastum maxume. XL. Ca- 115
primulgi appellantur grandioris merulae adspectu, fures no-
cturni; interdiu enim visu carent. Intrant pastorum stabula
caprarumque uberibus advolant suctum propter lactis, qua
iniuria uber emoritur caprisque caecitas quas ita mulsere
oboritur. Platea nominatur advolans ad eas quae se in mari
mergunt et capita illarum morsu conripiens, donec capturam
extorqueat. Eadem cum devoratis se inplevit conchis, calore

e, om. R[1]. — *solum*, Pint. — *et hoc*, R. *ex hoc*, d. — *qua*, R[1]d.

§ 113. *altiori*, d. — *tumulo*, K. — *flectunt*, Rd (Murbac.) *reguntur aliae, circumspectant aliae flectuntque*, θK. — *nec ullae*, Rθd (Murbac.) *Nec nullae*, r. *Nonnullae*, βγ. — *semper*, om. d. — *subrecto*, Rd (Murbac.) — *in ora*, pone *resup.* collocat T. — *quaedam et resupinae*, om. d[1]. — *genera non*, om. R[1]. — *meare*, om. d.

§ 114. *volant*, d. *n̄. volant*, R. — *apodes vocantur*, K. V. Aristot. hist. anim. 9, 30. — *carent*, d (Murbac.) — *cypselli*, ex vitio operarum γ. — *hirundinē*, R. — *non*, om. d. — *insistunt*, Rd (Murbac.) *et insistunt*, βγ.

§ 115. *Et*, R. *Et nec*, d (Murbac.) Haec sumpta ex Aristot. l. l. — *partum*, R[1]. — *grandioris*, R (codd. Gel.) *grandiores*, Tdr. *app. a suctu, grandiores merula*, Pint., quod probat Schneider. ad Aristot. hist. anim. l. l. T. III. p. 139. — *propter succum*, T. — *advolans*, RTd. *advolant*, β. Ceterum v. Aristot. l. l. 9, 10. et Cicer. de N. D. II. 49, 124., ubi haec avis *platalea* audit. — *coctas*, R[2]. *concis*, R[1]. *cunctas*, Td. — *his eculeant*, d. — *eligit*, R. *ligit*, d. *legit*, βγ. — *excreans*, K[1]. *excutiens*, R[2].

§ 116. *Villaribus*, delet Pint. ex Aristot. l. l. 6, 2. p. 560[b] 7. nec ipsum adiectivum agnoscit, quod alias *villaticus* dicatur. — *religio inest*, R[2]d[2]. *religiones*, R[1]d[1]. — *aut*, RT. *ac*, dβγ. Tacite omisit Schneid. ad Aristot. hist. anim.

ventris coctas evomit atque ita ex iis esculenta eligit testas excernens.

XLI. 57. Villaribus gallinis et religio inest; inhorrescunt 116
edito ovo excutiuntque sese et circumactae purificant aut festuca aliqua sese et ova lustrant. XLII. Minumae avium cardueles inperata faciunt, nec voce tantum sed pedibus et ore pro manibus. Est quae boum mugitus imitetur, in Arelatensi agro taurus appellata; alioquin parva est; equorum quoque hinnitus anthus nomine herbae pabulo adventu eorum pulsa imitatur ad hunc modum se ulciscens.

58. Super omnia humanas voces reddunt, psittaci quidem 117
etiam sermocinantes. India hanc avem mittit, sittacen vocat, viridem toto corpore, torque tantum miniato in cervice distinctam. Inperatores salutat et quae accipit verba pronuntiat, in vino praecipue lasciva. Capiti eius duritia eadem quae rostro; hoc, cum loqui discit, ferreo verberatur radio; non sentit aliter ictus. Cum devolat rostro se excipit, illi innititur levioremque ita se pedum infirmitati facit.

59. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, sed ex- 118
pressior loquacitas generi picarum est. Adamant verba quae loquantur, nec discunt tantum sed diligunt meditantesque intra semet cura atque cogitatione intentionem non occultant. Constat emori victas difficultate verbi ac, nisi subinde eadem audiant, memoria falli quaerentisque mirum in mo-

T. II. p. 411. — *alioquin*, Rd[1]. *alioqui*, d[2]γ. — *est; equorum*, RTd. *est quae equorum*, βγ. *equorum*, r. Ceterum v. Aristot. l. l. 9, 2. p. 609 b 14. — *paulo*, d.

§ 117. *et quidem*, K. — *sittacen*, codd. Gel. *septagen*, RΘd (codd. Salmas. exerc. p. 713. a. F.) *siptacen*, Rigalt. ap. eund. Ceterum hinc sua sumpsit Solin. 52, 43—45., ex Solino Appul. florid. 2, 12., uterque ea quae infra de picis dicuntur ad psittacos referens. — *vocant*, d. — *destinctam*, R. — *lascivae*, d. — *Caput*, d. — *haec*, r. — *cum*, R[2]. *in ea*, R[1]d. — *ferro*, R[1]d[1]. — *ita se*, Rd. *se ita*, βγ.

§ 118. *generi*, Rd. *certo generi*, β, quod nescio an sit praeferendum propter § 119. — *nec*, R. Omitt. Td. — *tantum sed*, R. *et*, Td. — *curā*, R[2]. *curu*, R[1]. *curvantque*, d. — *cogitationē*, R. *cogitationem*, d. — *intentionemque*, d. His in verbis aliquid est corruptum, quod qui codicem d interpolavit sensisse videtur. Nemo enim facile assequatur, quomodo is qui aliquam rem meditatur possit dici non occultare intentionem cura et cogitatione; nam qui aliquid meditatur non aliter id facere potest, quam ut cura atque cogitatione utatur; Plin. vero ex vulgata scriptura dicit picam verba humana meditantem non occultare suam intentionem adhibita cura et cogitatione; deinde ineptum est dicere aliquem suam intentionem occultare cogitatione, cum cogitatio dici possit occultari, non possit occultare. Hinc recepta codicum scriptura et eiecto glossemate Plinium scripsisse existimo: *curam atque intentionem non occultant*, coll. § 83. — *quaerentesque*, RTKd. *quaerentes*, β.

dum hilarari, si interim audierint id verbum. Nec volgaris iis
forma, quamvis non spectanda; satis illis decoris in specie
sermonis humani est. Verbum addiscere alias negant posse 119
quam quae ex genere earum quae glande vescantur, et inter eas facilius quibus quini sint digiti in pedibus, ac ne
eas quidem ipsas nisi primis duobus vitae annis. Latior his
est lingua omnibusque in suo cuique genere quae sermonem
imitantur humanum, quamquam id paene in omnibus contingit. Agrippina Claudi Caesaris turdum habuit, quod num- 120
quam ante, imitantem sermones hominum. Cum haec proderem, habebant et Caesares iuvenes sturnum, item luscinias Graeco ac Latino sermone docilis, praeterea meditantis
in diem et adsidue nova loquentis longiore etiam contextu.
Docentur secreto et ubi nulla alia vox misceatur, adsidente
qui crebro dicat ea quae condita velit ac cibis blandiente.

XLIII. 60. Reddatur et corvis sua gratia indignatione 121
quoque populi Romani testata, non solum conscientia. Tiberio principe ex fetu supra Castorum aedem genito pullus
in oppositam sutrinam devolavit, etiam religione conmendatus officinae domino. Is mature sermoni adsuefactus omnibus
matutinis evolans in rostra in forum versus Tiberium, dein
Germanicum et Drusum Caesares nominatim, mox transeuntem populum Romanum salutabat, postea ad tabernam remeans, plurium annorum adsiduo officio mirus. Hunc sive 122
aemulatione vicinitatis manceps proxumae sutrinae sive ira-

hilaris, R^{1}d. *hilares*, R^{2}. — *si*, omitt. Rd. — *iterum*, r. — *Ne*, R. — *his*, d. — *quam*, d. — *decoris in specie*, d. Om. R^{1}. *decoris in spe*, R^{2}.

§ 119. *Verbum*, R^{2}. *Verum*, R^{1}dβγ. — *quam*, om. d. — *harum*, d. — *quae*, R. *sunt quae*, dβγ. — *vescuntur*, d. — *ea*, Rd. — *quibus ni*, R. *quibus in*, d. — *sint*, Rθd. *sunt*, βγ. — *nefas*, d. — *nisi*, omitt. RTKd. Agnoscit Solini 52, 44. paraphrasis. — *Latior his est*, R (ex corr.) *Latior iis est*, βγ. *Latiores*, Tdr. — *lingua*, R^{2}. *linguae*, R^{1}Tdr. — *omnibus quae*, T pronomine *quae* statim sequente omisso. — *contingit*, d. *contigit*, R. *contingat*, T.

§ 120. *Agrippina*, RθTd. *Agrippina coniux*, multi codd. ap. Rezz. β. — *antea*, θ. — *omnium*, cod. Rezz. — *Cum haec proderem*; novam hinc periodum incipiunt Rezz. et γ, ad superiora refert β. — *Caesaris*, Ambr. II. — *item sturnum*, d (Ambr. I. II.) — *ac*, Rd. *atque*, βγ. — *nova*, R^{2}d (Ambr. II.) *no*, R^{1}. *vana*, Ambr. I. — *misceantur*, R. — *ac cibis*, R (codd. Gel.) *adclivis*, T. *adcivis*, d^{1}. *adclinis*, d^{2}. *aliquo*, S (omnes codd. Rezz.)

§ 121. *corvi*, R. — *sui*, d. — *quoque*, om. Ambr. I. — *Romani*, Ambr. II. Om. Rd (Ambr. I.) — *attestata—conscia*, K. — *fectu*, Rd. — *Castoris*, Ambr. II. — *genito*, RθTd. *genitus*, β. — *appositam*, Tdr. — *religionem*, R. — *in forum*, Rd (omnes codd. Rezz.) *in* om. K. — *verorsus*, R ex dittographia orthographica. — *salutat*, d. — *amorum*, d. — *mirans*, d. *meritus*, r (omnes codd. ap. Rezz.)

cundia subita, ut voluit videri, excrementis eius posita cal-
ceis macula exanimavit tanta plebei consternatione ut primo
pulsus ex ea regione, mox et interemptus sit funusque aliti
innumeris celebratum exsequiis, constratum lectum super
Aethiopum duorum umeros, praecedente tibicine et coronis
omnium generum ad rogum usque qui constructus dextra
viae Appiae ad secundum lapidem in campo Rediculi ap-
pellato fuit. Adeo satis iusta causa populo Romano visa est 123
exsequiarum ingenium avis aut supplici de cive Romano in
ea urbe, in qua multorum principum nemo deduxerat funus,
Scipionis vero Aemiliani post Carthaginem Numantiamque
deletas ab eo nemo vindicaverat mortem; hoc gestum M.
Servilio Gaio Cestio coss. a. d. v. kalend. Aprilis. Nunc 124
quoque erat in urbe Roma haec prodente me equitis Romani
cornix e Baetica primum colore mira admodum nigro, de-
inde plura contexta verba exprimens et alia atque alia cre-
bro addiscens. Nec non et recens fama Crateri Monocerotis
cognomine in Erizena regione Asiae corvorum opera venan-
tis eo, quod devehebat in silvas eos insidentis corniculis
umerisque; illi vestigabant agebantque eo perducta consue-
tudine ut exeuntem sic comitarentur et feri. Tradendum pu- 125
tavere memoriae quidam visum per sitim lapides congeren-
tem in situlam monimenti, in qua pluvia aqua durabat sed
quae attingi non posset; ita descendere paventem expres-
sisse tali congerie quantum poturo sufficeret.

§ 122. *incitatus*, K. — *posita*, RθTdr. *imposita*, β. — *aliti innumeris*, Rd. *inn. al.*, $\beta\gamma$. *avi*, codd. Rezz. *in humeris* infra omisso *exsequiis*, Pint. — *via Appia*, d. — *Rediculi*, Barbar. *Ridiceuli*, θ. *ridiculi*, d. *rid///uli* (ic supra), R.

§ 123. *deduxerat*, Rθr. *duxerat*, Td$\beta\gamma$. — *post*, omitt. R[1]d. — *ab eo*, delet Pint. — *Gaio*, ita scribendum. *go*, R[2]. *ho*, R[1]. *vero*, d. *C.*, $\beta\gamma$.

§ 124. *equitanis*, d. — *e*, R. *a*, Td. — *nigra*, T. — *contextū*, R[2]. *contexa*, R[1]. *contextu*, Td. Scribendum videtur *contextim*, qua voce Plin. usus est § 147. — *alia atque alia*, Rd. *alia*, γ. V. ad 34, 144. — *Erizena*, Rd. *Eriza*, vetus liber Salmas. exerc. p. 386. b. C. *Cicyzena* vel *Trözena* (quod praefert Bochart. hieroz. 2, 271.) vel *Erizaca* vel *Cazaea*, codd. Barbari. *Eresia*, Salmas. — *eo quod devehebat*, R. *eo quo decebat*, d. *equo devehebat*, r. — *silvis*, d. — *insidentes*, Rθd. *considentes*, Kβ. — *corniculi*, Rd (vet. lib. Salmas.,) qui *corniculo* coniicit. *considentes humeris*. *Atqui corniculos illi*, K. *cuniculos*, Dalec. Multa mutat Pint. — *illis*, d. — *vertebant*, d[1]. — *consuetudine perducta*, d. — *fieri*, d.

§ 125. *sitlam*, R[1]. — *aquam*, r. — *durabat*, d. *dabat*, R (ex corr.) r. — *possit*, Rd. — *congeri*, R. — *quantum*, Rdr (codd. Gel.) *quanta*, T. *quae*, K. — *poturo*, R[2]Kd (codd. Gel.) *potero*, R[1]. *potui*, r.

XLIV. 61. Nec Diomedias praeteribo avis; Iuba catara- 126
ctas vocat et eis esse dentis oculosque igneo colore, cetero
candidis, tradens; duos semper iis duces, alterum ducere
agmen, alterum cogere; scrobis excavare rostro, inde crate
consternere et operire terra quae ante fuerit egesta; in his
fetificare; fores binas omnium scrobibus; orientem spectare
quibus exeant in pascua, occasum quibus redeant; alvom
exoneraturas subvolare semper et contrario flatu. Uno hoc 127
in loco totius orbis visuntur, in insula quam diximus nobi-
lem Diomedis tumulo atque delubro, contra Apuliae oram,
fulicarum similes. Advenas barbaros clangore infestant, Grae-
cis tantum adulantur miro discrimine, velut generi Diome-
dis hoc tribuentes, aedemque eam cotidie pleno gutture,
madentibus pinnis perluunt atque purificant, unde origo fa-
bulae Diomedis socios in earum effigies mutatos.

XLV. 62. Non omittendum est, cum de ingeniis disseri- 128
mus, e volucribus hirundines indocilis esse, e terrestribus muris, cum elephanti iussa faciant, leones iugum subeant, in mari vituli totque piscium genera mitescant.

XLVI. 63. Bibunt aves suctu, ex his quibus longa colla 129
intermittentes et capite resupinato velut infundentes sibi. Porphyrio solus morsu bibit; idem est proprio genere, omnem cibum aqua subinde tinguens, deinde pede ad rostrum veluti manu adferens. Laudatissimi in Commagene; rostra iis et praelonga crura rubent.

XLVII. 64. Haec quidem et himantopodi multo minori, 130
quamquam eadem crurum altitudine. Nascitur in Aegypto;

§ 126. *Diomedias*, Rd. *Diomedeas*, βγ. Sua hinc sumpsit Solin. 2, 45—50. — *cataractas*, Rd. *catharactas*, T. *catuructas*, β. — *et*, RθT d. Omitt. βγ. — *candidas*, r (codd. Salmas. exerc. p. 64. b. A.) Aut hoc praeferendum aut propter copulam *et* ex omnibus codd. receptam *tradens* ut glossema expungendum. — *his*, d.

§ 127. *hoc*, R^1d. *hac*, R^2. *hae*, βγ. Ceterum v. auct. mirab. auscult. 80. — *urbis*, Rd. — *diximus* 3, 151. — *discrimine miro*, d. — *eademque*, R. — *effigie*, d.

§ 128. *indociles esse*, Rd. *esse ind.*, βγ. — *faciunt*, d.

§ 129. *suctu ceterae, et ex iis*, K. V. Arist. hist. anim. 8, 6. p. 595^a 10. — *intus mittentes*, d. — *supinato*, Td. — *veluti*, d. — *infundentibus*, θ. — *Porpurio*, R. — *est*, Rd. *e*, r. Om. Dalec. — *his*, d.

§ 130. *himantopodi*, v. Oppian. ixeut. 2, 9. *imantopodi*, codd. Barbari. *emantopodi*, Rθd. *haematopodi*, Kγ. — *minori multo*, d. — *in eadem*, Rd, quod recepissem, nisi *quamquam* adesset. — *ei*, R. *et*, d. — *musculi*, Cuvier. ap. Aiasson.

insistit ternis digitis; praecipue ei pabulum muscae; vita in
Italia paucis diebus.

65. Graviores omnes fruge vescuntur, altivolae carne tan-
tum. Inter aquaticas mergi soliti sunt devorare quae ceterae
reddunt.

66. Olorum similitudinem onocrotali habent nec distare 131
existumarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius
uteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira ut
sit capacitas; mox perfecta rapina, sensim inde in os red-
dita, in veram alvom ruminantis modo refert. Gallia hos
septentrionali proxuma oceano mittit.

67. In Hercynio Germaniae saltu invisitata genera alitum 132
accipimus, quarum plumae ignium modo conluceant noctibus;
in ceteris nihil praeter nobilitatem longinquitate factam me-
morandum occurrit. XLVIII. Phalerides in Seleucia Par-
thorum et in Asia aquaticarum laudatissimae, rursus pha-
sianae in Colchis geminas ex pluma auris submittunt sub-
riguntque. Numidicae in parte Africae Numidia omnesque
iam in Italia.

68. Phoenicopteri linguam praecipui saporis esse Apicius 133
docuit nepotum omnium altissimus gurges. Attagen maxume
Ionius celeber et vocalis alias, captus vero obmutescens,
quondam existumatus inter raras avis iam et in Gallia Hi-
spaniaque capitur et per Alpis etiam, ubi et phalacrocoraces,
aves Baliarium insularum peculiares, sicut Alpium pyrroco-
rax luteo rostro niger et praecipuo sapore lagopus; pedes
leporino villo nomen ei hoc dedere, cetero candidae, colum-

T. VII. p. 406. — *vita*, om. d^{1}. — *aquaticas*, d (in rasura.) — *soliti sunt*; hanc scripturam a nullo codice confirmatam interpolatam esse docent et codicum lectiones et perfectum, cui hic nullus est locus. *solido ut*, R. *solita ut*, θ. *solida ue*, d^{1}. *solida et*, d^{2}. Non multum abest, quin Plinium *mergi soli solent* scripsisse credam. — *devorare*, d. *devoravere*, Rθ.

§ 131. *Hoc*, Rd. — *in denos*, d. *inde honor*, R. — *vera*, R. — *modo*, RK. *more*, dr (codd. Barbari) γ. — *fertur*, r. *defert*, K. — *septentrionali*, Pint. Rd. *septentrionalis*, T.

§ 132. *invisitata*, RT. *inusitata*, dβ. V. Solin. 20, 3. — *accipimus*, RTd. *accepimus*, βγ. — *omnique*, K.

§ 133. *Poenico obteri*, R. — *celeber et*, RTd. *celeber*, r. *celebratur*, βγ. — *existimatus*, RTdr. *extimatus*, β. — *ras*, R. *has*, Td (hic in rasura.) — *per*, omitt. Rd. — *niger et*, Rθr. *in genere*, Td. *et*, β. — *praecipua*, Td. — *pedes*, r. *pede*, Rd. — *leporini villi*, r. — *ei*, d. Omitt. Rr.

barum magnitudine. Non extra terram eam vesci facile, 134
quando nec vita mansuescit et corpus occisi emarcescit. Est
et alia nomine eodem, a coturnicibus magnitudine tantum
differens, croceo tinctu cibis gratissima. Visam in Alpibus
ab se peculiarem Aegypti et ibim Egnatius Calvinus praefectus earum prodidit.

XLIX. 69. Venere in Italiam Bedriacensibus bellis ci- 135
vilibus trans Padum et novae aves — ita enim adhuc vocantur — turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine, sapore gratae. Baliares insulae nobiliorem etiam supra dicto porphyrionem mittunt; ibi et buteo accipitrum generis in honore mensarum est, item vipiones; sic enim vocant minorem gruem.

70. Pegasos equino capite volucris et grypas aurita ad- 136
uncitate rostri fabulosos reor, illos in Scythia, hos in Aethiopia; equidem et tragopana, de qua plures adfirmant, maiorem aquila, cornua in temporibus curvata habentem, ferruginei coloris, tantum capite phoeniceo. Nec sirenes inpetraverint fidem, adfirmet licet Dinon, Clitarchi celebrati auctoris pater, in India esse mulcerique earum cantu quos
gravatos somno lacerent. Qui credat ista, et Melampodi pro- 137
fecto auris lambendo dedisse intellectum avium sermonis dracones non abnuat, vel quae Democritus tradit nominando avis, quarum confuso sanguine serpens gignatur, quem quisquis ederit intellecturus sit alitum conloquia, quaeque de una ave galerita privatim conmemorat, etiam sine his in-

§ 134. *terram in qua nascitur eam*, K. — *vita*, Rθ. *viva*, d$\beta\gamma$. — *occisi*, Rd. *occisae*, $\beta\gamma$. — *emarcescit*, Rd. *statim marcescit*, $\beta\gamma$. — *Esse alia*, R. *Est alia*", d. — *unctu*, R. — *et*, om. β. — *ibin*, β. — *Egnatius*, RTd. *M. Egnatius*, Barbar. β. — *Calvitius*, R.

§ 135. *Venerē*, R. *Venere////*, d. — *Bedriacensibus*, R. *hebruacensibus*, d. *Bebriacensibus*, Merula, codd. Gel. $\beta\gamma$. — *dorum*, Rd. — *dictis*, K. V. § 129. — *buteo*, R[2]. *in puteo*, R[1]d. — *vipiones*, R. *bibiones*, dγ. — *enim*, omitt. Tdr.

§ 136. *grypas*, θ. *gryppas*, R. *gryphas*, d$\beta\gamma$. *grypos*, Gronov. ad 33, 4. — *auritos*, K. — *hos*, om. d[1]. — *equidem et*, R. *et quidem*, d. — *tragopana*, RTd. *tragopanadem*, Turneb. adv. 6, 19. Alia coniiciunt Barbar., Pint., Schott. ad Mel. III. 9, 2. et Salmas. exerc. p. 283. a. E. — *affirmet licet*, RTdr. *licet affirmet*, $\beta\gamma$. — *Dinon*, Tdr. *Diñ*, R. *Dino*, $\beta\gamma$. — *cantus*, R. — *lacerant*, TKd.

§ 137. *credat*, RθTd. *credit*, $\beta\gamma$. — *augures*, θTd. — *abnuat*, RθTd. *abnuet*, $\beta\gamma$. — *Democritos*, R[1]. Haec exscripsit Gell. 10, 12. — *gignantur*, R.

§ 138. *Homero*, Odyss. ε, 66. — *saturicos*, R. — *insidientur*, Td. *assidientur*, Rθ. *insident*, β. *incedunt*, K. *insidentur*, Hard. e codd. (?) γ. — *plerisque*, R[2]d. *plerique*, R[1]θT. — *noscuntur*, d. *nascuntur*, Rβ. — *deservisset*, R.

mensa vitae ambage circa auguria. Nominantur ab Homero 138
scopes avium genus; neque harum satyricos motus cum
insidientur plerisque memoratos facile conceperim mente,
neque ipsae iam aves noscuntur. Quamobrem de confessis
disseruisse praestiterit.

L. 71. Gallinas saginare Deliaci coepere, unde pestis ex- 139
orta opimas avis et suopte corpore unctas devorandi. Hoc
primum antiquis cenarum interdictis exceptum invenio iam
lege Gai Fanni cos. XI annis ante tertium Punicum bellum,
ne quid volucre poneretur praeter unam gallinam quae non
esset altilis, quod deinde caput translatum per omnis leges
ambulavit; inventumque deverticulum est in fraudem earum 140
gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis; multo ita
gratiores adprobantur. Feminae quidem ad saginam non
omnes eliguntur, nec nisi in cervice pingui cute; postea cu-
linarum artes, ut clunes spectentur, ut dividantur in tergora,
ut a pede uno dilatatae repositoria occupent. Dedere et
Parthi cocis suos mores; nec tamen in hoc mangonio quic-
quam totum placet, hic clune, alibi pectore tantum laudatis.

72. Aviaria primus instituit inclusis omnium generum 141
avibus M. Laenius Strabo Brundisi equestris ordinis; ex
eo coepimus carcere animalia coercere quibus rerum natura
caelum adsignaverat. LI. Maxume tamen insignis est in hac
memoria Clodi Aesopi tragici histrionis patina HS. c̄ taxata,
in qua posuit avis cantu aliquo aut humano sermone vocalis

§ 139. *Gallinam*, d. — *Deliacia*, R. — *cenarum*, R. *eranum*, T d[2]. *enarum*, d[1]. — *longe*, d. — *Gai*, R. *C.*, d β γ. — *undecim annis*, R. *undecima*, d. — *volucre*, R θ T d (cod. Ursini ap. Ciacc. de tricl. p. 94.) *volucrum*, β. — *proponeretur*, r. — *at illis*, R[1].

§ 140. *deverticulum*, R. *diverticulum*, d β γ. — *fraudem*, r. *fraude*, R d β γ. — *lacte*, T K d r (codd. Gel.) *lactī*, R. — *madidis*, codd. Gel. *addidis*, R. *additis*, S T d. *addito*, K r γ. — *cibis*, R T K d (codd. Gel.) Omitt. S r. *lacte addito mulso; ita*, Pint. et Schneider. ad Colum. VIII. 7, 1. — *quaedam*, T d. — *clunę*, R d. — *exspectentur*, d[1]. — *pede dilatatae unae rep.*, Schneider. l. l. — *parii*, d. — *quicquam*, om. T. — *hic*, omitt. R d. — *laudato*, d.

§ 141. *Laenius*, Pint. et Schneider. ad Varr. de re rust. III. 5, 8. Confirmat d. *Laelius*, R β. — *rerum*, Pint. R. *rebus*, θ S T d. Om. β. — *nature*, R. — *HS. C̄*, ita nos scripsimus; v. nos ad 35, 163. *HS. centum*, Bayf. de vascc. p. 12. et Salmas. ad Tertull. pall. p. 156. e vett. libris, γ. *in is*, R. *in his*, d. *sexcentis HS*, β. V. Gronov. de sest. p. 450—453. — *taxata*, d (in rasura.) *ta eva*, R.

HS. $\overline{\text{VI}}$ singulas coemptas, nulla alia inductus suavitate nisi ut in his imitationem hominis manderet, ne quaestus quidem suos reveritus illos opimos et voce meritos, dignus prorsus filio, a quo devoratas diximus margaritas. Non sit tamen, 142
ut verum fatear, facile inter duos iudicium turpitudinis, nisi quod minus est summas rerum naturae opes quam hominum linguas cenasse.

LII. 73. Generatio avium simplex videtur esse, cum et 143
ipsa habeat sua miracula, quoniam et quadripedes ova gignunt, chamaeleontes, lacertae et quae diximus inter serpentis; pinnatorum autem infecunda sunt quae aduncos habent unguis; cenchris sola ex his supra quaterna edit ova. Tribuit hoc avium generi natura ut fecundiores essent fugaces earum quam fortes. Pluruma pariunt struthocameli, gallinae, perdices, soli. Coitus avibus duobus modis, femina considente humi, ut in gallinis, aut stante, ut in gruibus.

74. Ovorum alia sunt candida, ut columbis, perdicibus, 144
alia pallida, ut aquaticis, alia punctis distincta, ut meleagridum, alia rubri coloris, ut phasianis, cenchridi; intus autem omne ovom volucrum bicolor, aquaticis lutei plus quam albi idque ipsum magis luridum quam ceteris; piscium unus

HS. $\overline{\textit{VI}}$, ita nos scripsimus, ut sint sena sestertia, uti paulo ante centena sestertia. *HS. sex*, Salmas. γ. *hiisvi*, Rigalt. ap. Salmas. *in his VI*, Rθ. *nummis* (hoc in rasura) *sex*, dβ. Rem varie expedire conantur Hotomann. de re num. 2, 28., Bud. de ass. p. 216., Torrent. ad Hor. sat. II. 3, 245. et Gronov. — *in his*, d². *his*, Rd¹. — *imitatione hominem*, Lips. de magnit. Rom. 4, 7. p. 832. — *ne*, R. *in ea*, d. — *diximus* 9, 122.

§ 142. *sit*, R. *sic*, θ. *si*, d. — *tamen*, R¹θd. *tamen avium*, R². — *fatear*, omitt. Rθd. — *facere*, θ. — *si quod*, RSTd. *sed quidem*, K. — *est*, om. d. — *summa*, Rd. — *avium*, Hotomann. K. Alia vult Pint.

§ 143. *habeat sua*, Rd. *sua habeat*, βγ. — *quin et*, T. — *gignant*, d. — *diximus*. Quem affert Hard. locum 8, 89., is non nisi maxima cum duritia huc referri potest; tamen Plin., ubi de serpentibus loquitur (8, 85—87.), nihil de hac re dicit, uti ipse infra § 169. commemorat, qui locus Harduinum sui erroris facile convincere potuit. Hinc pone v. *diximus* nonnulla excidisse putamus, quam nostram suspicionem eo confirmamus, quod pro *inter*, quod Rd retinent, θ *item* habet. Quadrupedes igitur Plin., qui scripserat *et quae diximus inter* [*aquatica*]; *item serpentes*, opponit serpentibus. Inter aquatica vero Plin. enumeravit et pisces ova parientes et cete (balaenas, delphinos) catulos edentes; praeterea ipsos pisces Plin. h. l. silentio praeterire non potuit. — *Pennatarum*, d. V. Aristot. hist. anim. 6, 1. p. 558ᵇ 27. — *cenchris*, Barbar. *cancris*, Rd. *generis*, codd. Barbari. — *sola*, Rd. *nulla*, codd. Barbari. — *Plura*, T. — *struthocameline* omisso *gallinae*, Rd. — *soli*, Rd. *sali*, β. Utraque scriptura corrupta, in qua avis cuiusdam nomen latere videtur. Et pro *sali* quidem, litteris proxime praecedentibus adiunctis, facile *aesali* scribi posset, quae avis Aristoteli hist. anim. 9, 36. commemorata ibi quoque in multis codd. *σάλος* scribitur; at ea

color, in quo nihil candidi. Avium ova ex calore fragilia, 145
serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia, aqua-
tilium rotunda, reliqua fere fastigio cacuminata; exeunt a
rotundissima sui parte dum pariuntur molli putamine sed
protinus durescente, quibuscumque emergunt portionibus.
Quae oblonga sint ova, gratioris saporis putat Horatius Flac-
cus. Feminam edunt quae rotundiora gignuntur, reliqua ma-
rem. Umbilicus ovis a cacumine inest, ceu gutta eminens
in putamine.

LIII. Quaedam omni tempore coeunt, ut gallinae, et pa- 146
riunt praeterquam duobus mensibus hiemis brumalibus; ex
iis iuvencae plura quam veteres, sed minora, et in eodem
fetu prima ac novissima; est autem tanta fecunditas ut ali-
quae et sexagena pariant, aliquae cotidie, aliquae bis die,
aliquae in tantum ut effetae moriantur; Hadrianis laus ma-
xuma. Columbae deciens anno pariunt, quaedam et undeciens,
in Aegypto vero etiam brumali mense. Hirundines et meru- 147
lae et palumbi et turtures bis anno pariunt, ceterae aves
fere semel. Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes
paene contextim in secessu generant. A coitu diebus decem
ova maturescunt in utero, vexatis autem gallinae et colum-

cum sit ex accipitrum genere, Plin. eam h. l. afferre non potuit. Quam contra Hard. est ingressus viam, qui a *Soli* novam periodum exordiens hanc vocem ad *coitus* refert, eam iam Schneider. ad Aristot. l. l. T. III. p. 162. propter sensum neglectum nihili esse dixit; ego etiam grammaticam desidero. — *continente humi*, Rd. *humi considente*, *βγ*. V. Aristot. hist. anim. 5, 2. p. 539 b 28.

§ 144. *puncta*, R. — *meleagridum*, Rθd. *meleagridi*, *βγ*. Nonnulla mutat Pint. ex Aristot. l. l. 6, 2. p. 559 a 25. — *probri*, Rd. — *quo alibi*, Rd. V. Aristot. l. l. et gener. anim. 3, 1. p. 751 b 12. — *id*, R. — *unicolor*, Td. — *nihil*, R. *nil*, d*βγ*. *in quo plus candidi* vel *in quo nil candidi*, *aequabili candido*, Pint.

§ 145. *lenta*, d. *lenia*, R. *levia*, *θ*. — *cacuminata exeunt — sui parte; dum*, r. — *potaminis*, R[1]. — *Flaccus*, sat. II. 4, 18., ubi v. Bentl. — *gutta*; suspecta videtur haec vox Schneidero ad Aristot. l. l. 6, 3. p. 561 a 9. T. II. p. 416.

§ 146. *coeunt et pariunt ut gallinae*, Pint. V. Aristot. l. l. 6, 1. init. — *his*, d. — *iuvencae*, R (ex corr.) *iuvenes*, T. *iuvene///*, d. — *aliquae et*, R. *aliquae*, Td. Ceterum Petav. apud Broter. ex Aristot. verbis l. l. 6, 1. *πλῆθος δὲ τίκτουσιν ἔνιαι (ἀλεκτορίδες) καὶ τῶν γενναίων πρὸ ἐπωασμοῦ καὶ ἑξήκοντα*, scite collegit pone *aliquae* verba *ante incubitum* excidisse. — *effectae*, R. — *Hadrianis*, Aristot. l. l. et gener. anim. 3, 1. p. 749 b 29. — *Columbae*, Aristot. hist. anim. 5, 13. 6, 4. — *vero*, Rθd. Om. *β*.

§ 147. *luto*, omitt. Td[1]. — *nidificantes*, Rd. *nidos aedificantes*, T. — *diebus decem*, d. *diebus decim*, R. *decem diebus*, *βγ*. Haec omnia sumpsit Plin. ex Aristot. l. l. 6, 2. p. 560 b 23. 6, 3. init. — *vexatis*, Rθdr. *vexatae*, *βγ*. Varia mutat Pint.

bae pinna evolsa aliave simili iniuria diutius. Omnibus ovis 148
medio vitelli parva inest velut sanguinea gutta, quod esse
cor avium existumant, primum in omni corpore id gigni
opinantes; in ovo certe gutta ea salit palpitatque. Ipsum
animal ex albo liquore ovi corporatur; cibus eius in luteo
est. Omnibus intus caput maius toto corpore, oculi conpressi
capite maiores. Increscente pullo candor in medium vertitur,
luteum circumfunditur. Vicesimo die, si moveatur ovom, iam 149
viventis intra putamen vox auditur; ab eodem tempore plu-
mescit ita positus ut caput supra dextrum pedem habeat,
dextram vero alam supra caput; vitellus paulatim deficit.
Aves omnes in pedes nascuntur, contra quam reliqua ani-
malia. Quaedam gallinae omnia gemina ova pariunt et ge- 150
minos interdum excludunt, ut Cornelius Celsus auctor est,
alterum maiorem; aliqui negant omnino geminos excludi.
Plus vicena quina incubanda subici vetant. Parere a bruma
incipiunt. Optuma fetura ante vernum aequinoctium; post
solstitium nata non inplent magnitudinem iustam tantoque
minus, quanto serius provenere.

LIV. 75. Ova incubari intra decem dies edita utilissimum; 151
vetera aut recentiora infecunda; subici inpari numero debent.
Quarto die postquam coepere incubari, si contra lumen ca-
cumine ovorum adprehenso una manu purus et unius modi
perluceat color, sterilia existumantur esse proque eis alia
substituenda. Et in aqua est experimentum; inane fluitat,
itaque sidentia hoc est plena subici volunt. Concuti vero 152

pennae evulsae, d. — *aliaeve*, Rd. — *diutinus*, Rd.

§ 148. *in medio*, Td. V. Aristot. l. l. 6, 3. p. 561ᵃ 9. — *albi*, Pint. — *gignunt*, R. — *in ovo*—*gutta* delet Pint. — *ea*, RSTd. — *eius*, Rd. Om. γ. — *luto*, RθTd.

§ 149. *si*, R². Omitt. R¹Td. V. Aristot. l. l. 6, 3. p. 561ᵇ 27. — *movetur*, Td. — *ovum*—*putamen* om. T. — *defecit*, R. — *Aves omnes*, v. Schneider. ad Aristot. l. l. p. 561ᵃ 9. T. II. p. 414. sq.

§ 150. *omnia*, om. r. Vid. Aristot. l. l. p. 562ᵃ 27. — *gemina*, om. R¹T. — *Plus vicena*, v. Varr. de re rust. III. 9, 8. et Colum. VIII. 5, 8. — *subiici vetant*, R². *subiicique tant*, R¹. *incubandas ubiq; tam*ᴵᴵ, d. — *a*, om. R. — *pervenere*, K.

§ 151. *infra*, K. — *decim*, R. — *incubari*, R²d. *incubare*, r. *incubat*, R¹. — *ima*, Rd.

§ 152. *educent*, dr. V. Aristot. l. l. 6, 2. p. 559ᵇ 29. — *Sic*, R. — *incubitu*, RθSTd. *incubatu*, β. — *tonuit*, RθTdr. *tonuerit*, β.

experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus
venis. Incubationi datur initium post novam lunam, quia
prius inchoata non proveniant. Celerius excluduntur calidis
diebus; ideo aestate undevicesimo educunt fetum, hieme xxv.
Si incubitu tonuit, ova pereunt, et accipitris audita voce
vitiantur. Remedium contra tonitrus clavos ferreus sub stra- 153
mina ovorum positus aut terra ex aratro. Quaedam autem
et citra incubitum sponte naturae gignunt ut in Aegypti
fimetis. Scitum de quodam reperitur Syracusis tamdiu po-
tare solitum, donec cooperta terra fetum ederent ova.

LV. 76. Quin et ab homine perficiuntur. Iulia Augusta 154
prima sua iuventa Tiberio Caesare ex Nerone gravida, cum
parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari
augurio ovom in sinu fovendo atque cum deponendum ha-
beret nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor;
nec falso augurata proditur. Nuper inde fortassis inventum
ut ova calido in loco inposita paleis igne modico foverentur
homine versante pariterque et stato die illic erumperet fe-
tus. Traditur quaedam ars gallinari cuiusdam dicentis quod 155
ex quaque esset. Narrantur et mortua gallina mariti earum
visi succedentes invicem et reliqua fetae more facientes abs-
tinentesque se cantu. Super omnia est anatum ovis subditis
atque exclusis admiratio prima non plane adgnoscentis fetum,
mox incerti singultus solicite convocantis, postremo lamenta
circa piscinae stagna, mergentibus se pullis natura duce.

§ 153. *tonitrus*, Rθ. *tonitrua*, d. *tonitruum*, r. *tonitrum*, β. — *stramina*, R. *stramine*, d$\beta\gamma$. — *aratro*, R^2. *eretro*, R^1. *ereto*, d. — *natura gignit*, RK. V. Gron. ad 28, 7. — *figmentis*, d. — *Scriptum*, K. V. Aristot. l. l. 6, 2. p. 559^b 2. — *quodam*, RTd. *quodam potore*, β. — *donec ab eo coop.*, K. — *storea*, Pint. — *edere*, Rθd.

§ 154. *Iulia*, Rd (codd. Gel. et antiquissimi Leidd. ap. Ruhnk. ad Vell. 2, 71.) *Livia*, Mitaler. et Hard. in edit. 2. — *Tibus Caesarē*, R. — *in*, om. d. — *fovendum*, R. — *cum*, om. d. — *haberet*, R^2. *habere*, R^{1}d. — *interimeretur*, K. — *falso*, R^{2}d. *falsu*, R^1. *falsa*, T. — *augurata*, R^2. *Augusta*, R^{1}TKd. — *proditur imperatoris inde foeta. Sed inventum*, K. — *fortassis*, Rd. *fortasse*, $\beta\gamma$. — *calido in*, Rd. *in calido*, $\beta\gamma$. — *pariter nocte ac die et statuto die illinc erumpere*, K. — *estato*, R. — *illic*, R^2. *milium*, R^{1}d. *illinc*, $\beta\gamma$. — *erumperet*, R^2. *erumpet*, R^1. *erumpere*, d.

§ 155. *quoque*, K. — *essent*, R^2. *esse*, R^{1}d. — *Narrantur*, Aristot. l. l. 9, 49. — *se*, Rd. *se a*, $\beta\gamma$. — *prima*, RKTd. *primo*, $\beta\gamma$. — *incerti singultus*, Pint. θ. *incertis incultus*, Td. *incertis incubitus*, R. *incerti incubitus*, codd. Barbari. *incerti concubitus*, K. *incertos incubitus*, $\beta\gamma$.

LVI. 77. Gallinarum generositas spectatur crista erecta, 156
interim et gemina, pinnis nigris, ore rubicundo, digitis in-
paribus, aliquando et super quattuor digitos transverso uno.
Ad rem divinam luteo rostro pedibusque purae non viden-
tur, ad opertanea sacra nigrae. Est et pumilionum genus
non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed qui-
bus certa fecunditas rara et incubatio ovis noxia.

LVII. 78. Inimicissima autem omnium generi pituita ma- 157
xumeque inter messis ac vindemiae tempus. Medicina in
fame et cubitus in fumo, utique si e lauru aut herba sabina
fiat, pinna per transversas inserta naris et per omnis dies
emota, cibus alium cum farre aut aqua perfusus in qua ma-
duerit noctua aut cum semine vitis albae coctus ac quae-
dam alia.

LVIII. 79. Columbae proprio ritu osculantur ante coitum; 158
pariunt fere bina ova, ita natura moderante ut aliis crebrior
sit fetus, aliis numerosior. Palumbes et turtures plurumum
terna nec plus quam bis vere pariunt, atque ita, si prior
fetus conruptus est; et quamvis tria pepererint, numquam
plus duobus educunt; tertium quod inritum est urinum vo-
cant. Palumbes incubat femina post meridiana in matutinum, 159
cetero mas. Columbae marem semper et feminam pariunt,
priorem marem, postridie feminam. Incubant in eo genere
ambo, interdiu mas, noctu femina; excludunt vicesimo die,
pariunt a coitu quinto; aestate quidem interdum binis men- 160
sibus terna educunt paria; namque decumo octavo die ex-
cludunt statimque concipiunt. Quare inter pullos ova inve-

§ 156. *crista erecta*, d. *criste erecta*, R^{2}. *X perecta*, R^{1}. — *interim*, R. *interdum*, dβγ. — *et*, R. Omitt. dγ. — *pinnis*, Pint. θ. *pennis*, RTdγ. *primis*, β. — *cetera rubicundae*, K. *colore rub.*, Hard. — *in partibus*, d. — *pumulionum*, R. — *in his*, Rd. *in iis*, β. *minus*, θ. — *centra*, R. *contra*, Tdr. *certo*, K. Varia tentat Pint.

§ 157. *messis ac*, ita nos scripsimus. *messe sae*, R. *messis et*, dβγ. *messes et*, r. — *Medicina*, om. R^{1}. — *cubitus*, RθTd (codd. Gronov. ad 20, 21.,) qui *cubitibus* coniicit. *cubatus*, β. — *fimo*, R^{1}. — *si e*, R. *si ex*, βγ. Om. d. — *lauru*, R. *lauro*, dβγ. — *pennas*, R. — *emota*, Tr. *et mota*, Rd. *mota*, βγ. — *cum farre*, R. *conferre*, d. — *maduerit*, Rθ. *laverit*, β. De d non liquet. — *ac*, RθTd. *et*, βγ.

§ 158. *Columbae*, Aristot. hist. anim. 6, 2. p. 560^{b} 25. — *Parit*, T. V. Aristot. l. l. 6, 4. extr. — *fetus*, Rθdr. *fastus*, T. *partus*, β. — *Palumbes*, R^{2}. *Palumbis*, R^{1} θ. *Palumbus*, d. — *turtures*, R^{2}d. *turturi*, θ. *turtur*, R^{1}Tr. — *vere*, RTdr. *fere*, β. — *prioris*, d. — *educunt*, Rd. *educant*, θTr. *excludunt*, Pint. — *quod*, R^{2}. Omitt. R^{1}Td. — *urinum*, R. *ac urinum*, Td.

niuntur et alii provolant, alii erumpunt; ipsi deinde pulli
quinquemestres fetificant. Et ipsae autem inter se, si mas
non sit, feminae aeque saliunt pariuntque ova inrita, ex qui-
bus nihil gignitur, quae hypenemia Graeci vocant.

LIX. Pavo a trimatu parit; primo anno unum aut alterum 161
ovom, sequenti quaterna quinave, ceteris duodena, non am-
plius, intermittens binos dies ternosve parit, et ter anno, si
gallinis subiciantur incubanda. Mares ea frangunt desiderio
incubantium, quapropter noctu et in latebris pariunt aut
in excelso cubantes, et nisi molli strato excepta franguntur.
Mares singuli quinis sufficiunt coniugibus; cum singulae aut 162
binae fuere, conrumpitur salacitate fecunditas. Partus ex-
cluditur diebus ter novenis aut tardius tricesimo. Anseres
in aqua coeunt, pariunt vere aut si bruma coiere post sol-
stitium, quadraginta prope, bis anno, si priorem fetum gal-
linae excludant, alias pluruma ova sedecim, paucissima se-
ptem. Si quis subripiat, pariunt donec rumpantur; aliena
non excludunt. Incubanda subici utilissimum novem aut un- 163
decim. Incubant feminae tantum tricenis diebus, si vero te-
pidiores sint, viginti quinque. Pullis eorum urtica contactu
mortifera, nec minus aviditas, nunc satietate nimia, nunc
suamet vi, quando adprehensa radice, morsu saepe conantes
avellere, ante colla sua abrumpunt. Contra urticam reme-
dium est stramento ab incubitu subdita radix earum.

LX. Ardeolarum tria genera: leucon, asterias, pellos. Hi 164
in coitu anguntur; mares quidem cum vociferatu sanguinem
etiam ex oculis profundunt; nec minus aegre pariunt gravi-

§ 159. *masculus*, T. — *semper marem*, Td. *saepe*, Pint. r. — *pariunt*, om. R[1]. — *posteriorem* vel *post triduum*, Pint. — *mas* et *femina*, R. *mares* et *feminae*, Td. — *XXV.*, r.

§ 160. *terne*, d. — *interdum*, om. r. — *educunt*, T θ d r. *educant*, R (*a* ex corr.) *edunt*, β. — *namque*, RTd. *nam*, βγ. — *ova*, RTd. *saepe ova*, βγ. — *deinde*, R. *quoque*, Td. — *semestres*, Pint. — *nihil omnino*, Td.

§ 161. *incubando*, θ. V. Aristot. l. l. 6, 9. — *aut*, omitt. Pint. et r. V. Columell. VIII. 12, 9. — *stratu*, d.

§ 162. *singulis*, Rd. — *tricesimo*, RTd. *trincesimo*, θ. *vicesimo*, β. — *coiere*, Rd. *coivere* βγ. — *quadragesimo*, STr. — *Ter*, Pint. — *alia*, Rd.

§ 163. *vicenis quinis*, Pint. Ceterum v. Varr. de re rust. III. 10, 5. — *contractu*, d. — *ne*, R[1]. *nimiaque herbarum aviditas*, Dalec. — *incubitu*, R θ Td. *incubatu*, β.

§ 164. *Ardiolarum*, R[1]d. V. Aristot. l. l. 9, 1. p. 609[b] 21. — *leugon*, R[1]d. — *suasperia pelion*, Rd.

dae. Aquila tricenis diebus incubat et fere maiores alités,
minores vicenis ut milvos et accipiter; singulos fere parit, 165
numquam plus ternos; is qui aegolios vocatur et quaternos,
corvos aliquando et quinos; incubant totidem diebus. Cornicem incubantem mas pascit. Pica novenos, melancoryphus supra vicenos parit, semper numero inpari, nec alia pluris; tanto fecunditas maior parvis. Hirundini caeci primo pulli et fere omnibus quibus numerosior fetus.

80. Inrita ova, quae hypenemia diximus, aut mutua fe- 166
minae inter se libidinis imaginatione concipiunt aut pulvere, nec columbae tantum sed et gallinae, perdices, pavones, anseres, chenalopeces, sunt autem sterilia et minora ac minus
iucundi saporis et magis umida. Quidam et vento putant 167
ea generari, qua de causa etiam zephyria appellantur. Urina autem vere tantum fiunt, incubatione derelicta, quae alii cynosura dixere. Ova aceto macerata in tantum emolliuntur ut per anulos transeant; servari ea in lomento aut hieme in paleis, aestate in furfuribus utilissimum, sale exinaniri creduntur.

LXI. 81. Volucrum animal parit vespertilio tantum, cui 168
et membranaceae pinnae uni. Eadem sola volucrum lacte nutrit ubera admovens; parens geminos volitat amplexa infantis secumque portat. Eidem coxendix una traditur et in cibatu culices gratissimi.

LXII. 82. Rursus in terrestribus ova pariunt serpentes, 169
de quibus nondum dictum est; coeunt conplexu, adeo cir-

ferre, R. — *mediocres*, Pint. — *accipiter et milvus*, Pint.

§ 165. *Sed hic binos fere*, Pint. *Milvus binos fere*, Gesner. hist. anim. 3, 612. — *egonos*, R. *egon'*, d. *aegornos*, θ. *egonus*, T. Apud Aristot. l. l. 6, 6. legitur *αἰτώλιος*; Plin. secutus est pravam nonnullorum codicum scripturam *ἐγώλιος* ortam illam ex litteris *T* et *Γ* inter se confusis; v. Bast. comment. palaeogr. p. 710. — *et quaternos*, R^{2}. *quaternos*, d^{2}βγ. Ceterum $R^{1}d^{1}r$ verba *is qui — quaternos* omitt. — *Pica*, Aristot. l. l. 9, 13. init. — *vicenos*, Rd. *XX*, β. — *plures*, codd. Gel. *in plures*, RTd. — *tanta*, STd. *nec alias in pluribus tanta fecunditas, maior tamen in parvis*, K. — *fetus*, RθTdr. *partus*, β.

§ 166. *Inrita ova*, Aristot. l. l. 6, 2. p. 559ª 21. — *diximus* § 160.

§ 167. *generare*, d. — *Urina*, R^{2}θ. *in*, R^{1}. *non*, T. *n''*, d. *Haec*, βγ. Ex scriptura optimorum códd. a nobis recepta iam evanescit iusta dubitatio Schneideri ad Aristot. l. l. 6, 2. p. 560ª 5. T. II. p. 409. de sanitate scripturae vulgatae; ceterum huic dicuntur *οὔρια*, in paucioribus modo codd. *οὔριυα*. — *fiunt*, RθTd. *Urina fiunt*, β. — *in* ante *lomento* et *furfuribus* om. d.

§ 168. *in tantum*, Rd. — *pennae*, d. — *uni*, delet Gesner. hist. anim. 3, 767. — *admovens*, R (ex corr.) *admovet*, Tdγ. — *parens*, RθSTdr. Om. β. — *portat*, RθTd. *deportat*, β. — *coxendis*, Rd.

cumvolutae sibi ipsae ut una existumari biceps possit. Vi-
perae mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis
dulcedine. Terrestrium eadem sola intra se parit ova unius 170
coloris et mollia ut pisces; tertia die intra uterum catulos
excludit, dein singulis diebus singulos parit, viginti fere nu-
mero; itaque ceteri tarditatis inpatientes perrumpunt latera,
occisa parente. Ceterae serpentes contexta ova in terra in-
cubant et fetum sequente excludunt anno; crocodili vicibus
incubant, mas et femina. Sed reliquorum quoque terrestrium
reddatur generatio.

LXIII. 83. Bipedum solus homo animal gignit. Homini 171
tantum primi coitus paenitentia, augurium scilicet vitae a
paenitenda origine. Ceteris animalibus stati per tempora
anni concubitus, homini, ut dictum est, omnibus horis dierum
noctiumque; ceteris satias in coitu, homini prope nulla. Mes- 172
salina Claudi Caesaris coniux regalem existumans palmam
elegit in id certamen nobilissimam e prostitutis ancillam mer-
cenariae stipis eamque nocte ac die superavit quinto atque
vicesimo concubitu. In hominum genere maribus deverticula
veneris excogitata, omnia scelere naturae, feminis vero ab-
ortus. Quantum in hac parte multo nocentiores quam ferae
sumus! Viros avidiores veneris hieme, feminas aestate He-
siodus prodidit. Coitus aversis elephantis, camelis, tigribus, 173
lyncibus, rhinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus aversa
genitalia. Cameli etiam solitudines aut secreta certe pe-
tunt neque intervenire datur sine pernicie. Coitus tota die,

§ 169. *sit*, Rdr. Orta haec scriptura ex *st*, uti saepe; v. Madvig. opuscc. 1, 184. 2, 222. et ad Cic. de fin. 3. § 58. p. 448. — *coeunt*, Aristot. l. l. 5, 4. — *ipsi*, d.

§ 170. *Terrestrium*, Aristot. l. l. 5, 34. — *dein*, Rd. *deinde*, βγ. — *singulis diebus singulos*, R. *singulos singulis diebus*, dγ. *singulos diebus singulis*, β. — *ceteri*, Rd. *ceterae*, βγ. — *Ceteri*, d. — *contexta*, RθSTdr. *contecta*, β.

§ 171. *Bipedum*, Aristot. l. l. 5, 1. p. 539^{a} 15. — *poenitentiae*, R. — *statuti*, r. — *ut dictum est* 7, 38. — *satias*, R. *satis*, θ. *satietas*, dβγ.

§ 172. *regalem*, RTd. *regalem hanc*, θ. *hanc regalem*, K. *hoc regalem*, β. — *vilissimam*, K. — *mercedariae*, R. — *stirpis*, Td. — *nocte ac die*, Rθd. *die ac nocte*, β. — *atque*, Rd. *ac*, β. — *manibus*, RSTd. — *deverticula*, R. *diverticula*, dβγ. — *scelere*, d. *scelera*, Rr. — *avidioris*, Rd. — *Hesiodus*, op. 586. coll. Aristot. l. l. 5, 8. p. 542^{a} 32.

§ 173. *aversis*, RθTKdr (codd. Salmas. exerc. p. 230. a. E.) *aversus*, β. Ceterum v. Aristot. l. l. 5, 2. init. et Solin. 27, 16. — *certe*, Rd^{2}. *certa*, r. Om. d^{1}. — *tota die*, R^{2}. *tote*, R^{1}. *totę*, d. V. Aristot. l. l. p. 540^{a} 13.

et his tantum ex omnibus quibus solida ungula. In quadri-
pedum genere maris olfactus accendit. Avertuntur et canes,
phocae, lupi in medioque coitu invitique etiam cohaerent.
Supra dictorum plerumque feminae priores superveniunt, 174
in reliquis mares. Ursi autem, ut dictum est, humanitus
strati, erinacei stantes ambo inter se conplexi, feles mare
stante, femina subiacente, volpes in latera proiectae marem-
que femina amplexa. Taurorum cervorumque feminae vim
non tolerant, ea de causa ingrediuntur in conceptu. Cervi
vicissim ad alias transeunt et ad priores redeunt. Lacertae
ut ea quae sine pedibus sunt circumplexu venerem novere.
Omnia animalia quo maiora corpore, hoc minus fecunda; 175
singulos gignunt elephanti, cameli, equi, acanthis duodenos,
avis minuma. Ocissime pariunt quae plurumos gignunt.
Quo maius est animal, tanto diutius formatur in utero; diu-
tius gestantur, quibus longiora sunt vitae spatia, neque cre-
scentium tempestiva ad generandum aetas. Quae solidas ha-
bent ungulas, singulos, quae bisulcas, et geminos pariunt.
Quorum in digitos pedum fissura divisa est, ea numerosiora 176
in fetu. Sed superiora omnia perfectos edunt partus, haec
inchoatos, in quo sunt genere leaenae, ursae; et volpes in-
formem etiam magis quam supradicta parit, rarumque est
videre parientem. Postea lambendo calefaciunt fetus omnia
ea et figurant; pariunt plurumum quaternos. Caecos autem 177

et his tantum ex, R θ d. *est tantum iis*, β. — *accendit*, d. *antecedit*, R θ TK.

§ 174. *plerumque*, RTd. *plerisque*, codd. Barbari, $\beta\gamma$. *Dasypodum maribus feminae*, Pint. — *superveniuntur*, R. — *in reliquis*, Td. *reliquę*, R. *reliquis*, $\beta\gamma$. — *dictum est* 8, 126. — *humi*, Pint. V. Aristot. l. l. p. 539b 33. — *iranecei*, d. — *stantes ambo*, Rd. *stantes. Ita*, r. — *latere*, K. — *amplexe*, R. *complexa*, d. — *conceptu*, R θ d. *coitu*, Barbar., codd. Gel. β. — *et ad priores redeunt*, om. r. V. Aristot. l. l. 6, 29. p. 578b 10. — *circumflexu*, R θ Tdr. V. Aristot. l. l. 5, 4.

§ 175. *maiora*, R θ. *matura*, d. *maiore*, β. — *fecunda*, Rd. *fecunda sunt*, $\beta\gamma$. — *longiora*, R (ex corr.) *longl'a*, d. — *singulos quae*, R. *singulas*, d.

§ 176. *enumerosiora* omisso *ea*, Rd. — *fetus*, d. — *genere sunt*, d. — *informem*, ita nos scripsimus, ut ex superioribus *partum* intelligatur. *informe*, R. *informia*, d $\beta\gamma$. Plura in his mutat Pint. — *parit*, R. *pariunt*, STd. *ursa parit*, θ r. *ursae pariunt*, β. — *parientem*, R θ dr. *parientes*, β. V. Aristot. l. l. 6, 34.

§ 177. *pantherae*, R θ Td. *panthera*, β. V. Aristot. l. l. 6, 35. — *plurima*, d. V. Aristot. l. l. 6, 20. init. — *Laconiae*, d. — *utrumque*, Rd. — *septuaginta*, K. — *tribus mensibus*, K. — *catulos nec*, v. Aristot. l. l. 6, 20. p. 574a 25. *catuli se*, d. *catulis*, R. — *ruina*, R[1].

§ 178. *duodenis*, R. — *quosque*, Ian. in nuntt. litt. Monac. 1836. nr. 166. p. 283. *quoque*, Rd $\beta\gamma$. — *alternant*, RSTd. *alternant si ineant opportuno et*

gignunt canes, lupi, pantherae, thoes. Canum plura genera;
Laconicae octavo mense utrimque generant, ferunt sexaginta
diebus et plurumum tribus; ceterae canes et semestres co-
itum patiuntur; inplentur omnes uno coitu. Quae ante iustum
tempus concepere, diutius caecos habent catulos, nec omnes
totidem diebus. Existumantur in urina attollere crus fere
semestres; id est signum consummati virium roboris; femi-
nae hoc idem sidentes. Partus duodeni quibus numerosis- 178
simi, cetero quini, seni, aliquando singuli, quod prodigiosum
putant, sicut omnis maris aut omnis feminas gigni. Primos
quosque maris pariunt, in ceteris alternant; ineuntur a partu
sexto mense; octonos Laconicae pariunt. Propria in eo ge-
nere maribus post laborem salacitas. Vivont Laconici annis
denis, feminae duodenis, cetera genera quindenos annos, ali-
quando et viginti, nec tota sua aetate generant fere a duo-
decimo desinentes. Felium et ichneumonum reliqua ut ca-
num; vivont annis senis. Dasypodes omni mense pariunt et 179
superfetant sicut lepores; a partu statim inplentur; conci-
piunt quamvis ubera siccante fetu, pariunt vero caecos. Ele-
phanti, ut diximus, pariunt singulos magnitudine vituli tri-
mestris. Cameli duodecim mensibus ferunt, a trimatu pariunt
vere iterumque post annum inplentur a partu. Equas autem
post tertium diem aut post unum ab enixu utiliter admitti
putant coguntque invitas, et mulier septumo die concipere
facillime creditur. Equarum iubas tondere praecipiunt, ut 180

recto mense, β, quae improbat etiam Ian., nisi forte *ineantur* sit legendum. — *post laborem*, Pint., quod probat etiam Schneider. ad Aristotel. l. l. 6, 20. p. 574[b] 29. T. II. p. 489. *labores*, R θ d. *laboris*, β. *labore*, Broter. γ. Praeterea Pint. pro *maribus* legit *maior*; mihi *maribus maior post* scribendum videtur. — *salacitas*, R θ T d. *alacritas*, β. — *XV annis*, d. — *et*, R θ T d. Om. β. — *viginti*, R. *XX*, T θ β. *vicenos*, d γ. — *nec tota*, Aristot. l. l. 5, 14. p. 546[a] 28. — *denis*, Broter.

§ 179. *concipiunt*, om. Pint. — *vero*, Hard. n̄, R d β. Harduino quodammodo iam praeiverant Pint. et Gesner. hist. anim. 1, 365. coll. Aristot. hist. anim. 6, 33. — *Elephanti*, Aristot. l. l. 5, 14. extr. — *diximus* 175. 8, 28. — *a*, R[2]. *e*, R[1]. *in*, T d. Om. γ. — *diem*, R θ T d r. *annum*, β. Vid. Aristot. l. l. 6, 22. p. 576[b] 30. — *admittere*, Dalec. — *mulier*, omnium est librorum scriptura; nam quod Dalec. e θ K affert *equa*, nititur illud aperto errore. Iam vero hanc vocem esse corruptam recte senserunt Pint., qui *asina* emendavit, et Iacobs. ad Aelian. hist. anim. 5, 32. T. II. p. 658. Parum considerate de ipsa muliere generis humani agi dicunt Hard. et Döderl. synonym. 4, 327., de mula vero nos cogitare vetat ipse Plin. 8, 173., ubi quae Plin. de mula saepe pariente addit, huc non quadrant. — *septimo*, R θ d r. *septima*, β.

*

asinorum coitum patiantur humilitate; comantis enim gloria
superbire. A coitu solae animalium currunt ex adverso aqui-
lone austrove, prout marem aut feminam concepere. Colo-
rem illico mutant rubriore pilo vel quicumque sit pleniore;
hoc argumento desinunt admittere, etiam nolentis. Nec in-
pedit partus quasdam ab opere falluntque gravidae. Vi- 181
cisse Olympia praegnantem Echecratidis Thessali invenimus.
Equos et canes et sues initum matutinum adpetere, feminas
autem post meridiem blandiri diligentiores tradunt; equas
domitas LX diebus equire antequam gregales, sues tantum
coitu spumam ore fundere, verrem subantis audita voce, ni
admittatur, cibum non capere usque in maciem, feminas au-
tem in tantum efferari ut hominem lancinent candida maxume
veste indutum. Rabies ea aceto mitigatur naturae adsperso; 182
aviditas coitus putatur et cibis fieri, sicut viro eruca, pecori
caepa. Quae ex feris mitigentur, non concipere, ut anseres,
apros vero tarde et cervos nec nisi ab infantia educatos mi-
rum est. Quadripedum praegnantes venerem arcent praeter
equam et suem; sed superfetant dasypus et lepus tantum.

LXIV. 84. Quaecumque animal pariunt, in capita gi- 183
gnunt, circumacto sub enixum fetu alias in utero porrecto.
Quadripedes gestantur extentis ad longitudinem cruribus et
alvom suam adplicatis, homo in semet conglobatus, inter duo
genua naribus sitis. Molas, de quibus ante diximus, gigni 184
putant ubi mulier non ex mare verum ex semetipsa tantum
conceperit, ideo nec animari, quia non sit ex duobus, altri-

§ 180. *coitum*, R θ T d. *in coitu*, $\beta\gamma$. — *humilitate*, R θ T d. *humilitatem*, $\beta\gamma$. — *aquilone austrove*, Hard. e codd. (?). *aquilonem austrumve*, R θ S T d r. *aquilonum austrorumve*, β. In optimorum librorum consensu, cui Harduini testimonium nihil detrahit, mihi *exadversum* (3, 127.) vel *exadversus* (6, 48.) scribendum videtur. — *raviore*, Pint. — *nolentes*, R θ d. *volentes*, β. — *quasdam*, R. *quosdam*, d $\beta\gamma$.

§ 181. *Echecratis* vel *Echecratidae*, Pint. — *hinnitum*, d. *initium*, R. — *meridianum*, Pint. — *diligentius*, r. — *XL*, r. — *ni*, R d. *nisi*, $\beta\gamma$. — *usque ad*, K. — *efferari*, d. *efferri*, R T (cod. ap. Oudend. ad Suet. Cal. 50.) *afferri*, θ. — *lancinent*, R^2 θ T (cod. Oudend.) *lacinent*, R^1 d. *lacerent*, $\beta\gamma$.

§ 182. *coitu*, d. — *eruga*, R. — *mirum est*, ad sequentia refert β. Verum dant R θ d.

§ 183. *Quaecumque*, v. Aristot. hist. anim. 7, 8. — *animalia*, T d. — *fetu*, omitt. R d. — *alias*, Barbar. *alia*, R θ T d. — *porrecto*, Barbar. *porrecta*, R θ T d. — *extentis*, R. *extensis*, d $\beta\gamma$. — *alvum*, R d^1. *ad alvum*, d^2 $\beta\gamma$. V. ad 2, 145.

§ 184. *diximus* 7, 63. — *a sem.*, R. — *sues*, codd. Gel. *ue*, d. *e*, R. V. Aristot. gen. anim. 4, 6. p. 774 b 17. — *tantum*, codd. Gel. *tantus*, R. *tantos*, d. —

cemque habere per se vitam illam quae satis arboribusque contingat. LXV. Ex omnibus quae perfectos fetus sues tantum et numerosos edunt, item pluris contra naturam solidipedum aut bisulcorum.

85. Super cuncta est murium fetus haud sine cunctatione 185
dicendus, quamquam sub auctore Aristotele et Alexandri
magni militibus. Generatio eorum lambendo constare, non
coitu dicitur; ex una genitos cxx tradiderunt, apud Persas
vero in praegnantis ventre parientis repertas; et salis gu-
statu fieri praegnantis opinantur. Itaque desinit mirum esse, 186
unde vis tanta messis populetur murium agrestium, in qui-
bus illud quoque adhuc latet, quonam modo illa multitudo
repente occidat; nam nec exanimes reperiuntur neque ex-
stat qui murem hieme in agro effoderit. Plurumi ita ad
Troada proveniunt et iam inde fugaverunt incolas. Proven- 187
tus eorum siccitatibus; tradunt etiam obituris vermiculum
in capite gigni. Aegypti muribus durus pilus sicut erinaceis;
iidem bipedes ambulant ceu Alpini quoque. Cum diversi
generis coiere animalia, ita demum generant si tempus na-
scendi par habent. Quadripedum ova gignentium lacertas ore
parere, ut creditur volgo, Aristoteles negat; neque incubant
eaedem, oblitae quo sint in loco enixae, quoniam huic ani-
mali nulla memoria; itaque per se catuli erumpunt.

LXVI. 86. Anguem ex medulla hominis spinae gigni ac- 188
cipimus a multis. Pleraque enim occulta et caeca origine
proveniunt etiam in quadripedum genere; LXVII. sicut sa-
lamandrae, animal lacertae figura, stellatum, numquam nisi

item pluris; haec verba pro glossemate vocis *numerosos* habenda sunt. Pint. item iis offensus pro *numerosos* sumit *unum et duos* legendum esse.

§ 185. *Super*, Rd. *Supra*, β. — *sub*, om. r. — *Aristotele*, hist. anim. 6, 37. — *militibus*, *generatio—dicatur*, r. — *genitas*, d. — *apud*, R^{2}. *aut*, R^{1}d. — *in praegnantis*, θ d. *in praegnatis*, R. *praegnantes*, codd. Barbari, βγ. — *ventre*, R θ d. *in utero*, codd. Barbari. *et in ventre*, βγ. — *parientis*, R θ d. *parentis*, codd. Barbari, βγ. — *opinatur*, R^{1}.

§ 186. *illud*, om. d. — *in hieme*, d. — *itaque*, r. — *Troada*, R θ. *Troadem*, dβγ.

§ 187. *Proventu*, d^{2}. — *societatis*, d. — *tradunt*, ad superiora refert β. — *et iam*, β. — *cante*, R. — *Aegypti*, d. *Aegyptii*, R. *Aegyptiis*, βγ. — *quoque*, R θ Td. Om. β. — *diversi quaeque*, r. *diversi quoque*, K. — *coiere*, R. *coivere*, dβγ. — *lacertas*, R θ Td. *lacertam*, β. — *Aristoteles*, loco deperdito. — *eodem*, RTd. — *sunt*, β. — *animalia*, R. — *per se catuli*, R θ Td. *catuli per sese*, β.

§ 188. *accipimus*, R θ r. *accepimus*, dβ. — *salamandrae*, RTd. *salamandra*, βγ. — *lacertae*, d. *lacerte*, R. *lacerti*, βγ.

magnis imbribus proveniens et serenitate desinens. Huic
tantus rigor ut ignem tactu exstinguat non alio modo quam
glacies; eiusdem sanie, quae lactea ore vomitur, quacumque
parte corporis humani contacta, toti defluunt pili idque quod
contactum est colorem in vitiliginem mutat.

LXVIII. 87. Quaedam ergo gignuntur ex non genitis et 189
sine ulla simili origine ut supra dicta et quaecumque ver
statumque tempus anni generant. Ex his quaedam nihil gi-
gnunt ut salamandrae, neque est in his genus masculum fe-
mininumve, sicut neque in anguillis omnibusque quae nec
animal nec ovom generant. Neutrum est et ostreis genus et
ceteris adhaerentibus vado vel saxo. Quae autem per se 190
generantur, si in maris et feminas descripta sunt, generant
quidem aliquid coitu sed inperfectum ac dissimile et ex quo
nihil amplius gignatur, ut vermiculos muscae. Id magis de-
claravit natura eorum quae insecta dicuntur, arduae expla-
nationis omnia et privatim dicato opere narranda. Quapropter
ingenium praedictorum et reliqua subtexetur edissertatio.

LXIX. 88. Ex sensibus ante cetera homini tactus, dein 191
gustatus; reliquis superatur a multis. Aquilae clarius cer-
nunt, voltures sagacius odorantur, liquidius audiunt talpae
obrutae terra, tam denso atque surdo naturae elemento;
praeterea voce omni in sublime tendente sermonem exau-
diunt et si de iis loquare intellegere etiam dicuntur et pro-
fugere. Auditus cui hominum primo negatus est, huic et 192
sermonis usus ablatus, nec sunt naturaliter surdi ut non

desinens, RθTdr. *deficiens*, βγ. — *tactu*, RθTd. *tactum*, β. — *extinguat*, Rd. *restinguat*, θβ. V. Aristot. hist. anim. 5, 19. p. 552^b 16. — *totius*, Pint.

§ 189. *ergo*, θT. *vero*, Rdβγ. — *dicta* § 188. — *ver statumque*, R^2. *aestas aut ver statumque*, β. Ex r certe *statutum* enotatum. Omnia omitt. R^{1}Tdγ. V. Ian. in nuntt. litt. Monacc. 1836. nr. 105. p. 274. — *tepor*, Pint. — *generant*, R. *generat*, dγ. — *his*, Rd. *iis*, βγ. — *in his*, Rd. *iis*, βγ. — *masculum*, R. *masculinum*, dβγ. — *anguillis*, v. Aristot. l. l. 4, 11. p. 538^a 3. — *omnibus*, R. — *generant*, R. *ex sese generant*, dβγ. — *vel*, R^2. *nec*, R^{1}d.

§ 190. *et*, Rd. *ac*, βγ. Ceterum v. Aristot. l. l. 5, 1. p. 539^a 22. — *ac*, Rθ. *et*, dβγ. — *declaravit natura*, RθTd. *declarant naturae*, βγ. — *earum*, Rd. — *ducuntur*, Rd. — *ardua*, R^1. — *ut ingenium pr. ita et rel. subtexet*, K. — *edissertatio*, R^{2}θd. *et dissertatio*, T. *edisrestatio*, R^1. *dissertatio*, β.

§ 191. *obruta*, Td. — *omni*, RθT. *omnium*, dβγ. *hominum*, K. — *tendentes*, θ. — *sermones*, T. — *loquatur*, Td. — *intelligunt*, T. — *etiam—profugere*, R^{2}d. Om. R^{1}T.

§ 192. *homini*, d. V. Aristot. l. l. 4, 9. p. 536^b 3. — *ut non iidem*, d. *t non idem*, R^2. Om. R^1. — *sunt*, Rd. — *dicuntur*, RθTd. Om. β. — *solenes*,

iidem sint et muti. In marinis ostreis auditum esse non est
verisimile, sed ad sonum mergere se dicuntur solenes; ideo
et silentium in mari piscantibus.

LXX. 89. Pisces quidem auditus nec membra habent nec 193
foramina, audire tamen eos palam est, utpote cum plausu
congregari feros ad cibum adsuetudine in quibusdam viva-
riis spectetur; et in piscinis Caesaris genera piscium ad
nomen venire quosdamque singulos. Itaque produntur etiam
clarissime audire mugil, lupus, salpa, chromis et ideo in
vado vivere.

90. Olfactum iis esse manifeste patet; quippe non omnes 194
eadem esca capiuntur et prius quam adpetant odorantur.
Quosdam et speluncis latentis salsamento inlitis faucibus
scopuli piscator expellit veluti sui cadaveris agnitionem fu-
gientis, conveniuntque ex alto etiam ad quosdam odores, ut
saepiam ustam et polypum quae ideo coniciuntur in nassas.
Sentinae quidem navium odorem procul fugiunt, maxume
tamen piscium sanguinem. Non potest petris avelli polypus; 195
idem cunila admota ab odore protinus resilit. Purpurae quo-
que faetidis capiuntur. Nam de reliquo animalium genere
quis dubitet? Cornus cervini odore serpentes fugantur, sed
maxume styracis; origani aut calcis aut sulphuris formicae
necantur. LXXI. Culices acida petunt, ad dulcia non ad-
volant. Tactus sensus omnibus est, etiam quibus nullus alius;
nam et ostreis et terrestrium vermibus quoque.

Hard. ex Aristot. hist. anim. 4, 8. p. 535ª 14. *solent*, RTdβ. *solere*, θ. — *mare*, R. — *piscantibus*, R. *piscant habere*, d. *piscantes habere*, T.

§ 193. *auditus*, R. *audiunt vocem*, Td. V. Aristot. l. l. 4, 8. p. 533ª 34. — *nec membra habent*, om. γ vitio operarum. — *ut patet*, RTdγ. *ut paret*, r. — *assuetudine*, Rθr. *assuetum*, Td. *consuetudine*, β. — *spectetur*, RTdr. *spectatur*, β. — *quosdamque*, RθTd. *quosdam*, β. — *et ideo—vivere*; haec verba, quae iam Pintiano dubitationem moverunt, Schneider. ad Aristot. hist. anim. T. II. p. 237. aut mutila aut ineptissimo loco addita existimat.

§ 194. *his*, d. V. Aristot. l. l. 4, 8. p. 534ª 14. — *eadem*, d. *eandem*, RT. — *esca*, R (ex corr.) *escam*, T. Om. d. — *capiunt*, T. — *appetant*, Rd. *capiant*, T. — *velut*, θ. — *agnitione*, Pint. — *coniiciuntur*, codd. Gel. *coguntur*, RTKdr. *congeruntur*, Dalec. — *massas*, r. — *odoro*, R.

§ 195. *cunila*, d. *cunicula*, θT (et optimi libri ap. Salmas. exerc. p. 900. b. D.) *unicula*, R. — *ab odore*, om. r. — *Cornu*, T. — *serpentes*, *χώνωπες* Aristoteli hist. anim. 4, 8. p. 535ª 3., unde Pint. *insecta* coniicit. — *est*, om. T. — *alius*, om. R[1]. — *terrestrium*, RθSTd. *terrestribus*, β. *alius ostreis; nam et terrestrium vermibus quoque existimaverim*, r.

91. Existumaverim omnibus sensum et gustatus esse; cur 196
enim alios alia sapores adpetant? in quo vel praecipua na-
turae architectae vis. Alia dentibus praedantur, alia ungui-
bus, alia rostri aduncitate carpunt, alia latitudine eruunt,
alia acumine excavant, alia sugunt, alia lambunt, sorbent,
mandunt, vorant. Nec minor varietas in pedum ministerio,
ut rapiant, distrahant, teneant, premant, pendeant, tellurem
scabere non cessent.

LXXII. 92. Venenis capreae et coturnices, ut diximus, 197
pinguescunt, placidissima animalia, at serpentes ovis, spe-
ctanda quidem draconum arte; aut enim solida hauriunt, si
iam fauces capiunt, quae deinde in semet convoluti frangunt
intus atque ita putamina extussiunt, aut si tenerior est ca-
tulis adhuc aetas, orbe adprehensa spirae ita sensim vehe-
menterque praestringunt ut amputata parte ceu ferro e re-
liqua quae amplexu tenetur sorbeant. Simili modo avibus
devoratis solidis, contentione plumam excitam revomunt.

93. Scorpiones terra vivont, et serpentes, cum occasio est, 198
vinum praecipue adpetunt, cum alioqui exiguo indigeant
potu, eaedem minumo et paene nullo cibo, cum adservantur
inclusae, sicuti aranei quoque, alioqui suctu viventes; ideo-
que nullum interit fame aut siti venenatum; nam neque
calor his nec sanguis nec sudor, quae aviditatem naturali
sale augent. In quo genere omnia magis exitialia, si suum
genus edere antequam noceant. Condit in thesauros maxil- 199
larum cibum sphingiorum et satyrorum genus; mox inde
sensim ad mandendum manibus expromit, et quod formicis

§ 196. *appetant*, R θ T d. *appetunt*, β. — *quod*, d. — *architectae vis*, Hard. e codd. *architectio* (ex corr.) *his*, R. *arcite et vivis*, T. *arcitae et fibis*, d. *architectique vis*, r. *architectio*, β. — *alia latitudine eruunt*, R²K. *alia lat. ruunt*, βγ. Omitt. R¹d. — *pendant*, K. *prendant*, Pint. *suspendant*, Dalec.

§ 197. *diximus* § 69. — *ad*, R. — *serpentes*, v. Aristot. l. l. 8, 4. — *ova*, R. — *extussiunt*, R θ S T d. *excutiunt*, β. — *est*, θ T d. *et*, R. *est et*, β. — *catulis*, R θ T d. *catuli*, β. — *e reliqua*, R. *et reliqua*, T. *reliqua*, θ d. *reliquam*, βγ. — *contentione*, T d. *contione*, R θ r. *certione*, S. *contritione*, K (codd. Barbari.) — *plumam*, R S d. *pluma*, T (codd. Barbari.) *pluri*, r. *plurima*, θ. *plumas*, K β. — *excitam*, Hard. *et cita*, T d. *et citha*, R. *et cita et ossa*, r. *et cetera ossa*, K. *et ossa*, β. Varia coniecerunt Barbar., Pint., Dalec.

§ 198. *et*, R. Omitt. d βγ. — *aliqui*, d. — *eaedem*, R K d. *edunt*, r. — *minimi et paene nullius cibi*, K. — *cum*, om. d¹. — *ructu*, R. — *ideoque*, R. *ideo*, d β. — *caloris*, R. *caloris vim*, r. — *nec*, R d. *neque*, r βγ. — *sanguinis*, R r. — *nec*, R d. *neque*, r βγ. — *sudoris*, r. — *naturalem sola*, Pint.

in annum sollemne est, his in dies vel horas. LXXIII. Unum
animal digitos habentium herba alitur lepus, sed et fruge;
solidipedes et e bisulcis sues omni cibatu et radicibus. So-
lidipedum volutatio propria. Serratorum dentium carnivora
sunt omnia. Ursi et fruge, fronde, vindemia, pomis vivont
et apibus, cancris etiam ac formicis, lupi, ut diximus, et terra
in fame. Pecus potu pinguescit; ideo sal illis aptissimus; 200
item veterina, quamquam et fruge et herba; sed ut bibere,
sic edunt. Ruminant praeter iam dicta silvestrium cervi,
cum a nobis aluntur, omnia autem iacentia potius quam
stantia, et hieme magis quam aestate, septenis fere mensibus.
Pontici quoque mures simili modo remandunt.

94. In potu autem, quibus serrati dentes, lambunt, et 201
mures hi volgares, quamvis ex alio genere sint; quibus con-
tinui dentes, sorbent, ut equi, boves; neutrum ursi, sed aquam
quoque morsu vorant. In Africa maior pars ferarum aestate
non bibunt inopia imbrium, quam ob causam capti mures
Libyci si bibere moriuntur. Orygem perpetuo sitientia Afri-
cae generant ex natura loci potu carentem, et mirabili modo
ad remedia sitientium; namque Gaetuli latrones eo durant
auxilio, repertis in corpore eorum saluberrimi liquoris ve-
sicis. Insidunt in eadem Africa pardi condensa arbore oc- 202
cultatique earum ramis in praetereuntia desiliunt atque e
volucrum sede grassantur. Feles quidem quo silentio, quam
levibus vestigiis obrepunt avibus! quam occulte speculatae
in musculos exsiliunt! Excrementa sua effossa obruunt terra
intellegentes odorem illum indicem sui esse.

§ 199. *sphingiorum*, Barbar. *spingiorum*, R. *spongiorem*, d. — *exprimit*, R θ T d r. — *in dies*, R^{2}d^2. *dies*, R^{1}d^{1}r. — *hora*, r. — *sues*, Aristot. hist. anim. 8, 6. p. 595^a 15. — *Serratorum*, Aristot. l. l. 8, 5. init. — *apibus*, om. d^1. — *ac*, R θ d. *et*, β. — *diximus* 8, 83.

§ 200. *aptissimum*, r. V. Aristot. l. l. 8, 10. init. — *ut bibere*; pro his vv. habent *vivere* R d. V. Aristot. l. l. 9, 8, 8. — *sic edunt*, R θ T d. *secedunt*, β. — *Ruminant*, v. Aristot. l. l. 9, 50. p. 632^a 33. — *et praeter*, R.

§ 201. *potu*, θ T. *pontum*, R d. Vid. Aristot. hist. an. 8, 6. init. — *autem*, R θ T d. Om. β. — *ferarum pars*, d. — *non bibunt aestate*, d. — *bibere*, R θ T d. *biberint*, β. V. Aristot. l. l. 8, 28. p. 606^b 27. — *perpetuos*, R. — *sitientem*, S K r. — *Africa*, R S K r. — *generat*, S K r. — *ex natura loci*, R. *ex natura loco*, S K. *ex naturali loco*, r. *et natura loci*, d β γ. — *carentem*, R. *carente*, S T K d. — *cum eo*, r. — *pro corpore*, R K d. — *earum*, K.

§ 202. *arbore*, R θ T d r. *arborum*, β. — *earum*, R θ d. *eius*, r. — *lenibus*, K. — *occulte speculatae*, R θ T d. *occulto speculatu*, β.

LXXIV. 95. Ergo et alios quosdam sensus esse quam 203
supra dictos haut difficulter adparet; sunt enim quaedam
his bella amicitiaeque, unde et adfectus, praeter illa quae de
quibusque eorum suis diximus locis. Dissident olores et aqui-
lae, corvos et chloreus noctu invicem ova exquirentes; simili
modo corvos et milvos, illo praeripiente huic cibos; cornices
atque noctua, aquilae et trochilus, si credimus, quoniam rex
appellatur avium; noctuae et ceterae minores aves. Rursus 204
cum terrestribus, mustela et cornix, turtur et pyrallis, ichneu-
mones vespae et phalangia aranei; aquaticae, anates et ga-
viae, harpe et triorchis accipiter. Sorices et ardeolae invicem
fetibus insidiantes, aegithus avis minuma cum asino; spine-
tis enim se scabendi causa atterens nidos eius dissipat, quod
adeo pavet ut voce omnino rudentis audita ova eiciat, pulli
ipsi metu cadant; igitur advolans ulcera eius rostro excavat.
Volpes et nisi; angues, mustelae et sues. Aesalon vocatur 205
parva avis ova corvi frangens, cuius pulli infestantur a vol-
pibus; invicem haec catulos eius ipsamque vellit; quod ubi
viderunt corvi, contra auxiliantur velut adversus conmunem
hostem. Et acanthis in spinis vivit; idcirco asinos et ipsa
odit flores spinae devorantis, aegithum vero anthus in tan-
tum ut sanguinem eorum credant non coire multisque ob id
veneficiis infament. Dissident thoes ac leones, et minuma 206
aeque ac maxuma. Formicosam arborem erucae cavent. Li-
brat araneus se filo in caput serpentis porrectae sub umbra

§ 203. *sunt enim*, v. Aristot. l. l. 9, 1. p. 608^b 19. — *chloreus*, Turneb. adv. 18, 16. *choreus*, R θ T d. *chlorio*, *β*. De corruptela loci cogitant Wotton. differ. anim. f. 128. A., Gesner. hist. anim. 3, 261., Pint., qui *sorex et chl.* coniicit, et Hard., qui *turtur et chl.* suspicatur; praeterea Turneb. pro *corvus* substituit *pipra* ex Aristotele l. l. p. 609^a 30. — *atque*, R θ d r. *et*, *β*. — *trochilus*, R^2. *prochilus*, R^1 d. *orchilus*, Turneb.

§ 204. *Rursus*; qui verba hinc sequentia accuratius consideraverit, valde ea corrupta esse non dubitabit. Quod enim ad enuntiationis rationem attinet, verba *cum terrestribus* non habent, unde pendeant, nisi ex *dissident* supplere vis, quo facto huic ipsi verbo subiectum suum deest, quia *cornix* non ad verba *cum terr.*, sed ad unum *mustela* refertur. Deinde ubi sunt illa terrestria, quibuscum bellum est avibus? Una commemoratur h. l. mustela et multo demum infra, postquam terrestrium nulla est facta mentio, sorices, vulpes, alia referuntur. Hinc magnae in his verbis corruptelae et luxationes statuendae, quae meliores codices exspectant. — *vespae phalangia et aranei*, r. *phalanges aranei*, Barbar. — *anates*, v. Schneider. ad Aristot. l. l. T. III. p. 8. Omitt. R d *γ*. *aquatica, anates, gaviae et harpe, triorches, accipiter*, Pint. — *gavi*, d. — *triorchis*, R d. *triorches*, *βγ*. — *et sorices*, d. — *ovis et fetui*, Pint. — *spinis*, r. — *scalpendi*, d. — *ova*, R^2. *qua*, d. *qu*, R^1. — *itaque*, T d.

arboris suae tantaque vi morsu cerebrum adprehendit ut stridens subinde et vertigine rotata ne filum quidem pendentis rumpere, adeo non fugere queat; nec finis ante mortem est.

96. Rursus amici pavones et columbae, turtures et psit- 207
taci, merulae et turtures, cornix et ardeolae, contra volpium genus communibus inimicitiis; harpe et milvos contra triorchim. Quid, non et adfectus indicia sunt etiam in serpentibus, inmitissimo animalium genere? Dicta sunt quae Arcadia narrat de domino a dracone servato et agnito voce
draconi. De aspide miraculum Phylarcho reddatur: is enim 208
auctor est, cum ad mensam cuiusdam veniens in Aegypto aleretur adsidue, enixam catulos, quorum ab uno filium hospitis interemptum, illam reversam ad consuetudinem cibi intellexisse culpam et necem intulisse catulo nec postea in tectum id reversam.

LXXV. 97. Somni quaestio non obscuram coniectationem 209
habet. In terrestribus omnia quae conniveant dormire manifestum est. Aquatilia quoque exiguum quidem, etiam qui de ceteris dubitant, dormire tamen existumant, non oculorum argumento, qui non habent genas, verum ipsa quiete cernuntur placida ceu soporata neque aliud quam caudas mo-
ventia et ad tumultum aliquem expavescentia. De thynnis 210
confidentius adfirmatur; iuxta ripas enim aut petras dormiunt, plani autem piscium in vado, ut manu saepe tollantur; nam delphini balaenaeque stertentes etiam audiuntur.

§ 205. *nisi*, Turneb. *nili*, Rd. *Nili*, codd. Gel. β ad sequentia referentes. *mili*, θ. *milvi*, *angue*, K. — *et mustelae*, Kd. — *cornu*, d. — *florē*, R (ex corr.) — *anthus*, om. R. — *multisque ideo*, r. — *infamant*, d.

§ 206. *thopes*, d. *iopes*, R. — *at leones*, d. *a leones*, R. — *erucae*, Pint. R². *urucae*, R¹θSKr. *murucae*, d. *sorices*, β. — *carent*, R¹d. — *Librat*, Aristot. hist. anim. 9, 39. p. 623ᵃ 33. — *et*, Rd. *ac*, βγ. — *virgine*, R¹. — *pendentis*, Rd. *desuper pendentis*, βγ.

§ 207. *Rursusque*, β. — *merulae et turtures*, RθSd. *merulae et turdi*, β. — *triorchim*, r. *triorchin*, Rdγ. *triorchem*, β. — *Quid non et*, R. *Quin non et*, d. *Quin et*, r. — *effectus*, r. — *Dicta sunt* 8, 61. — *et agnito*, θTd. *et agnita*, R (tres ultimae litterae ex corr.) *agnita*, β. — *draconi*, RTd. *draconis*, θ. *hominis*, β.

§ 208. *Phylarcho reddatur is*, Rd² (codd. Gel.) *Phylarcho reddituris*, d¹. *a Phylarcho traditur is*, K. — *enixa*, Rd. — *interemptum hospitis*, d. — *id*, om. K.

§ 209. *conniveant*, R²d. *contueant*, T. *continuant*, R¹. *contuentur*, Sr. *cor habent*, K. V. Aristot. l. l. 4, 10. init. — *extimant*, R¹. *aestimant*, r. — *qui*, R. *quia*, dβγ. — *in ipsa*, K. — *seu*, T. — *aliud*, Rθ. *alia*, Td. *alio*, K. — *caudas*, R. *caudis*, θTdK. — *se moventia*, K. — *expavescentia*, RθSTdr. *expaventia*, β.

Insecta quoque dormire silentio adparet, quae ne luminibus quidem admotis excitentur.

98. Homo genitus premitur somno per aliquot menses, 211
dein longior in dies vigilia. Somniat statim infans; nam et
pavore expergiscitur et suctum imitatur; quidam vero num-
quam, quibus mortiferum fuisse signum contra consuetudinem
somnium invenimus exempla. Magnus hic invitat locus et
diversis refertus documentis, utrumne sint aliqua praescita
animi quiescentis, qua fiant ratione, an fortuita res sit ut
pleraque. Si exemplis agatur, profecto paria fiant. A vino et
a cibis proxuma atque in redormitione vana esse visa prope
convenit. Est autem somnus nihil aliud quam animi in me- 212
dium sese recessus. Praeter hominem somniare equos, canes,
boves, pecora, capras palam est; ob hoc creditur et in omni-
bus quae animal pariant; de iis quae ova gignunt incertum
est, sed dormire ea certum. Verum ad insecta transeamus.

§ 210. *quae*, Rd. *quia*, βγ.

§ 211. *dein*, Rd. *deinde*, βγ. — *Somnia*, R. — *somnium*, T. *somniorum*, S. *somnum*, θ. *somniare*, Pint. V. Aristot. l. l. 4, 10. extr. — *in vita*, θT. — *refertur*, R. — *qua—rat.*; his in verbis ego ea de causa offendor, quia geminatae illi interrogationi *utrumne—an* prorsus insolita ratione nova interrogatio inseritur, quae inseri non potuit, quia haec nova interrogatio a priore pendet; ea de causa scribendum videtur *quaque* i. e. *et si sunt praescita aliqua animi quiescentis, qua tum ratione ea fiant.* — *Si*, Rd. *Et si*, βγ. — *agantur*, d. — *sunt*, Td. — *A vino*; pro his vv. habent *autumno* RθTd. — *redormitione*, Rθr. *dormitione*, Td. *redormitatione*, βγ.

§ 212. *sese*, R². *se*, R¹d. — *et omnia*, K. — *animalia pariunt*, Td. — *est*, R². Omitt. R¹d. — *transeamus*; hac in voce desinit β. At in RTdγ haec adduntur: *haec namque restant immensae subtilitatis animalia*, repetita illa ex initio libri sequentis, verbis *haec namque* a librario, qui primus ea repetiit, interpolatis. Illa vero verba non ad hunc, sed ad sequentem librum pertinere comprobatur primum eo, quod Plin. nullo alio in loco id fecit, ut eadem verba ita, uti hoc loco factum esset, repeteret, deinde quod, ubi in exitu libri alicuius argumentum sequentis breviter exponit, prorsus ita versatur, uti hoc loco eum secundum β versatum esse videmus, nulla ampliore explicatione addita; v. IV. VII. VIII. IX. XI. XIV. XV. XXII. XXIII. XXIV. XXVI. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XI.

SECT. 1. Restant inmensae subtilitatis animalia, quando § 1
aliqui ea neque spirare et sanguine etiam carere prodiderunt. CAP. I. Multa haec et multigenera terrestrium volucrumque vita. Alia pinnata, ut apes, alia utroque modo, ut formicae, aliqua et pinnis et pedibus carentia, iure omnia insecta appellata ab incisuris quae nunc cervicum loco, nunc pectorum atque alvi praecincta separant membra, tenui modo fistula cohaerentia. Aliquis vero non tota incisura, eam ambiente ruga, sed in alvo aut superne tantum, imbricatis flexilibus vertebris, nusquam alibi spectatiore naturae rerum
artificio. II. In magnis siquidem corporibus aut certe ma- 2
ioribus facilis officina sequaci materia fuit; in his tam parvis

Ad hunc librum toti excussi sunt Rd.

§ 1. *sanguine etiam carere*, RTdr. *sine sanguine esse etiam*, β. — *Multa haec*, Rd. *Multaque*, T. — *multigenera*, R θ dr (codd. Turneb. adv. 10, 4.) *multigena*, Ambr. I. II., Passion. β. Ceterum quae hinc de insectis sequuntur, maximam partem sumpsit Plin. ex Aristot. hist. anim. 4, 7. — *volucrumque*, R θ d. *volucrum*, r. *volucriumque*, β. — *utraque*, R. — *iure*, Td. *ut iure*, R (*ut* ex corr.) *et iure*, Ambr. I. II. γ. — *Aliquis*, Rd. *Aliquibus*, βγ. — *eam*, R θ Td (codd. Turnebi.) *ea*, Ambr. I. II. *eorum*, K. *eas*, Passion. β. — *ruga*, θ T (codd. Turnebi.) *roga*, R[1]d. *rugam*, R[2]. *rugas*, Ambr. I. II. Passion. β. — *flexilibus*, R[2]. *flexili*, Td (codd. Turnebi) γ. *flexilium*, codd. Rezz. — *nunquam*, d.

§ 2. *in his vero tam*, r.

atque tam nullis quae ratio, quanta vis, quam inextricabilis
perfectio! Ubi tot sensus conlocavit in culice? — et sunt
alia dictu minora; — sed ubi visum in eo praetendit? ubi
gustatum adplicavit? ubi odoratum inseruit? ubi vero tru-
culentam illam et portione maxumam vocem ingeneravit?
qua subtilitate pinnas adnevit, praelongavit pedum crura, 3
disposuit ieiunam caveam, uti alvom, avidam sanguinis et
potissimum humani sitim accendit, telum vero perfodiendo
tergori quo spiculavit ingenio? Atque ut in capaci, cum cerni
non possit exilitas, reciproca generavit arte, ut fodiendo acu-
minatum pariter sorbendoque fistulosum esset. Quos teredini 4
ad perforanda robora cum sono teste dentis adfixit potissi-
mumque e ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantorum
miramur umeros taurorumque colla et trucis in sublime ia-
ctus, tigrium rapinas, leonum iubas, cum rerum natura nus-
quam magis quam in minumis tota sit. Quapropter quaeso
ne legentes, quoniam ex his spernunt multa, etiam relata
fastidio damnent, cum in contemplatione naturae nihil possit
videri supervacuum.

III. 2. Insecta multi negarunt spirare, idque ratione per- 5
suadentes, quoniam viscera interiora nexus spirabilis non
inesset; itaque vivere ut fruges arboresque, sed plurumum
interesse, spiret aliquid an vivat; eadem de causa nec san-
guinem iis esse, qui sit nullus carentibus corde atque iecore;
sic nec spirare ea quibus pulmo desit: unde numerosa quae-
stionum series exoritur. Iidem enim et vocem esse his ne- 6
gant in tanto murmure apium, cicadarum sono et aliis quae
suis aestumabuntur locis. Nam mihi contuenti semper suasit
rerum natura nihil incredibile existumare de ea, nec video,
cur magis possint non trahere animam talia et vivere quam

tam inextr., Rd. — *illam portionem*, d.

§ 3. *adnevit*, *θ*. *adnectit*, Rd. *adnexuit*, *βγ*. — *caveam*, codd. Barbari. *cavam*, Rd. — *potissimam*, Rd. — *reciproca*, Rd. *ita reciproca*, *βγ*. *reciprocam*, Dalec. — *generavit arte*, *θ*d. *genera vitare*, R. *geminavit arte*, *β*.

§ 4. *ne*, RTd. *ne nostra*, r*γ*. *ne haec*, *β*. — *spernuntur*, K. — *in*, omitt. Rd.

§ 5. *idque ea*, Tr. — *viscera interiora*, R*θ*Td. *per viscera interiora*, Sr. *visceri interiora*, K. *visceri interiori*, *β*. *in viscera interiora*, Hard. *γ*. V. statim infra. — *nexos*, K. — *inesset*, Rd. *esset*, S. Quam emendationem superiorum verborum proposuit Hard., probari ea nequit, quia *inesse in rem* est soloecum; codicum deteriorum interpolationes non minus spernendae. Corruptela latet in v. *inesset*, pro quo mihi *inisset* legendum videtur. — *interest*, Td. — *aliquis*, RTdr. — *his*, d. — *nullus*, Tr. *nullis*, Rd*βγ*.

spirare sine visceribus, quod etiam in marinis docuimus,
quamvis arcente spiratum densitate et altitudine umoris. Vo- 7
lare quidem aliqua et animatu carere in ipso spiritu viven-
tia, habere sensum victus, generationis, operis atque etiam
de futuro curam, et quamvis non sint membra quae velut
carina sensus invehant, esse tamen his auditum, olfactum,
gustatum, eximia praeterea naturae dona, sollertiam, animum,
artem, quis facile crediderit? Sanguinem non esse his fateor, 8
sicut ne terrestribus quidem cunctis, verum simile quiddam.
Ut saepiae in mari sanguinis vicem atramentum optinet,
purpurarum generi infector ille sucus, sic et insectis quis-
quis est vitalis umor, hic erit sanguis. Donec aestumatio
sua cuique sit, nobis propositum est naturas rerum manife-
stas indicare, non causas iudicare dubias.

IV. 3. Insecta, ut intellegi possit, non videntur nervos 9
habere, nec ossa, nec spinas, nec cartilaginem, nec pinguia,
nec carnis, ne crustam quidem fragilem ut quaedam ma-
rina, nec quae iure dicatur cutis, sed mediae cuiusdam inter
omnia haec naturae corpus arenti simile, nervo mollius, in
reliquis partibus tutius vere quam durius. Et hoc solum his
est, nec praeterea aliud; nihil intus nisi admodum paucis
intestinum inplicatum. Itaque divolsis praecipua vivacitas et 10
partium singularum palpitatio, quia quaecumque est ratio
vitalis, illa non certis inest membris sed toto in corpore,
minume tamen capite, solumque non movetur nisi cum pe-
ctore avolsum. In nullo genere plures sunt pedes, et quibus
ex his plurumi, diutius vivont divolsa, ut in scolopendris
videmus. Habent autem oculos praeterque e sensibus tactum
atque gustatum, aliqua et odoratum, pauca et auditum.

§ 6. *his esse*, d. — *apum*, *β*. — *alia*, Rd. Hac ex codd. scriptura colligo Plinium *et quae alia* scripsisse. — *mihi*, om. r. — *semper suasit*, Tdr. *se persuasit*, Rβγ. — *non possint*, d. — *et*, om. d. Varia in his mutat Dalec. — *docuimus* 9, 16—19. — *spiratum*, RTdr. *spiritum*, *β*.

§ 7. *et in ipso*, *θ*. *sine ipso*, Dalec. — *gustum*, Td.

§ 8. *simile quiddam*, Barbar. *similem quidem*, Rd. — *sepia*, K. — *vice*, K. *vire*, d[1]. *vires*, RθSTd[2]. *vices*, Barbar. — *obtineat*, Rd. — *insectis*; pro h. v. habent *infectus* Rd. — *erit*, Rd. *erit et*, *βγ*. — *sanguinis. Sed*, K. — *existimatio*, Rd. — *natura*, R. — *indicare dubias*, R. *dubias indagare*, Td.

§ 9. *nec crustam*, dr. — *nec quae*, R[2]d. *neque*, R[1]r. — *dicetur*, r. — *tutius*, R[2]. *istius*, R[1]d. *siccius*, *βγ*. *hirtius*, Turneb. adv. 10, 4. — *vere*, RθTd. *verius*, *β*. *fere*, Turneb. — *in his*, r. — *intestinum adm. paucis replicatum*, Pint.

§ 10. *caput*, r. — *e*, omitt. Rd. — *fractum*, R.

V. 4. Sed inter omnia ea principatus apibus et iure prae- 11
cipua admiratio, solis ex eo genere hominum causa genitis.
Mella contrahunt sucumque dulcissimum atque subtilissimum
ac saluberrimum, favos confingunt et ceras mille ad usus
vitae, laborem tolerant, opera conficiunt, rem publicam ha-
bent, consilia privatim ac duces gregatim et, quod maxume
mirum sit, mores habent. Praeterea, cum sint neque man- 12
sueti generis neque feri, tamen tanta est natura rerum ut
prope ex umbra minumi animalis inconparabile effecerit
quiddam. Quos efficaciae industriaeque tantae conparemus
nervos, quas viris, quos rationi medius fidius viros? Hoc
certe praestantioribus, quo nihil novere nisi conmune. Non
sit de anima quaestio, constet et de sanguine; quantulum
tamen esse in tantulis potest! Aestumemus postea ingenium.

VI. 5. Hieme conduntur — unde enim ad pruinas nivisque 13
et aquilonum flatus perferendos vires? —, sane et insecta omnia,
sed minus diu; quae parietibus nostris occultata mature te-
pefiunt. Circa apis aut temporum locorumve ratio mutata
est aut erraverunt priores. Conduntur a vergiliarum occasu
et latent ultra exortum, adeo non ad veris initium, ut di-
xere, nec quisquam in Italia de alvis existumat. Ante fabas 14
florentis non exeunt ad opera et labores nullusque, cum per
caelum licuit, otio perit dies. Primum favos construunt, ce-
ram fingunt hoc est domos cellasque faciunt; dein subolem,
postea mella, ceram ex floribus, melliginem e lacrimis ar-

§ 11. *mille*, RθTd. *Illae*, β. — *labores*, T. — *rempublicam*; pro hac voce habent *semper* Rd. — *ad*, R.

§ 12. *tamen*, omitt. Rθdr. — *tantum*, Rθd. — *minima*, RTd. — *incorporabile*, T. — *tantos*, Rd. — *ratione*, RθTd. — *viris viros*, T. — *praestantiores*, T. *praestantioris*, d (ultima in rasura.)

§ 13. *perferre*, Rd. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 8, 14. — *mature*, om. d^1. — *et*, R^2Td. *se*, R^1. *sed*, βγ. — *nec*, Turneb. e libris. *ne*, RTd. *nec ut*, β. — *alvis*, RTd. *alius*, θ. *aliis*, r. *illis*, Dalec.

§ 14. *non*, omitt. RθSTdr (codd. Turnebi) γ. At v. 18, 253. coll. Schneider. ad Colum. IX. 14, 7. — *Primum favos* rel. Haec omnia sunt desumpta ex Aristot. l. l. 5, 21. 22. et 9, 40. — *dein*, Rd. *deinde*, βγ. — *sucos*, Rd. — *cummi*, ita nos scripsimus coll. ad 32, 27. *cum his*, d. *gummi*, Rβγ.

§ 15. *alvum*, Rd. — *ipsam*, Rd. *ipsum*, βγ. — *totum* ferri cum nequeat, aut *totam* aut, quod mihi multo probabilius videtur, *in totum* legendum; v. ad 2, 45. — *sucis*, R^2. *suis*, R^1d. — *his*, omitt. Tdr. — *dein*, RTd. *deinde*, βγ. — *arctiores*, Pint.

§ 16. *commosin*, codd. Hard. *c̄missin*, R. *commisin*, d. *comosin*, codd. Barbari. *χόνισιν* Aristot. l. l. 9, 40. p. 623^b 31., ubi alii libri *χώνησιν* et *χύνινσιν* habent.

borum quae glutinum pariunt, salicis, ulmi, harundinis, suco,
gummi, resina. His primum alvom ipsam intus totum ut 15
quodam tectorio inlinunt et aliis amarioribus sucis contra
aliarum bestiolarum aviditates, id se facturas consciae quod
concupisci possit; his dein fores quoque latiores circumstruunt.

VII. 6. Prima fundamenta commosin vocant periti, se- 16
cunda pissoceron, tertia propolin, inter coria cerasque, ma-
gni ad medicamina usus. Commosis crusta est prima saporis
amari; pissoceros super eam venit, picantium modo, ceu
dilutior cera; e vitium populorumque mitiore cummi pro-
polis crassioris iam materiae, additis floribus, nondum tamen
cera sed favorum stabilimentum, qua omnes frigoris aut in-
iuriae aditus obstruuntur, odore et ipsa etiamnunc gravi, ut
qua plerique pro galbano utantur.

7. Praeter haec convehitur erithace quam aliqui sandara- 17
cam, alii cerinthum vocant. Hic erit apium dum operantur
cibus qui saepe invenitur in favorum inanitatibus sepositus,
et ipse amari saporis; gignitur autem rore verno et arborum
suco, cummium modo, africi minor, austri flatu nigrior, aqui-
lonibus melior et rubens, plurumus in Graecis nucibus. Me-
necrates florem esse dicit, futurae messis indicium, sed nemo
praeter eum.

VIII. 8. Ceras ex omnium arborum satorumque floribus 18
confingunt excepta rumice et echinopode; herbarum haec
genera. Falso excipitur et spartum, quippe cum in Hispania

mityn, K, quod et h. l. et infra praefert Schneider. ad Aristot. l. l. T. III. p. 196. — *pissoceron*, πισσόκηρος Aristoteli l. l. p. 624ª 17. *dissoceron*, Rd (etiam infra.) — *propuli*, R[1]. — *Metys*, K. — *crusta est nigra*, Barbar. — *picationis*, Dalec. — *cera*, R θ dr. *cere*. T. *cerae*, Barbarus et β ad sequentia referentes. — *e vitium populorumque*, R θ S T dr. *initium plerumque e*, β. — *mitiore*, R. *mitior est*, Td. — *cummi*, d. *gummi*, Rβγ. — *etiamnunc*, Rd. *etiamnum*, βγ. — *pro galbano plerique*, d.

§ 17. *Praeter haec*, v. Aristot. l. l. 5, 22. p. 554ª 16. — *apum*, β. — *saporis cibus*, r. *saporis sed plenus humoris cibus*, K. — *rore marino*, Pint. — *commium*, R (ρ φ ap. Gronov. ad 22, 23.) *commi////*, d. *gummi*, β. *gummium*, Gronov. γ. — *africi*; pro h. v. dant *capita fici* R T d, unde fortasse *cummium modo capitur, africi* legendum. — *ex Graecis*, Dalec. — *florem se*, R. *flore mensem*, d. — *futurae messis indicium*, omitt. Rdγ. At v. Schneid. ind. scriptt. rei rust. p. 136. et Ian. in nuntt. litt. Monac. 1836. nr. 166. p. 283.

§ 18. *echinopode*, R θ T dr (omnes codd. Salmas. exerc. p. 912. a. C.) *chenopode*, β. — *genera*, om. d. Non solum autem hoc substantivum, sed tota enuntiatio *herb. h. gen.* ut ineptum glossema est delenda.

multa in spartariis mella herbam eam sapiant; falso et oleas
excipi arbitror, quippe olivae proventu plurima examina
gigni certum est. Fructibus nullis nocetur; mortuis ne floribus
quidem, non modo corporibus insidunt. Operantur 19
intra sexaginta passus; subinde consumptis in proxumo floribus
speculatores ad pabula ulteriora mittunt. Noctu deprehensae
in expeditione excubant supinae, ut alas a rore
protegant.

IX. 9. Ne quis miretur amore earum captos, Aristomachum Solensem duodesexaginta annis nihil aliud egisse, Philiscum vero Thasium in desertis apis colentem Agrium cognominatum, qui ambo scripsere de his.

X. 10. Ratio operis haec: interdiu statio ad portas more 20
castrorum; quies in matutinum, donec una excitet gemino
aut triplici bombo ut bucino aliquo. Tunc universae provolant,
si dies mitis futurus est; praedivinant enim ventos imbrisque
et se continent tectis. Itaque temperie caeli — et hoc
inter praescita habent — cum agmen ad opera processit, aliae
flores adgerunt pedibus, aliae aquam ore guttasque lanugine
totius corporis. Quibus est earum adulescentia, ad opera 21
exeunt, supradicta convehunt; seniores intus operantur. Quae
flores conportant, prioribus pedibus femina onerant propter
id natura scabra, pedes priores rostro, totaeque onustae remeant
sarcina pandatae; excipiunt eas ternae quaternaeque
atque exonerant. Sunt enim intus quoque officia divisa; aliae 22

§ 19. *quadraginta*, r. — *subinde*, R. *et subinde*, dβγ. — *illiscum*, Rd.

§ 20. *haec*, omitt. RTdrγ. — *quies*, Rd. *noctu quies*, βγ. — *excite et*, R. — *omnes gemino*, r. — *buccina aliqua*, Gesner. hist. anim. 4, 134. — *et se*, RSTdr. *et in se*, θ. *et tunc se*, β. — *temperies*, RTd. — *et*; pro h. v. habent *cum* RTd. Esse aliquid in his verbis corruptum cum haec ipsa varietas lectionis docet, tum collocatio verborum. Etenim cum ea non de apibus sint intelligenda (quod faciens Gesner. chrestom. p. 471. totam parenthesin tum esse supervacuam vidit), sed ad rusticos referenda, potius pone vv. *continent tectis* ut ponerentur, exspectare poteras. Ita rem se habere docet Aristot. l. l. 9, 40. p. 627b 12. *οὐχ ἀποπέτονται γὰρ (αἱ μέλιτται), ἀλλ' ἐν τῇ εὐδίᾳ αὐτοῦ ἀνειλοῦνται, ᾧ γινώσκουσιν οἱ μελιττουργοί, ὅτι χειμῶνα προσδέχονται.* — *processerit*, Td.

§ 21. *Quibus—adolescentia*, Rd. *quibus est earum. Adolescentiores*, S. *Quarum adolescentiores*, r. *Harum adolescentiores*, Dalec. Sed his interpolationibus spretis ita modo ab optimorum librorum scriptura recedendum est, ut pro *earum*, quod prorsus otiose additur, *etiamnum* legatur. — *supradicta*, R. *et supr.*, dβγ. — *scabri pedes priores vicini rostro*, r. — *ternae quaternaeque*, Rθd. *ternae aut quaternae*, β. — *atque*, excidit in Rθd propter praecedentes litteras *aeque*; id non perspiciens Hard. interpolavit *et* receptum a γ.

struunt, aliae poliunt, aliae suggerunt, aliae cibum conpa-
rant ex eo quod adlatum est; neque enim separatim vescun-
tur, ne inaequalitas operis et cibi fiat et temporis. Struunt
orsae a concamaratione alvi textumque velut a summa tela
deducunt, limitibus binis circa singulos actus, ut aliis in-
trent, aliis exeant. Favi superiore parte adfixi et paulum 23
etiam lateribus simul haerent et pendent una. Alvom non
contingunt obliqui, nunc rotundi, qualiter poposcit alvos,
aliquando et duorum generum, cum duo examina concordi-
bus populis dissimilis habuere ritus. Ruentis ceras fulciunt,
pilarum intergerivis a solo fornicatis, ne desit aditus ad sar-
ciendum. Primi fere tres versus inanes struuntur, ne prom- 24
ptum sit quod invitet furantem; novissimi maxume inplentur
melle; ideo aversa alvo favi eximuntur. Gerulae secundos
flatus captant; si cooriatur procella, adprehensi ponduscul o
lapilli se librant; quidam in umeros eum inponi tradunt.
Iuxta vero terram volant in adverso flatu vepribus evitatis.
Mira observatio operis; cessantium inertiam notant, casti- 25
gant, mox et puniunt morte. Mira munditia; amoliuntur
omnia e medio nullaeque inter opera spurcitiae iacent; quin
et excrementa operantium intus, ne longius recedant, unum
congesta in locum, turbidis diebus et operis otio egerunt.
Cum advesperascit, in alvo strepunt minus ac minus, donec 26
una circumvolet eodem quo excitavit bombo ceu quietem
capere inperitans iis, et hoc castrorum more; tunc repente

§ 22. *Sunt enim in iis*, r. — *aut cibi*, K. — *orsae a*, Pint. R. *orsa ea*, Tdβ. — *concamaratione*, ita scribendum. *concameratione*, βγ. *concava ratione*, RTd. — *alvi*, RT. *alvei*, dβγ. — *velut—tela*, R. *velut—cella*, T. *ul' stasum macella*, d. *vel usque ad summa tecta*, β. Varia coniecerunt Pint., Turneb. adv. 22, 13. et Dalec. — *actus*, RθTdr. *arcus*, Barbar. β.

§ 23. *paululum*, β. — *ima*, RTd. — *Alvum*, R. *Alveum*, dβγ. *Solum*, Schneider. ad Colum. IX. 15, 7. — *contingunt*, Rd. *contingunt nunc*, βγ. — *oblongi*, Pint. — *poscit*, K. — *alvus*, R. *alveus*, dβγ. Illa scriptura cum ubique a R exhibeatur, hinc non amplius de hac re loquar; v. Harduin. ad 10, 15. et Schneid. ad Colum. IX. 6, 1. — *situs*, Dalec. — *pilarum instar*, r. — *intergerivis*, RTd. *intergerinis*, βγ. — *a*, Rd. *sic a*, γ. — *sola*, d. — *formatis*, r.

§ 24. *ideo*, Rθdδρφ (ap. Gronov. ad 21, 12.) *ideoque*, βγ. — *aversa alvo*, Rθd. *adversa alvo*, δ. *averso alveo*, β. *inverso*, Dalec. — *apprehensi—lapilli se*, codd. Gel. *apprehensis — lapillis*, Rθd. — *evitatis*, Dalec. R. *hebetatis*, θ. *evacuatis*, Tdr. *evavatis*, Leidens. apud Oudendorp. ad Appul. met. p. 409., qui *enatatis* vel *enavigatis* legit. *hebetato*, β.

§ 25. *Mirae observationis*, d. — *Emoliuntur*, θ. — *e*, omitt. Rd.

§ 26. *inperitans iis*, ita nos scripsimus. *impetratis*, R. *imperans*, d (*rans* in ras.) βγ.

*

omnes conticescunt. XI. Domos primum plebei exaedifi-
cant, deinde regibus. Si speratur largior proventus, adiciun-
tur contubernia et fucis; hae cellarum minumae, sed ipsi
maiores apibus.

11. Sunt autem fuci sine aculeo, velut inperfectae apes 27
novissimaeque, a fessis et iam emeritis inchoatae, serotinus
fetus et quasi servitia verarum apium, quamobrem inperant
iis primosque expellunt in opera, tardantis sine clementia
puniunt; neque in opere tantum sed in fetu quoque adiu-
vant eas, multum ad calorem conferente turba. Certe quo 28
maior eorum fuit multitudo, hoc maior fiet examinum pro-
ventus. Cum mella coeperunt maturescere, abigunt eos mul-
taeque singulos adgressae trucidant. Nec id genus nisi vere
conspicitur. Fucus ademptis alis in alvom reiectus ipse ce-
teris adimit.

12. Regias inperatoribus futuris in ima parte alvi exstruunt 29
amplas, magnificas, separatas, tuberculo eminentis; quod si
exprimatur, non gignuntur suboles. Sexangulae omnes cel-
lae a singulorum pedum opere. Nihil horum stato tempore,
sed rapiunt diebus serenis munia; melle uno alterove sum-
mum die cellas replent. XII. Venit hoc ex aere et maxume 30
siderum exortu praecipueque ipso sirio exsplendescente fit,
nec omnino prius vergiliarum exortu, sublucanis temporibus.
Itaque tum prima aurora folia arborum melle roscida inve-
niuntur ac, si qui matutino sub divo fuere, unctas liquore
vestis capillumque concretum sentiunt, sive ille est caeli su-

conticiscunt, R. — *plebei*, R θ T d. *plebeis*, β. — *longior*, θ. — *contubernio et fuci*, Dalec. — *hae*, R θ T d. *His*, β. — *ipsi*, R. *ipsae*, T d. *ipsis*, Dalec.

§ 27. *imperfecta et*, R d. — *a*, om. d. — *apum*, β. — *imperant iis primosque*, R. *imperantesque* (suprascr. *primos*), d. — *expellunt in opera*, R d. *in opera expellunt*, β γ.

§ 28. *eorum fuit*, R θ T d. *fuerit*, β. — *hoc*, R θ T d. *eo*, β. — *coeperint*, T d. — *multae*, T. — *aggressae et*, T d. — *Fucos*, R[1] d. — *reiectis*, d.

§ 29. *ima*, Pint. R θ d. *una*, β. — *alvi*; pro h. v. Schneid. ad Aristot. l. l. T. III. p. 408. *cerarum* vel *favorum* coniicit. — *eximatur*, Pint. — *cellae a singulorum*, d. *cella ea singul.*, R. *cellae sing.*, r γ. Praepositio *a* saepe indicat id, quod ab aliqua re venit, exit; v. 34, 21. 35, 101. 37, 1. — *pedum*, R T d. *eae pedum*, β γ. — *statuto*, d. — *et melle*, β γ. — *summum*, R δ ϑ ρ φ (ap. Gronov. miscell. p. 848.) *sinum*, d. *ad summum*, β γ. V. Gronov. ad Liv. 21, 35. et Garat. ad Cic. Mil. 5.

§ 30. *ex*, omitt. R d. *ἐκ τοῦ ἀέρος*, Aristot. l. l. 5, 22. p. 553[b] 29. — *sirio*, R. *irio*, d (codd. Salmas. exerc. p. 717. b. G.) *ipsa iride*, nonnulli codd. Voss.

dor, sive quaedam siderum saliva, sive purgantis se aeris
sucus, utinamque esset et purus ac liquidus et suae naturae,
qualis defluit primo; nunc vero e tanta cadens altitudine 31
multumque dum venit sordescens et obvio terrae halitu in-
fectus, praeterea e fronde ac pabulis potus et in utriculo
congestus apium — ore enim eum vomunt —, ad hoc suco flo-
rum conruptus et alvis maceratus totiensque mutatus ma-
gnam tamen caelestis naturae voluptatem adfert.

XIII. 13. Ibi optumus semper, ubi optumorum doliolis 32
florum conditur; Atticae regionis hoc et Siculae, Hymetto
et Hybla a locis, mox Calydna insula. Est autem initio mel
ut aqua dilutum et primis diebus fervet ut musta seque pur-
gat, vicesimo die crassescit, mox obducitur tenui membrana
quae fervoris ipsius spuma concrescit; sorbetur optumum et
minume fronde infectum e quercus, tiliae, harundinum foliis.

XIV. 14. Summa quidem bonitatis natione constat, ut 33
supra diximus, pluribus modis. Aliubi enim favi cera spe-
ctabiles gignuntur, ut in Sicilia, Pelignis, aliubi copia mellis,
ut in Creta, Cypro, Africa, aliubi magnitudine, ut in se-
ptentrionalibus, viso iam in Germania octo pedum longitu-
dinis favo in cava parte nigro. In quocumque tamen tractu 34
terna sunt genera mellis: vernum ex floribus constructo
favo, quod ideo vocatur anthinum. Hoc quidam attingi ve-
tant ut largo alimento valida exeat suboles; alii ex nullo
minus apibus relincunt, quoniam magna sequatur ubertas

ad Mel. 3, 7. p. 824. Quod Plin. scripsit *sirio*, debetur hoc scripturae aliquot codd. ap. Aristot. l. l. spernendae illi prae vulgata ἡ ἶρις. — *exsplendescente fit*; pro his vv. habent *exsplendescit* R θ T d; idem vel *explende sit* dant codd. Salmas., qui nonnulla mutat. — *divo*, R d (quinque codd. Leidd. ap. Oudend. ad Suet. Caes. 72.) *dio*, βγ. — *quae*]*dam*—*utinam* omitt. R T d. Deinde pro *que esset* iidem libri *quae est* exhibent; ortus est error ex homoeoteleutis. *succus sive aquae purus*, r.

§ 31. *fronde* omisso *e*, R T K d. — *epotus*, K. — *et*, omitt. T d. — *utriculo*, R T d. *utriculos*, θ. *uterculos*, β. *ventriculo*, Hard. — *apum*, β. — *enim eum*, R θ T d. *enim*, β. — *ad hoc*, R θ (tres codd. Leidd. ap. Oudend. ad Suet. Aug. 25.) *adhuc*, T d. *ad haec*, βγ.

§ 32. *optimum*, r. — *caliculis*, Dalec. — *hoc*, R θ T d r. *hic*, β. Pro *et*, quod statim sequitur, habent *est* R d. — *a*, R d. *ab*, βγ. *Hymetti et Hyblae editis locis*, Dalec. — *mel*, om. d[1]. — *velut aqua*, T d. — *musta*, R θ T d. *mustum*, β. — *Servatur*, Pint. — *tiliae*, d. *filiae*, R[1]. *filio et*, R[2].

§ 33. *nationis bonitate*, T. *bonitas*, K. — *supra* § 32. — *Alibi*, T (etiam infra.) — *enim cerae*, r. — *Sicilia, Pelignis*, R d. *Pelignis Sicilia*, βγ. — *copia mellis*, R d. *mellis copia*, βγ. — *cavae* et *nigra*, R d.

§ 34. *genera mellis*, R. *mellis genera*, d βγ. — *e*, d. — *anthimum*, d.

magnorum siderum exortu, praeterea solstitio, cum thymum
et uva florere incipiunt, praecipua cellarum materia. Est 35
autem in eximendis favis necessaria dispensatio, quoniam
inopia cibi desperant moriunturque aut diffugiunt, contra
copia ignaviam adfert ac iam melle, non erithace pascuntur.
Ergo diligentiores ex hac vindemia xv. partem apibus relin-
cunt. Dies status inchoandae, ut quadam lege naturae, si
scire aut observare homines velint, tricesimus ab educto
examine fereque Maio mense includitur haec vindemia. Al- 36
terum genus est mellis aestivi quod ideo vocatur ὡραῖον a
tempestivitate praecipua, ipso sirio exsplendescente post sol-
stitium diebus tricenis fere. Inmensa circa hoc subtilitas
naturae mortalibus patefacta est, ni fraus hominum cuncta
pernicie conrumperet. Namque ab exortu sideris cuiuscum- 37
que, sed nobilium maxume, aut caelestis arcus, si non se-
quantur imbres sed ros tepescat solis radiis, medicamenta,
non mella gignuntur, oculis, ulceribus internisque visceribus
dona caelestia. Quod si servetur hoc sirio exoriente casuque
congruat in eundem diem ut saepe Veneris aut Iovis Mer-
curive exortus, non alia suavitas visque mortalium malis a
morte vocandis quam divini nectaris fiat.

solstitio, d. *soliti*, R θ (codd. Turneb. adv. 5, 14.) Retinui lectionem vulgatam, scribendum vero puto *solstiti* i. e. *solstitii*, ut ex superioribus suppleatur *exortu*; solstitii enim exortus, *hoc est longissimi diei* (18, 333.), non minus bene dici potest quam exortus solstitialis et illo loco et alibi a Plinio dictus. Praeterea plenam pone *exortu* interpunctionem mutavi minore, ut vv. *praecipua materia* sint ablativi absoluti. — *thumum*, R.

§ 35. *diffugiunt*, RTdr. *effugiunt*, β. — *XV.*, R θ. *quintam decimam*, Td. *duodecimam*, βγ. *quintam aut decimam*, Schneid. ad Colum. IX. 15, 8. valde probabiliter. *decimam* aut *IIX.*, Ursin. ad Varr. de re rust. III. 16, 33. — *inchoandi*, β. — *et quadam*, Dalec.

§ 36. *ὡραῖον*, Hard. *oraeon*, R. *oreon*, d. *horaeum*, β. — *sublimitas*, ST. — *ni*, Rd. *nisi*, βγ.

§ 37. *caelesti arcu*, Salmas. exerc. p. 718. a. A. — *medicata melle*, Dalec. — *visque*, codd. Gel. *suisque*, Rd. — *vocandi*, Rd.

§ 38. *verius*, R. — *sereno*, Rd. *serena*, βγ. — *fluxit*, R θ Tdr (Leid. ap. Gronov. obss. 2, 16. p. 343.) *fluit*, β. — *appellatur*, R θ STd. *appellaturque*, β. — *acetum*, R θ STd; v. Lobeck. in actt. societ. Gr. 2, 301. *acoeton*, codd. Barbari, β. *acoetum*, Leid. *acedon*, Pint. *acerum*, Petav. et Schneid. ad Colum. XII. 5, 1. *ἄχηρον*, Ian. in nuntt. litt. Monac. 1836. nr. 166. p. 284. Glossam Hesychii *ἄχητον χράτιστον* huc non pertinere vidit iam Schneider. — *est estivum*, R². *est estiu*, R¹. *est. Est etiam*, Leid. *est etiam*, r. Hard. γ. Vulgatam β tuetur Salmas. exerc. p. 709. a. E. — *ut diebus—siccioribus*; pro his vv. habent *vel* (?) *siccioribus* Rd, *ut siccioribus* T, *ut ulceribus* r, quod praefert Salmas., *vel*

XV. 15. Mel plenilunio uberius capitur, sereno die pin- 38
guius. In omni melle quod per se fluxit, ut mustum oleum-
que, appellatur acetum. Maxume laudabile est aestivom omne
rutilum, ut diebus confectum siccioribus; aptissimum existu-
matur e thymo, coloris aurei, saporis gratissimi. Quod fit
palam doliolis, pingue; marino e rore spissum; quod con-
crescit autem, minume laudatur. Thymosum non coit et tactu 39
praetenuia fila mittit, quod primum gravitatis argumentum
est. Abrumpi statim et resilire guttas, vilitatis indicium ha-
betur. Sequens probatio ut sit odoratum et ex dulci acre,
glutinosum, perlucidum. Aestiva mellatione decumam partem 40
Cassio Dionysio apibus relinqui placet si plenae fuerint alvi,
si minus, pro rata portione, aut si inanes, omnino non at-
tingi. Huic vindemiae Attici signum dedere initium capri-
fici, alii diem Volcano sacrum.

XVI. Tertium genus mellis minume probatum, silvestre, 41
quod ericaeum vocant; convehitur post primos autumni im-
bris, cum myrice sola floret in silvis, ob id harenoso simile.
Gignit id maxume arcturi exortus ex ante pridie idus Se-
ptembris. Quidam aestivam mellationem ad arcturi exortum
proferunt, quoniam ad aequinoctium autumni ab eo supersint
dies quattuordecim et ab aequinoctio ad vergiliarum occa-

sic auribus Hard. γ. — *existimatur*, codd. Gel. *existimatus*, R. *existimamus*, Td. *in aestimatu est*, rγ. Restitui per hunc locum scripturam β vulgatam, non quod integram eam haberem, sed ut eum ab Harduini γ interpolationibus liberarem; corruptum autem eum esse docet et ipsa ratio verborum, ubi statim hoc offendit, quod mel thymosum dicitur *aptissimum*, omissa ea re, cui sit aptum, et discrepantia ab Aristot. hist. anim. 9, 40. p. 626 b 32., unde sua certe ex parte sumpsit Plin. Illic τὸ πυρρὸν dicitur αἴσχιον. Corruptelae et lacunae archetypi pessime sunt interpolatae et expletae a librariis, et omnes conatus verae scripturae restituendae, qualem inter alios fecit Ian. l. l., irriti habendi. — *coloris*, R. *eximii coloris*, Td. — *Quod fit*, d (codd. Gel.) *quo sit*, R. — *palam—pingue*, corrupta haec esse docet Schneid. ad Varr. de re rust. III. 16, 26. et *faba et dolichis liquidum* coniicit. *foliolis*, Dalec. — *pinguie*, R. — *e rore*, om. d. *re*, R. — *cogrescit*, R. *eo crescit*, d. — *minime*, Rdr. *hoc minime*, β.

§ 39. *primum nobilitatis*, K. — *levitatis*, Pint. — *et ex*, RθTd. *ex*, β. — *acre*, codd. Gel. *re*, Rd.

§ 40. *Cassio*, RθTKd. *Thasio*, β. — *plenae*, Rθ. *pleni*, dδϑρφ (ap. Gronov. ad 21, 12.) β. — *alvei*, β. — *initium*, om. Ambr. I. — *caprifici alii*, RθTd. *caprificiali*, codd. Turneb. adv. 10, 5. *caprificialem*, β. — *die*, Td.

§ 41. *myrice*, Rd. *erice*, βγ. V. 24, 67. — *Gignit*, Rd. *Gignitur*, βγ. — *exortus*, ita nos scripsimus. *exortuus*, R. *exortu*, dβγ. Add. notam sequentem. — *ex ante*, codd. Hard. *ex a*, R. *sex a*, Td. *a*, β. V. Hand. Tursell. 1, 382. — *prit*, R. — *semper sint*, r. — *dies XII*, Pint. *dies XIII*, Dalec.

sum diebus XLVIII pluruma sit erice. Athenienses tamaricem 42
appellant, Euboea sisirum, putantque apibus esse gratissimam, fortassis quia tunc nulla alia sit copia. Haec ergo mellatio fine vindemiae et vergiliarum occasu idibus Novembribus fere includitur. Relinqui ex ea duas partis apibus ratio persuadet et semper eas partis favorum quae habeant erithacen. A bruma ad arcturi exortum diebus LX somno alun- 43
tur sine ullo cibo; ab arcturi exortu ad aequinoctium vernum tepidiore tractu iam vigilant, sed etiam tunc alvo se continent servatosque in id tempus cibos repetunt. In Italia vero hoc idem a vergiliarum exortu faciunt; in eum dormiunt. Alvos quidam in eximendo melle expendunt, ita di- 44
ribentes quantum relinquant; aequitas siquidem etiam in eis obstringitur feruntque societate fraudata alvos mori. In primis ergo praecipitur ut lauti purique eximant mella; et furem mulierumque menses odere. Cum eximantur mella, apis 45
abigi fumo utilissimum, ne irascantur aut ipsae avide vorent. Fumo crebriore et ignavia earum excitatur ad opera; nam nisi incubavere, favos lividos faciunt. Rursus fumo nimio inficiuntur, quarum iniuriam celerrime sentiunt mella vel minumo contactu roris acescentia; et ob id inter genera servatur quod acapnon vocant.

16. Fetus quonam modo progenerarent, magna inter eru- 46
ditos et subtilis fuit quaestio; apium enim coitus visus est

erice, Rd (codd. Barbari.) *erithace*, θ.

§ 42. *tamaricem*, Hard. *tam terradicent*, R. *tamen teradicem*, T. *eam tetralicem*, θ. *teradicen//*, d. *tetralicem*, $\beta\gamma$. Add. Schneid. ad Colum. IX. 14, 11. — *sisirum*, d. *sysirum*, T. *sysyrum*, R θ. *sisaram*, β. — *putantque*, Rd. *quam putant*, β. — *quia nulla tunc alia*, β. *sit florum copia*, Dalec. — *Novembribus*, R. *Novembris*, d $\beta\gamma$. — *habeant*, d (in rasura.) *haec*, R. — *intheritacen*, R.

§ 43. *diebus—exortu* om. R[1]. — *nonaginta*, Dalec. — *etiamnunc*, Td. — *et in eum*, β.

§ 44. *diripientes*, RTd. *dirimentes*, rγ. *dimetientes*, K. — *siquidem*, Td. *quidem*, R (codd. Gel.) — *lauti*, Rd. *loti*, β. — *odore*, R.

§ 45. *eximantur*, Rd. *eximuntur*, $\beta\gamma$. — *ereniore*, R[1]. *erebiore*, R[2]. *rariore*, Pint. — *et*, Rd. *etiam*, $\beta\gamma$. — *Nam ubi*, K. *Sed si*, Dalec. — *fumo nimio*, Rd. *nimio fumo*, $\beta\gamma$. — *afficiuntur*, K. — *oris*, Pint. — *servantur*, Rd. — *acapnon*, Barbar. *acapnunc*, Rd. — *vocant*; pone h. v. β habet haec verba: *Album mel non fit, quod bithymum est; sed oculis et ulceribus aptissimum existimatur*, quae omnia omitt. RSTd (codd. Turnebi adv. 10, 5.) γ. Exstitisse tamen videntur in codd. Gel., et ex K enotatur *quod e mero thymo est.* Cum haec verba huc certe minime quadrent, Ian. ea paragrapho 38. inserere voluit.

§ 46. *fuit quaestio*, Rd. *quaestio fuit*, $\beta\gamma$. — *apum*, β. — *apportari*, K[1]. *procreari*, K[2]. *exist. confici ex apportatis floribus cerinthi*, Dalec. — *apte*, om. d. —

numquam. Plures existumavere oportere confici floribus com-
positis apte atque utiliter, aliqui coitu unius qui rex in quo-
que appellatur examine; hunc esse solum marem, praecipua
magnitudine ne fatiscat; ideo fetum sine eo non edi apisque
reliquas tamquam marem feminas comitari, non tamquam
ducem, quam probabilem alias sententiam fucorum proventus
coarguit. Quae enim ratio ut idem coitus alios perfectos, 47
inperfectos generet alios? Propior vero prior existumatio fie-
ret, ni rursus alia difficultas occurreret; quippe nascuntur
aliquando in extremis favis apes grandiores quae ceteras fu-
gant. Oestrus vocatur hoc malum, quonam modo nascens,
si ipsae fingunt? Quod certum est, gallinarum modo incu- 48
bant; id quod exclusum est primo vermiculus videtur can-
didus, iacens transversus adhaerensque ita ut pars cerae vi-
deatur. Rex statim mellei coloris ut electo flore ex omni
copia factus, neque vermiculus sed statim pinniger. Cetera
turba cum formam capere coepit, nymphae vocantur, ut fuci,
sirenes aut cephenes. Si qui alterutris capita demat prius- 49
quam pinnas habeant, pro gratissimo sunt pabulo matribus.
Tempore procedente instillant cibos atque incubant, tum
maxume murmurantes, caloris, ut putant, faciendi gratia ne-
cessarii excludendis pullis, donec ruptis membranis, quae
singulos cingunt ovorum modo, universum agmen emergat.
Spectatum hoc Romae consularis cuiusdam suburbano, alvis
cornu lanternae tralucido factis; fetus intra XLV. diem per-

qui, RTd. Om. *β*. — *ideo*, R[1]d (in rasura.) *Tedio*, R[2]. — *edi*, RTd. *edit*, *β*. — *proventus*, R (codd. Gel.) *ore ventus*, d.

§ 47. *alios perfectos*, om. d. — *Proprio*, R. — *ni*, d[2]. *ne*, R. *nec*, d[1]. — *si ipsae se*, K. At neque in hac neque in vulgata scriptura iustus sensus inest. Plin. scilicet de generatione apium duas attulit sententias, alteram eas e floribus gigni, alteram per coitum unius. Ipse praefert generationem ex floribus, quam tamen sententiam rursus redargui dicit generatione oestri; hoc enim malum e floribus certe non gigni, cum gignatur in extremis alvis; sequi igitur, ut gignatur ab ipsis apibus, unde porro sequi, etiam ceteras apes oestri instar ab apibus fingi. Hinc patet pro *si* scribendum esse *ni* vel *nisi*, cuius coniecturae veritatem statim agnosces, si formam periodi interrogativam mutaveris in aientem.

§ 48. *gallinarum—incubant*; haec repetit Philarg. ad Verg. georg. 4, 200. — *primo*, Rd. *primum*, *βγ*. — *pars cerae*, Petav. *pascere*, libri *β*. De R tacet Ian. V. Schneid. ad Aristot. hist. anim. 5, 22. p. 554[a] 21. T. II. p. 363. — *ut ex el. flore in omnibus*, Dalec. — *ceperit*, d. — *fuci quos cephenes*, Dalec. — *serenes*, R. *feneres*, d.

§ 49. *qui*, ita nos scripsimus. *q̄*, R. *quis*, d*βγ*. — *procedentes*, RTd. — *tum*, R. *tunc*, Td. Omitt. *βγ*. — *ut*, R. *ve*, d. — *necessariis*, Rd. — *lanternae*, Rd. *laternae*, *βγ*. — *tralucido*, R. *translucido*, d*βγ*. — *dies*, Td.

agitur. Fit in favis quibusdam qui vocatur clavos, amarae 50
duritia cerae, cum fetum inde non eduxere morbo aut ignavia aut infecunditate naturali; hic est abortus apium. Protinus autem educti operantur quadam disciplina cum matribus
regemque iuvenem aequalis turba comitatur. Reges plures 51
inchoantur ne desint; postea ex his suboles cum adulta esse coepit, concorde suffragio deterrimos necant ne distrahant agmina. Duo autem genera eorum; melior rufus quam niger variusque. Omnibus forma semper egregia et duplo quam ceteris maior, pinnae breviores, crura recta, ingressus celsior, in fronte macula quodam diademate candicans; multum etiam nitore a volgo differunt.

XVII. 17. Quaerat nunc aliquis, unusne Hercules fuerit 52
et quot Liberi patres et reliqua vetustatis situ obruta! Ecce in re parva villisque nostris adnexa, cuius adsidua copia est, non constat inter auctores, rex nullumne solus habeat aculeum maiestate tantum armatus, an dederit quidem eum natura sed usum eius illis tantum negaverit; illud constat
inperatorem aculeo non uti. Mira plebei circa eum obedien- 53
tia; cum procedit, una est totum examen circaque eum globatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore, cum populus in labore est, ipse opera intus circumit similis exhortanti, solus inmunis; circa eum satellites qui-
dam lictoresque adsidui custodes auctoritatis. Procedit foras 54
non nisi migraturo examine; id multo intellegitur ante, aliquot diebus murmure intus strepente adparatus indice diem

§ 50. *clavus*, RTd. *sclerus*, Pint. *θ* (?). *clerus*, *β*. Schneider., qui ad Colum. IX. 13, 10. hanc lectionem probaverat, ad Aristot. l. l. 8, 27. T. II. p. 675. codicum scripturam recte praefert. — *cerae. Cum—naturali*, *hic* interpungit Pint. — *apum*, *β*.

§ 51. *ne desint*, Barbar. *nec desunt*, R*θ*Td. — *esse*, om. d. — *coeperit*, dr. — *concorde*, R. *concordi*, d*βγ*. — *teterrimos*, dr. — *rufus quam*, Aristot. l. l. 5, 21. et 9, 40. p. 624b 22. *ὁ μὲν βελτίων πυρρός, ὁ δ' ἕτερος μέλας καὶ ποικιλώτερος*. Omitt. R*θ*Td*γ*. V. Schneid. ad Colum. IX. 10, 1. et Niclas. ad Geop. XV. 2, 16. — *niger*, om. *θ*. *quam nigro varius*, K. — *ceterae*, d. — *erecta*, K.

§ 52. *quot Liberi Patres*, Pint. Rd. *quot Liberi patres sepulcrum*, r. *quo Liberi patres sepulcrum*, *θ*. *quod Liberi patris*, ST. *quod Liberi patris sepulcrum*, *β*. — *venustatis*, R. — *assiduae*, R. — *quidem eum*, R. *eum quidem*, d*βγ*. — *eius*, $R^2 d^2$. *est is*, R^1. *mestis*, d^1. — *illis tantum*, ita nos scripsimus. *illistatum*, R^1. *ille statutum*, R^2. *illi//// statutum*, d (suprascr. *tantum* posteriori voci.) *illi tamen*, K. *illi tantum*, *βγ*. De *illis* relato ad *rex* v. ad 9, 157.

tempestivom eligentium. Si quis alam ei detruncet, non fugiat examen. Cum processere, se quaeque proxumam illi cupit esse et in officio conspici gaudet; fessum umeris sublevant, validius fatigatum ex toto portant. Si qua lassata defecit aut forte aberravit, odore persequitur. Ubicumque ille consedit, ibi cunctarum castra sunt.

18. Tunc ostenta faciunt privata ac publica, uva depen- 55
dente in domibus templisque, saepe expiata magnis eventibus. Sedere in ore infantis tum etiam Platonis, suavitatem illam praedulcis eloqui portendentes; sedere in castris Drusi inperatoris, cum prospere pugnatum apud Arbalonem est, haud quaquam perpetua haruspicum coniectura, qui dirum
id ostentum existumant semper. Duce prenso totum tenetur 56
agmen, amisso dilabitur migratque ad alios. Esse utique sine rege non possunt; invitae autem interimunt eos cum plures fuere, potiusque nascentium domos diruunt, si proventus
desperatur; tunc et fucos abigunt. Quamquam et de iis 57
video dubitari propriumque iis genus esse aliquos existumare, sicut furibus, grandissimis inter illas sed nigris lataque alvo, ita appellatis, quia furtim devorent mella. Certum est ab apibus fucos interfici. Utique regem non habent; sed
quomodo sine aculeo nascantur in quaestione est. Umido 58
vere fetus, sicco mel copiosius. Quod si deficit aliquas alvos cibus, inpetum in proxumas faciunt rapinae proposito; at illae contra dirigunt aciem et si custos adsit, alterutra pars, quae sibi favere sensit, non adpetit eum. Ex aliis quoque

§ 53. *globatur*, R θ d. *conglobatur*, codd. Gel. β. — *circumit*, R. *circuit*, d β γ. — *assidui*, d (codd. Gel.) *assidua*, RK. — *custodes*, Rd (codd. Gel.) *custodientes*, K. — *auctoritatis*, R (codd. Gel.) *auctoritate*, K. *auctoritato*, d.

§ 54. *fores*, R. — *migratur*, R. — *indicio*, K. — *fugiat*, Rd. *fugiet*, β γ. — *quoque*, Rd. — *et*, om. R. — *lassatus*, Barbar. K, quod probat Schneid. ad Aristot. l. l. 9, 40. p. 624^{a} 27. T. III. p. 200. — *defecit*, RTd. *deficit*, β γ. — *concedit*, R.

§ 55. *una dependentes*, r. — *tum*, d (codd. Gel.) *tam*, R. *tamquam*, T. *infantis Platonis tum etiam*, r. — *prospere*, R^{2}. *prosperi////*, R^{1}. *prosperrime*, d (codd. Gel.) β γ. — *semper*, ad sequentia referunt R θ.

§ 56. *prenso*, R θ. *prehenso*, d β γ. — *non*, R^{2} d^{2}. *con*, R^{1}. *eum*, d^{1}. — *possint*, d^{1}.

§ 57. *et*, RTd. Omitt. β γ. — *his*, Td. — *existimavere*, d. — *illos*, Td. — *sed quomodo*; pro his vv. habent *Equomodo* R, *aequo modo* d, *Hi quomodo* r.

§ 58. *fetus*, Rd. *melior fetus*, β γ. — *deficit*, R. *defecit*, θ d. *defecerit*, β γ. — *aliquas alvos*, R θ Td. *alicuius alvei*, β. — *et*; pro h. v. habet *ei* R. Omitt. Td. — *sibi*, R θ STdr. *suis*, codd. Gel. β. — *sensit*, R θ T. *sentit*, Sd β γ.

saepe dimicant causis easque acies contrarias duo inperatores instruunt, maxume rixa in convehendis floribus exorta et suos quibusque evocantibus, quae dimicatio iniectu pulveris aut fumo tota discutitur; reconciliatur vero lacte vel aqua mulsa.

XVIII. 19. Apes sunt et rusticae silvestresque, horridae 59
adspectu, multo iracundiores, sed opere ac labore praestan-
tes. Urbanarum duo genera: optumae breves variaeque et
in rotunditatem conpactiles, deteriores longae et quibus si-
militudo vesparum; etiamnum deterrimae ex iis pilosae. In
Ponto sunt quaedam albae, quae bis in mense mella faciunt,
circa Thermodontem autem fluvium duo genera, aliarum
quae in arboribus mellificant, aliarum quae sub terra triplici
cerarum ordine, uberrimi proventus. Aculeum apibus dedit 60
natura ventri consertum. Ad unum ictum hoc infixo quidam
eas statim emori putant, aliqui non nisi in tantum adacto
ut intestini quippiam sequatur, sed fucos postea esse nec
mella facere ut castratis viribus pariterque et nocere et
prodesse desinere; est in exemplis equos ab iis occisos.
Odere foedos odores proculque fugiunt, sed et fictos; itaque 61
unguenta redolentis infestant, ipsae plurumorum animalium
iniuriis obnoxiae. Inpugnant eas naturae eiusdem degeneres
vespae atque crabrones, etiam e culicum genere qui vocan-
tur muliones, populantur hirundines et quaedam aliae aves.

dimicant saepe, d. — *duasque acies*, Pint. — *rixa et in*, codd. Gel. — *exserta*, d. *exhortantibus suos quibusque evocantibusque; dimicatio*, Pint. — *fumi*, T. — *reconciliatur*, R θ d. *reconciliantur*, β. Haec repetit Philarg. ad Verg. georg. 4, 88.

§ 59. *praestantiores*, T d. — *rotunditate*, d. — *determine*, R. *teterrimae*, r. V. Varr. de re rust. III. 16, 19. — *his*, d. — *Thermodontem*, R d. *Thermodoontem*, β γ.

§ 60. *dedit natura*, R d. *natura dedit*, β γ. — *tactum*, R. *in tantum non nisi*, d. — *intestidini*, R. — *quippiam*, R. *quidpiam*, d γ. — *faciunt*, R. — *ut*, ita nos scripsimus. *sed ut*, R d (*sed* casu repetitum e superioribus.) *velut*, β γ. — *diem desinere*, K. — *et quos*, d. — *his*, d.

§ 61. *odore*, R. — *fictos*, R θ T d r. *infectos*, β. — *eas*, R θ T d. *eos*, β. — *vespae—genere*, d. Om. R, sed habet ad marginem voce *atque* omissa. — *etiam*, R θ T d. *et*, β. — *muliones*, v. Aristot. l. l. 4, 8. p. 534 b 19., ubi v. Schneid. T. II. p. 239.

§ 62. *ranaeque. maxima*, θ T. — *per eas*, r (codd. Gel.) *pertas*, R[1]. *repertas*, R[2]. *aperta*, T d. *opertas*, K. — *afflant*, r. — *ac hoc*, r. *ab hoc*, K. — *spatio*, R θ T K d r. Omitt. β γ. Nove hoc dictum nec cuius aliud exemplum promptum habeo; codicibus tamen obtemperandum ratus, in quos quomodo haec vox casu an interpolatione pervenerit, non patet, ita eam interpretandam puto, ut sit i. q.

Insidiantur aquantibus ranae, quae maxuma earum est ope- 62
ratio tum cum subolem faciunt; nec hae tantum quae sta-
gna rivosque obsident, verum et rubetae veniunt ultro adre-
pentesque foribus per eas sufflant; ad hoc spatio provolat
confestimque abripitur; nec sentire ictus apium ranae tra-
duntur. Inimicae et oves difficile se e lanis earum expli-
cantibus. Cancrorum etiam odore, si quis iuxta coquat, ex-
animantur.

20. Quin et morbos suapte natura sentiunt. Index eorum 63
tristitia torpens et cum ante fores in tepore solis promotis
aliae cibos ministrant, cum defunctas progerunt funeran-
tiumque more comitantur exsequias. Rege ea peste consum-
pto maeret plebes ignavo dolore, non cibos convehens, non
procedens; tristi tantum murmure glomerantur circa corpus
eius. Subtrahitur itaque diducta multitudine; alias spectantes 64
exanimem luctum non minuunt. Tunc quoque ni subvenia-
tur, fame moriuntur; hilaritate igitur et nitore sanitas existu-
matur. XIX. Sunt et operis morbi; cum favos non explent,
claron vocant; item blapsigonian, si fetum non peragunt.

21. Inimica et echo est resultanti sono, qui pavidas al- 65
terno pulset ictu; inimica et nebula. Aranei quoque vel ma-
xume hostiles; cum praevaluere ut intexant, enecant alvos.
Papilio etiam ignavos et inhonoratus, luminibus accensis ad-
volitans, pestifer nec uno modo; nam et ipse ceras depa-
scitur et relinquit excrementa quibus teredines gignuntur;

per exiguum spatium; comparari potest 9, 162. *tempore, mit der Zeit, im Verlauf der Zeit, bald nachher.* — *provolat*, R. *provolant*, θTdβγ. *provolantes confestim*, r. *provolant et confestim*, K. — *abripitur*, R. *arripitur*, d. *abripiuntur*, Krβγ. — *difficile se e*, ita nos scripsimus. *difficile se*, R. *difficiles e*, d. *difficile se a*, βγ.

§ 63. *mortuos*, R^2. *mortuus*, R^1d. — *naturae*, d. — *Iudex*, d. — *tepore*, Rr. *tempore*, Td. *teporem*, βγ. — *cum—progerunt* om. Rd. — *funerantium quam*, R. *funerantium qua*'', d. — *ea*, RθTd. *a*, r. *hac*, Barbar. K. Om. β. — *plebes*, R^1d. *plebs*, R^2βγ. — *si navo*, R^1. — *convehens non procedens*, RθTdr^1. *convehunt non procedunt*, r^2. *convehit non procedit*, β. — *glomerantur*, RTdr. *glomeratur*, βγ.

§ 64. *diducta multitudine*, Pint. r. *diducte multitudine*, R. *diductae multitudine*, θd^1. *diducte multitudini*, T. *diductae multitudini*, Sd^2. *deductae multitudini*, β. An Plin. scripsit *diducta e multitudine*? Codices certe θd^1R eo ducunt. — *existimatur*, R^2d. *stimatur*, R^1. *aestimatur*, βγ. — *non*, Rd^2. Omitt. d^1 et Hard. V. Gesner. chrestom. p. 488. et Schneid. ad Colum. IX. 13, 10. — *claron*, Rd. *cleron*, β. *scleron*, Dalec. — *item*, Pint. R. *id est*, d. — *blapsigonian*, R. *blapsigoniam*, dβγ. — *peragunt*, Rr. *peragant*, dβ.

§ 65. *et echo est*, R. *et echo*, d. *est et echo*, βγ. — *pulset*, RθTd. *pulsat*, β. — *etiam*, RTdr. *etiam hic*, β. Ceterum v. Aristot. l. l. 8, 27. — *teredides*, R.

fila etiam araneosa, quacumque incessit, alarum maxume
lanugine obtexit. Nascuntur et in ipso ligno teredines quae 66
ceras praecipue adpetunt. Infestat et aviditas pastus, nimia
florum satietate verno maxume tempore alvo cita. Oleo quidem non apes tantum sed omnia insecta exanimantur, praecipue si capite uncto in sole ponantur. Aliquando et ipsae 67
contrahunt mortis sibi causas, cum sensere eximi mella, avide vorantes, cetero praeparcae et quae alioqui prodigas atque edacis non secus ac pigras atque ignavas proturbent. Nocent et sua mella ipsis, inlitaeque ab adversa parte moriuntur. Tot hostibus, tot casibus — et quotam portionem eorum conmemoro! — tam munificum animal expositum est. Remedia dicemus suis locis; nunc enim sermo de natura est.

XX. 22. Gaudent plausu atque tinnitu aeris eoque con- 68
vocantur, quo manifestum est auditus quoque inesse sensum. Effecto opere, educto fetu, functo munere omni exercitationem tamen sollemnem habent spatiataeque in aperto et in altum datae, gyris volatu editis, tum demum ad cibum redeunt. Vita eis longissima, ut prospere inimica ac fortuita 69
cedant, septenis annis universa. Alvos numquam ultra decem annos durasse proditur. Sunt qui mortuas, si intra tectum hieme serventur, dein sole verno torreantur ac ficulneo cinere toto die foveantur, putent revivescere; 23. in totum 70
vero amissas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis, Vergilius iuvencorum corpore exanimato, sicut equorum vespas atque crabrones, sicut asinorum scarabaeos, mu-

fila, R θ T d. *filis*, codd. Gel. β. — *incesserit*, K.

§ 67. *alioquin*, β. — *Nocentes sua*, d. *Nocent sua*, R. — *aversa*, Pint. — *quotam — commemoro*, *tam*, θ T. *quotam — commemoratam*, R d. *quota — commemorata tam*, β. — *mirificum*, T d. — *dicemus* 21, 78.

§ 68. *initu*, R^{1}d^1. — *est*, R θ T d. Om. β. — *functo*, R θ T d. *functae*, β γ. — *tamen*, R T K d. *tum*, β γ. — *habent sollemnem*, T d. — *editus*, R d. — *ad cibum*, om. r.

§ 69. *Vita est long.*, R d. — *aut*, R. — *cedant*, R θ T d r. *cadant*, β. — *si*, om. d. — *servetur*, R. — *dein*, R. *deinde*, d β γ. — *sole*, R d^1. *si sole*, T d^2. — *ac ficulneo — foveantur* omitt. R T d. — *totidem tepide*, θ. — *putant*, d. — *revivescere*, R. *reviviscere*, d β.

§ 70. *Vergilius*, R. V. georg. 4, 284. — *scarabaeorum*, R d. — *ex aliis — in fetu*, d^2. Om. d^1. *ex aliis — cernuntur* om. R.

§ 71. *nidum*, T. Ceterum v. Aristot. l. l. 5, 23. 9, 42. — *in his*, R θ T d. *et in iis*, β. *et in his*, γ. — *cavernis*, R d. *in cavernis*, β γ. — *aut*, R θ T d. *ac*, β. — *cera*, R γ. *cerae*, d. *cere*, T. Inepte Hard. spreta vulgata β scriptura *cetera* recepit *cera*; nihil enim Aristot. l. l. 5, 23., ad quem provocat, de *κηρῷ*, sed de *κηρίοις* (*cellis*) dicit, quas ipsas *οὐκ ἐκ κηροῦ συγκεῖσθαι* ait. De *cetera* v.

tante natura ex aliis quaedam in alia. Sed horum omnium coitus cernuntur, et tamen in fetu eadem prope natura quae apibus.

XXI. 24. Vespae in sublimi e luto nidos faciunt, in his 71
ceras; crabrones cavernis aut sub terra. Et horum omnium
sexangulae cellae, cetera autem cortice araneosae. Et fetus
ipse inaequalis et barbarus; alius evolat, alius in nympha
est, alius in vermiculo. Et autumno, non verno omnia ea;
plenilunio maxume crescunt. Vespae quae ichneumones vo- 72
cantur — sunt autem minores quam aliae — unum genus
ex araneis perimunt phalangium appellatum et in nidos suos
ferunt, deinde inlinunt et ex iis incubando suum genus pro-
creant. Praeterea omnes carne vescuntur, contra quam apes
quae nullum corpus attingunt; sed vespae muscas grandiores
venantur, amputato iis capite reliquom corpus auferunt. Cra- 73
bronum silvestres in arborum cavernis degunt, hieme ut ce-
tera insecta conduntur, vita bimatum non transit. Ictus eorum
haut temere sine febri est; auctores sunt ter novenis pun-
ctis interfici hominem. Aliorum qui mitiores videntur duo
genera: opifices minores corpore, qui moriuntur hieme, ma-
tres, quae biennio durant; ii et clementes. Nidos vere fa- 74
ciunt fere quadriforis, in quibus opifices generantur; iis
eductis alios deinde maiores nidos fingunt, in quibus matres
futuras producant. Iam tum opifices funguntur munere et
pascunt eas. Latior matrum species, dubiumque an habeant
aculeos, quia non egrediuntur. Et his sui fuci. Quidam opi-

ad 37, 89. — *cortice araneosae*, d. *cortice araneose*, T. *cortice araneus*, R. *cortice et araneis*, r. *cortice manent*, θ. *cortice et arena*, Barbar. *e cortice et arena*, β. *corticea et araneosa*, Hard. γ, ad sensum quidem recte (*σύγκειται — ἐκ φλοιώδους καὶ ἀραχνώδους ὕλης τὸ κηρίον*, Aristoteles), at remotius a codicibus. Ut aliquid exstaret, quod legi posset, recepi scripturam d, censeo autem ex R scribendum esse: *in corticē* (i. e. *corticem*) *araneosum*. Et praepositio quidem *in* evanuit per litteram *m* proxime praegressam, *in corticem* vero prorsus est Plinianum (v. ad 2, 89.), similitudinem corticis indicat, adiectivum denique in scriptura R satis clare prostat. — *Et fetus*, ita nos scripsimus. *effetus*, R. *fetus*, dβγ. — *ipsae*, d. — *et barbarus*, RθTdr. *ut barbaris*, β. — *verno*, RθTdr. *vere*, Pintian. β. — *omnia ea*, ad sequentia referunt θr.

§ 72. *illiniunt*, d. — *his*, d. — *vescuntur; contraque apes nullum*, r. — *amputato*, Rd. *et amputato*, β.

§ 73. *temeres in*, R. *inermes in*, d[1]. *emeres in*, d[2]. — *oriuntur*, RTd. At v. Aristot. l. l. 9, 41. p. 628[a] 4.

§ 74. *vero*, r. — *generantur*, RTd. *generentur*, βγ. — *subinde*, T. — *maiores nidos*, Rd. *nidos maiores*, βγ. — *exseruntur*, Dalec. — *Et in sui*, Rd.

nantur omnibus his ad hiemem decidere aculeos. Nec crabronum autem nec vesparum generi reges aut examina, sed subinde renovatur multitudo subole.

XXII. 25. Quartum inter haec genus est bombycum, in 75
Assyria proveniens, maius quam supra dicta. Nidos luto fingunt, sàlis specie, adplicatos lapidi, tanta duritia ut spiculis perforari vix possint. In his ceras largius quam apes faciunt, dein maiorem vermiculum.

26. Et alia horum origo. Ex grandiore vermiculo gemina 76
protendens sui generis cornuum urica fit, dein quod vocatur bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus bombyx. Telas araneorum modo texunt ad vestem luxumque feminarum, quae bombycina appellatur. Prima eas redordiri rursusque texere invenit in Coo mulier Pamphile, Plateae filia, non fraudanda gloria excogitatae rationis ut denudet feminas vestis.

XXIII. 27. Bombyces et in Coo insula nasci traduntur, 77
cupressi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decussum terrae halitu animante; fieri autem primo papiliones parvos nudosque, mox frigorum inpatientia villis inhorrescere et adversus hiemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radentis foliorum lanuginem vellere; hanc ab his

§ 75. *Quarum*, R. V. Aristot. l. l. 5, 24. — *haec*, R d². *hoc*, β. Om. d¹. — *Asurras*, R. — *lapide*, d². *latide*, R d¹. — *duritia*, R. *duritie*, d β γ. — *his*, R d. *iis et*, β. — *dein*, R. *deinde*, d β γ. — *maiores*, T d.

§ 76. *Ex*, T d. *ea*, R. *e*, Barbar. β γ. — *protendens*, R d. *protendente*, γ. — *suis*, R. — *cornuum*, R θ d (*um* in ras.) *corumum*, T. *cornua*, β γ. De *gemina cornuum* v. Roth. ad Tac. Agric. p. 189. — *urica*, ita scribendum coll. 18, 154. *uricas*, R θ T d. *Hi erucae sunt*, β ceterum interpunctione multum mutata. *primum eruca*, Hard. γ. Add. Salmas. ad Tertull. de pall. p. 231. — *fit*, T d. *fi*, R. *sit*, θ. — *dein*, R θ. *deinde*, T d β γ. — *bombylis*, R d (Rigalt. ap. Salmas.) *bombylius*, β. — *ex ea*, R d (Rigalt.) *ex eo*, β. — *necydallus*, R (uti codd. ap. Aristot. l. l. 5, 19. p. 551 b 12.) *incydalis*, d. — *et hoc—mensibus*. *Bombyces telas*, Petav. ap. Broter. γ ex Aristot. l. l. — *Primo*, d. — *eas*, sc. *telas*, non, uti alii volunt, *vestes*; v. Hard. et Schneid. ind. scriptt. rei rust. p. 367. — *redordiri*, R (codd. Gel.) *retorderi*, d. *retorquere*, r. *retorqueri*, Salmas. l. l. p. 227. ex omnibus codd. — *rursumque*, d. — *Coo*, R θ d r. *Ceo*, Barbar. β γ. Cum Plin. 4, 62. Varronem de insula Ceo haec narrantem sit secutus, h. l. Aristotelis testimonio utitur. — *Pamphile*, ita scribendum. *Pamphilae*, d. *Pampilae*, R. *Pamphila*, β γ. — *Plateae*, R d. *Platae*, θ. *Latoi*, β γ. V. Aristot. l. l. p. 551 b 16. cum varr. lectt. — *vestis bombyca. Et in C. ins.*, r.

§ 77. *Bombyces*, codd. Gel. *Bombycas*, R d β γ. — *Coo*, R d. *Co*, β γ. — *traduntur*, R d. *tradunt*, β γ. — *terebinthin*, R. *terebintini*, d. — *flore*, R d. — *decursum*, R. — *halitum*, R d. — *papiliones parvos*, d. *papilionis parvo*, R. *papilionis et parvo*, Rigalt. — *nidosque*, Rigalt. — *adversus*, R. *adversum*, d β γ. —

cogi unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari
ceu pectine, postea adprehensam corpori involvi nido volu-
bili; tum ab homine tolli fictilibusque vasis tepore et fur- 78
furum esca nutriri atque ita subnasci sui generis plumas,
quibus vestitos ad alia pensa dimitti; quae vero coepta sint
lanificia, umore lentescere, mox in fila tenuari iunceo fuso.
Nec puduit has vestis usurpare etiam viros levitatem pro-
pter aestivam. In tantum a lorica gerenda discessere mores
ut oneri sit etiam vestis; Assyria tamen bombyce adhuc fe-
minis cedimus.

XXIV. 28. Araneorum his non absurde iungatur natura 79
digna vel praecipue admiratione. Plura autem sunt genera
nec dictu necessaria in tanta notitia. Phalangia ex his ap-
pellantur quorum noxii morsus, corpus exiguum, varium,
acuminatum, adsultim ingredientium. Altera eorum species
nigri, prioribus cruribus longissimis. Omnibus internodia
terna in cruribus. Luporum minumi non texunt, maiores in 80
terra, et cavernis exigua vestibula praepandunt. Tertium
eorundem genus erudita operatione conspicuum. Orditur te-
las tantique operis materiae uterus ipsius sufficit, sive ita
conrupta alvi natura stato tempore, ut Democrito placet, sive
est quaedam intus lanigera fertilitas; tam moderato ungue,
tam tereti filo et tam aequali deducit stamina, ipso se pon-

lanuginem, R. *lanugine*, Td. — *vellere*, codd. Hard. *vellera*, RTd. *in vellera*, *β*. — *cogi*, codd. Gel. *cogiquae*, R. *cogique*, d. *cogi subigique*, *β*. Ex illorum codd. scriptura verba ita scribenda censeo: *foliorum lanuginem; vellere* (i. e. *vellicare bombyces*) *hanc ab his* (sc. *pedibus*), *cogique ung.*, ut transitus fiat ab activo verbi ad passivum. — *inter ramos tenuari*, R. *in terram attenuari*, Td. *tenuarique*, K.

§ 78. *nutriri atque*, d (*atque* in rasura.) *nutricetquae*, R. — *alias*, Rd. — *pensas dimitti*, d. *pensandi dimitti*, R. Plin. *pensa inde dim.* scripsisse videtur. — *coepta*, codd. Hard. *capta*, RTKd (Rigalt. ap. Salmas. ad Tertull. pall. p. 237.) — *sit*, R (Rigalt.) *capta sit lanitia*, Salmas. — *lentescere more cerae*, codd. Barbari. — *tenuarit unceo*, R. — *fuco*, Rd (omnes codd. Salmas.,) qui *iuncto foco* legit. — *levitatem propter aestivam*, R (codd. Gel.) *levitate propterea aestiva*, Td. *has vestes etiam viros levitate usurpare propter onera aestiva*, K. — *decessere*, *θ*. — *onere*, R¹. *honore*, d. — *sit* et *vestis*, R*θ*d. *sint* et *vestes*, *β*. — *adsiriā*, R.

§ 79. *praecipue*, RTdr. *praecipua*, *β*. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 9, 39. — *longissimis—cruribus* omitt. Rd.

§ 80. *minimi*, R*θ*STdr (codd. Turneb. adv. 5, 14.) *nomine minimi*, Barbar. *β*. — *in terra*, K. *interna*, R*θ*d*γ*. *intexa*, T. *internae*, codd. Turnebi. V. Schneid. ad Aristot. l. l. 9, 38. p. 623ª 3. T. III. p. 187. — *et cavernis*, *θ*. *et caverna*, Rd. *caverna*, T. *cavernae*, codd. Turnebi. *cavernis*, *β*. *cavernarum*, K. *πρὸς τῇ γῇ καὶ ταῖς αἱμασιαῖς*, Aristot. Ceterum hic locus iam eximendus numero eorum, quos ad 2, 110. apposui. — *et tam*; pro his vv. habent *etiam* Rd.

dere usus. Texere a medio incipit, circinato orbe subtemina 81
adnectens, maculasque paribus semper intervallis sed sub-
inde crescentibus ex angusto dilatans indissolubili nodo in-
plicat. Quanta arte celat pedicas a scutulato rete grassantis!
quam non ad hoc videtur pertinere crebratae pexitas telae
et quadam politurae arte ipsa per se tenax ratio tramae! quam
laxus ad flatus ac non respuenda quae veniant sinus! De- 82
relicta lasso praetendi summa parte arbitrere licia; at illa
difficile cernuntur atque ut in plagis liniae offensae praeci-
pitant in sinum. Specus ipse qua concamaratur architectura,
et contra frigora quanto villosior! quam remotus a medio
aliudque agentis similis, inclusus vero sic ut sit necne intus
aliquis cerni non possit! Age firmitas quando rumpentibus 83
ventis, qua pulverum mole degravante! Latitudo telae saepe
inter duas arbores, cum exercet artem et discit texere, lon-
gitudo filo a culmine ac rursus a terra per illud ipsum velox
reciprocatio, subitque pariter ac fila deducit. Cum vero ca-
ptura incidit, quam vigilans et paratus adcursus! Licet ex-
trema haereat plaga, semper in medium currit, et quia sic
maxume totum concutiendo inplicat. Scissa protinus reficit 84
ad polituram sarciens. Namque et lacertarum catulos venan-
tur os primum tela involventes et tunc demum labra utraque
morsu adprehendentes, amphitheatrali spectaculo, cum con-
tigit. Sunt ex eo et auguria; quippe incremento amnium
futuro telas suas altius tollunt; iidem sereno non texunt,

§ 81. *a*, om. d. — *subtemina*, RT. *subtegmina*, d*βγ*. — *indissolubile*, R. — *a*, Rd. Omittit *β*. — *rete ad capiendas muscas circa grass.*, K. *circumcursantes*, Pintian. *crescentes*, Dalec. — *crebratae*, Salmas. exerc. p. 277. a. G. Confirmant RTd. *crebra tapexitas* vel *crebrate pexit ascile*, codd. Sabell., qui *cribrata* legit. *cribratae*, K*β*. V. Döderl. *lat. Synon.* 4, 439. — *plexitas—politura artis—ratio trina*, K. — *quaedam*, Rd. — *per se*, Rd. *se*, *β*. — *luxus*, Rd. — *ac non*, R*θ*Tdr. *non ad*, *β*.

§ 82. *praetendi*, R*θ*Td (codd. Turnebi adv. 5, 14.) *praetenti*, codd. Gel. *β*. — *arbitrere licia at*, RTd (*licea*, Rd.) *arbitrari liceat*, *θ* (codd. Turnebi.) *ut arbitrari licet*, codd. Gel. *β*. — *illa*, R*θ*Td (codd. Turnebi.) *illa quae*, *β*. Varia coniecerunt Dalec. et Ulit. ad Grat. cyneg. 27. — *concamaratura*, Rd. — *quando*, R. — *aliudquae*, R. — *agentis*, *θ*. *gentis*, Rd. *agenti*, *β*. — *necte*, Rd. — *potest*, Rd.

§ 83. *Age*, Tr. *Ager*, Rd. — *quando rumpentibus*, RTdr. *quanta irrumpentibus*, *β*. — *discet*, Rd. — *filo*, Rd. *fili*, *βγ*. — *acumine*, Rd. — *velox*, R. *velut*, K. *felix*, Td. — *reducit*, Dalec. — *accursus*, R*θ*. *ac rursus*, Td. *ad cursum*, *βγ*. — *et quia*, R[2]T. *ex quia*, R[1]. *quia*, d*βγ*. *ex quo—implicet*, K. — *incutiendo*, T.

§ 84. *abolita resarcit*, Pint. — *os*, R*θ*Sd. *hos*, *β*. — *involvente sed*, R. ////*volvente sed*, d. — *cum*, R[1]. Omitt. R[2]Td. — *contingit*, Td. — *non texunt*,

nubilo texunt, ideoque multa aranea imbrium signa sunt. Feminam putant esse quae texat, marem qui venetur; ita paria fieri merita coniugio.

29. Aranei conveniunt clunibus, pariunt vermiculos ovis 85
similis; nam nec horum differri potest genitura, quoniam insectorum vix ulla alia narratio est. Pariunt autem omnia in tela, sed sparsa qua saliunt, atque ita emittunt. Phalangia tantum in ipso specu incubant magnum numerum qui, ut emersit, matrem consumit, saepe et patrem; adiuvat enim incubare; pariunt autem et trecenos, ceterae pauciores; et incubant triduo. Consummantur aranei quater septenis diebus.

XXV. 30. Similiter his et scorpiones terrestres vermicu- 86
los ovorum specie pariunt similiterque pereunt, pestis inportuna, veneni serpentium, nisi quod graviore supplicio lenta per triduum morte conficiunt, virginibus letali semper ictu et feminis fere in totum, viris autem matutino, exeuntes cavernis priusquam aliquo fortuito ictu ieiunum egerant venenum. Semper cauda in ictu est nulloque momento meditari 87
cessat, ne quando desit occasioni. Ferit et obliquo ictu et inflexu. Venenum ab iis candidum fundi Apollodorus auctor est, in novem genera descriptis per colores maxume, supervacuo, quoniam non est scire quos minume exitialis praedixerit; geminos quibusdam aculeos esse marisque saevissimos — nam coitum iis tribuit —, intellegi autem gracilitate et longitudine; venenum omnibus medio die, cum incanduere 88

v. Schneid. ad Theophr. T. IV. p. 737. *retexunt*, θ. *texunt*, RT. *texit*, d. — *multa aranea*, RθTd. *multae araneae*, β. — *sunt signa*, d. — *venatur*, Rd.

§ 85. *clunibus*, v. Aristot. l. l. 5, 8. p. 542ª 15. — *vix ulla*; pro his vv. habent *via culla* R¹, *via vix* R², *viacula* d. — *omnia*, RθTd. *ova ea*, Barbar. βγ. V. Schneid. ad Aristot. l. l. 5, 27. T. II. p. 376. — *tela*, θTK. *telas*, Rdβγ. — *sed*, Pint. *et*, Rd (codd. Gel.) βγ. *expansa*, Barbar. — *qua saliunt*, ita nos scripsimus. *quas aliunt*, d. *quas aliud*, R. *quia saliunt*, βγ. Sed apud Aristot. nulla causae commemoratio. — *ita*; pro h. v. habet *in* R, m'' d. — *Phalangia —incubant*, RθTd. *Phalangius—incubat*, β. — *magnum numerum*, RθTd. *magno numero*, β. — *emersit*, Rθd. *emerserit*, β. — *adiuvant*, R. — *incubatum*, K. *incubantem*, Dalec. — *trecenos*, codd. Brot. *tricenos*, Rd (codd. Gel.) β. *trecentos*, Barbar. τριακόσια, Aristot.

§ 86. *his*, omitt. Sr. V. Aristot. l. l. 5, 26. — *scorpionibus*, d. — *perimunt*, r. — *infortuna*, R. — *veneno*, Dalec. — *graviores*, d. — *feminini*, R. — *cum exeunt e*, K. *exeuntibus e*, Dalec. — *ieiunum*, RθKd. *ieiunium*, β. *ieiuni*, Dalec.

§ 87. *nec*, R. — *Ferit et*, R. *Feriet*, d¹. *Ferit*, Td². — *inflexu*, RTdr. *inflexo*, β. — *his*, d (semper, quapropter non amplius commemorabo.) — *supervacuo*, Pint. *supervacuos*, Rdβ. — *his tribuunt*, θ. — *gracilitatem et longitudinem*, Rd.

solis ardoribus, itemque cum sitiunt, inexplebili potu. Constat et septena caudae internodia saeviora esse; pluribus enim sena sunt. Hoc malum Africae volucre etiam austri faciunt, pandentibus bracchia ut remigia sublevantes; Apollodorus idem plane quibusdam inesse pinnas tradit. Saepe 89
Psylli, qui reliquarum venena terrarum invehentes quaestus sui causa peregrinis malis inplevere Italiam, hos quoque inportare conati sunt; sed vivere intra Siculi caeli regionem non potuere; visuntur tamen aliquando in Italia, sed innocui, multisque aliis in locis, ut circa Pharum in Aegypto.
In Scythia interimunt etiam sues alioquin vivaciores contra 90
venena talia, nigras quidem celerius, si in aquam se inmerserint. Homini icto putatur esse remedio ipsorum cinis potus in vino. Magnam adversitatem oleo mersis et stellionibus putant esse, innocuis dumtaxat iis qui et ipsi carent sanguine, lacertarum figura, atque scorpiones in totum nulli
nocere quibus non sit sanguis. Quidam et ab ipsis fetum 91
devorari arbitrantur; unum modo relinqui sollertissimum et qui se ipsius matris clunibus inponendo tutus et a cauda et a morsu loco fiat; hunc esse reliquorum ultorem qui postremo genitores superne conficiat. Pariuntur autem undeni.

XXVI. 31. Chamaeleonum stelliones hi quodammodo naturam habent, rore tantum viventes praeterque araneis.

32. Similis cicadis vita, quarum duo genera: minores, quae 92
primae proveniunt et novissimae pereunt; sunt autem mutae. Sequens est volatura ea quae canunt; vocantur achetae,

§ 88. *inexplebili*, θ T d. *inexplebile*, R. *inexplebiles*, β γ. — *potuus*, R. — *volucres*, d. — *pandentes br. ut remigio*, Dalec. — *plene*, θ.

§ 89. *venenum*, β. — *impleverunt*, d. — *Pharum*, v. Aristot. l. l. 8, 29. init.

§ 90. *Caria*, Pint. ex Aristot. — *quam*, R. — *immerserit*, R d. — *Homini*, om. R^1. — *potatus*, r. — *sed stell.*, R d. — *toto*, d. — *nulli*, R^2 d. *nonnulli*, R^1. *nullis*, Dalec., codd. (?) Hard. γ. — *nocuere*, d.

§ 91. *imponendi*, R^1. — *totus*, R^1 d. — *multorum*, R. — *supremus*, Dalec. — *conficiant*, d. *conficiunt*, R. — *hi*, R θ T d. Omitt. β γ. — *Chamaeleones stellionum*, Dalec. — *aranei*, R d.

§ 92. *novissime*, K (codd. Rezz.) — *multae*, R. — *volatura ea quae*, d. *volatur aquae*, R^1. *volatur ea quae*, R^2. *volatu rara; quae*, codd. Barbari, β γ. Et *volatura* quidem praetulit iam Schneid. ad Colum. VIII. 9, 1. et ad Aristot. l. l. 5, 30. T. II. p. 381. — *canant*, R^1. *cantant*, r. — *achetae*, R d. *achatae*, β. *echetae*, Dalec. Sic etiam infra. — *sed*, d. — *his*, R θ d. *eis*, β. — *tetogonia*, R d. *tettigoniae*, codd. Barbari, β γ. — *sonorae*, T d. — *corrupti*, Pint. R θ r. *corruptis*, T d. *correptis*, β. *conceptis*, Petav. ap. Broter. γ. *eius utero collectis*, Dalec.

et quae minores ex his sunt tettigonia; sed illae magis ca-
norae. Mares canunt in utroque genere, feminae silent; gen-
tes vescuntur iis ad orientem, etiam Parthi opibus abundan-
tibus; ante coitum maris praeferunt, a coitu feminas, ovis
earum conrupti, quae sunt candida. Coitus supinis; asperitas 93
praeacuta in dorso, qua excavant feturae locum in terra.
Fit primo vermiculus, deinde ex eo quae vocatur tettigo-
metra, cuius cortice rupto circa solstitia evolant, noctu sem-
per, primo nigrae atque durae. Unum hoc ex iis quae vi-
vont et sine ore est; pro eo quiddam aculeatorum linguis
simile et hoc in pectore, quo rorem lambunt. Pectus ipsum
fistulosum; hoc canunt achetae, ut diximus. De cetero in 94
ventre nihil est; excitatae cum subvolant, umorem reddunt,
quod solum argumentum est rore eas ali. Iisdem solis nul-
lum ad excrementa corporis foramen. Oculis tam hebetes ut,
si quis digitum contrahens ac remittens adpropinques, trans-
eant velut in folia. Quidam duo alia genera faciunt earum,
surculariam quae sit grandior, frumentariam quam alii ave-
nariam vocant; adparet enim simul cum frumentis arescen-
tibus. XXVII. Cicadae non nascuntur in raritate arborum 95
— idcirco non sunt Cyrenis circa oppidum — nec in cam-
pis nec in frigidis aut umbrosis nemoribus. Est quaedam
et iis locorum differentia; in Milesia regione paucis sunt
locis, sed in Cephallania amnis quidam paenuriam earum
et copiam dirimit; at in Rhegino agro silent omnes, ultra

§ 93. *excubant*, R^{1}. — *deinde*, Rd. *dein*, $\beta\gamma$. — *cuius*, d. *oui///s*, R. — *corrupto*, R. — *volant*, d. — *primo*, Rd. *primum*, $\beta\gamma$. — *et*, explicatur iis quae infra sequuntur § 94. *iisdem solis—foramen* et § 116. *unum animalium—exitus.* Agnoscimus in his aliquod anacoluthon. — *est*, Rd^{2}. *sunt*, d^{1}. — *aculeatorum*, Dalec., quod probat Schneider. ecl. phys. p. 49. et ad Aristot. l. l. 4, 7. p. 532^{b} 12. *aculeatarum*, RθTdγ. *aculeatum*, β. — *dicimus*, R.

§ 94. *est*, om. R^{1}. — *eas*, RθTd. *easdem*, β. — *Oculis*, RTK. *Oculi*, d$\beta\gamma$. — *remittens*, Rd. *remittens iis*, $\beta\gamma$. — *appropinques*, R^{2}. *appropinquens*, R^{1}. *appropinquans*, d. *appropinquet*, $\beta\gamma$. Recepta a nobis illa lectione et expulso pronomine *iis*, vox *quis* non est pronomen indefinitum, sed dativus pluralis pronominis relativi. — *velut in folia*, Barbar. Omitt. Rd. — *alia duo*, d. — *sulculariam*, R. *succulariam*, T. — *venariam*, R^{1}. — *enim*, om. d.

§ 95. *non sunt*, Rθd. *sunt*, Barbar. β, recte quidem ad sensum, uti viderunt Schneid. ad Aristot. l. l. 5, 30. p. 556^{a} 22. T. II. p. 383. et Thrige de rebus Cyren. p. 94. At tota loci ratio Plinium Aristotelis male intellecti arguit. — *nec nemoribus*, θ. — *differentia; in Milesia*; pro his vv. habent *Milesia differentia* Rd. Ceterum v. Aristot. l. l. 8, 28. init. — *pauci sunt loci*, d. — *Cephallania*, ita nos scripsimus coll. ad 32, 18. *Cephania*, Rθd. *Cephalenia*, $\beta\gamma$.

flumen in Locrensi canunt. Pinnarum illis natura quae api-
bus, sed pro corpore amplior.

XXVIII. 33. Insectorum autem quaedam binas gerunt 96
pinnas, ut muscae, quaedam quaternas, ut apes; membranis
et cicadae volant; quaternas habent quae aculeis in alvo
armantur. Nullum cui telum in ore pluribus quam binis
advolat pinnis; illis enim ultionis causa datum est, his avi-
ditatis; nullis eorum pinnae revivescunt avolsae; nullum cui
aculeus in alvo bipinne est.

34. Quibusdam pinnarum tutelae crusta supervenit, ut sca- 97
rabaeis, quorum tenuior fragiliorque pinna. His negatus
aculeus, sed in quodam genere eorum grandi cornua prae-
longa, bisulcis dentata forficibus in acumine cum libuit ad
morsum coeuntibus; infantium etiam remediis ex cervice sus-
penduntur; Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rursus eo- 98
rum genus, qui e fimo ingentis pilas aversi pedibus volu-
tant parvosque in iis contra rigorem hiemis vermiculos fetus
sui nidulantur. Volitant alii magno cum murmure ut mugitu,
alii focos et prata crebris foraminibus excavant nocturno stri-
dore vocales. Lucent ignium modo noctu laterum et clunium
colore lampyrides, nunc pinnarum hiatu refulgentes, nunc
vero conpressu obumbratae, non ante matura pabula aut post
desecta conspicuae. E contrario tenebrarum alumna blattis 99
vita lucemque fugiunt in balneis maxume umido vapore
prognatae. Fodiunt ex eodem genere rutili atque praegran-
des scarabaei tellurem aridam favosque parvae et fistulosae
modo spongeae e medicato melle fingunt. In Thracia iuxta

pro, Rd. *quae*, T.

§ 96. *autem*, RθTdr. Om. β. V. autem Aristot. l. l. 1, 5. p. 490^a 13. — *datum et his*, R^2θTd. *daet*, R^1. — *revivescere*, R. *reviviscere*, d.

§ 97. *crista*, d. — *scarabaeis. Quorum — penna, hic*, K. — *grandia*, T. — *forficibus*, Rd (codd. ap. Oudend. ad Suet. Aug. 75.) *forcipibus*, βγ. — *acumine*, RTd. *cacumine*, βγ. — *infantium*, Rθd. *infantum*, β. — *Lucauos*, Rθd.

§ 98. *eorum rursus*, d. — *fingentes*, Dalec. Ceterum v. Aristot. l. l. 5, 19. p. 552^a 17. — *volutant*, R. *volitant*, dr. — *ut*, R. *aut*, d. *ac*, βγ. — *extabant*, R^1. — *clunium candore*, Pint.; v. Aristot. l. l. 4, 1. p. 523^b 19. — *defecta*, Rd.

§ 99. *blat'*, R. *blattis vita. Lucem eae fugiunt*, K. — *vitam*, d. — *balineas*, d. — *rutili*, R. *rutuli*, dβ. — *et*, Rd. *ac*, βγ. — *sponge*, R. — *e*, Rθd. Omitt. βγ. — *Thretia*, R^1. *Trecia*, d. V. auct. mirab. auscult. 130. — *ob id*, R^2T. *ob hic*, R^1. *ubi*, d. *ob hoc*, βγ.

§ 100. *nisi*; pro h. v. habent *sine* Rd. — *scorpione*, R. — *ut*, om. d. — *culici*, RθTd. *culicibus*, β. — *in quo loco*, K. — *nec sunt*, R^2d. *necant*, R^1. — *scolopendra*, R^2Tθd. *scolopendae*, R^1. *scolopendrae*, β.

Olynthum locus est parvos, in quo unum hoc animal exani-
matur, ob id Cantharolethrus appellatus. Pinnae insectis 100
omnibus sine scissura, nulli cauda nisi scorpioni; hic eorum
solus et bracchia habet et in cauda spiculum. Reliquorum
quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sive tabanum dici placet;
item culici et quibusdam muscis. Omnibus autem his in ore
et pro lingua sunt hi aculei, quibusdam hebetes neque ad
punctum sed ad suctum, ut muscarum generi, in quo lingua
evidens fistula est; nec sunt talibus dentes. Aliis cornicula
ante oculos praetenduntur ignava, ut papilionibus. Quaedam
insecta carent pinnis, ut scolopendra.

35. Insectorum pedes quibus sunt, in obliquom moventur; 101
quorundam extremi longiores foris curvantur, ut locustis.
XXIX. Hae pariunt in terram, demisso spinae caule, ova
condensa autumni tempore; ea durant hieme sub terra; sub-
sequenti anno exitu veris emittunt parvas, nigrantis et sine
cruribus pinnisque reptantis; itaque vernis aquis intereunt
ova, sicco vere maior proventus. Alii duplicem earum fetum 102
geminumque exitium tradunt; vergiliarum exortu parere, de-
inde ad canis ortum obire et alias renasci; quidam arcturi
occasu renasci. Mori matres cum pepererint certum est,
vermiculo statim circa faucis innascente qui eas strangulat;
eodem tempore mares obeunt. Tam frivola ratione morien-
tes serpentem cum libuit necant singulae, faucibus eius ad-
prehensis mordicus; non nascuntur nisi in planis et rimosis
locis. In India ternum pedum longitudinis esse traduntur, 103
cruribus et feminibus serrarum usum praebere cum inarue-
rint. Est et alius earum obitus: gregatim sublatae vento in

§ 101. *in terram*, Rd. *in terra*, r. Ceterum haec vv. cum Schneidero ad Aristot. l. l. 5, 28. p. 555 b 20. T. II. p. 377. ad superiora retuli, cum hucusque proxime sequentibus verbis coniungerentur. — *spiculae caudae*, Dalec. — *sub terra*; pro his vv. habent *eterra* R, *terra* d. — *subsequenti*, R. *subsequente*, dγ. — *et*, omitt. Td. — *sicco*, Rd. *siccoque*, βγ. — *maior est*, Td.

§ 102. *geminumque*, d. *gemitiumque*, R. *geminum*, γ. — *exitium*, RθTr. *exitum*, dβ. — *parare*, R. — *deinde obire et ad canis ortum alias renasci*, Pint. — *pepererit*, R. — *innascente*, Rd. *enascente*, βγ. — *obeuntes*, Rd. Haec scriptura, cuius in vulgata lectione nulla prorsus causa invenitur, facit, ut Plinium *mare obeunte* scripsisse suspicer. — *fribula*, R. — *serpentes*, d. V. Aristot. l. l. 9, 6. p. 612 a 34. — *curri*, R. — *nisi in planis et rimosis*; haec ex β restituit Schneider. l. l. *ἐν τῇ πεδιάδι καὶ κατερρωγυίᾳ*, Aristot. *in rimosis*, Rθd[1]. *in primosis*, Td[2]. *nisi rimosis*, γ.

§ 103. *sed rarum*, Rd. — *praebentes*, K. — *Est et*, d. *Esset*, R.

maria aut stagna decidunt; forte hoc casuque evenit, non, ut
prisci existumavere, madefactis nocturno umore alis. Iidem
quippe nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt,
ignari etiam longinqua maria ab iis transiri continuata plu-
rium dierum, quod maxume miremur, fame quoque quam
propter externa pabula petere sciunt. Deorum irae pestis ea 104
intellegitur; namque et grandiores cernuntur et tanto volant
pinnarum stridore ut aliae alites credantur, solemque obum-
brant sollicitis suspectantibus populis ne suas operiant ter-
ras. Sufficiunt quippe vires et, tamquam parum sit maria
transisse, inmensos tractus permeant diraque messibus nube
contegunt, multa contactu adurentes, omnia vero morsu ero-
dentes et fores quoque tectorum. Italiam ex Africa maxume 105
coortae infestant, saepe populo ad Sibyllina coacto remedia
confugere inopiae metu. In Cyrenaica regione lex etiam est
ter anno debellandi eas, primo ova opterendo, dein fetum,
postremo adultas, desertoris paena in eum qui cessaverit.
Et in Lemno insula certa mensura praefinita est, quam sin-
guli enecatarum ad magistratus referant. Graculos quoque 106
ob id colunt, adverso volatu occurrentis earum exitio. Ne-
care et in Syria militari inperio coguntur; tot orbis partibus
vagatur id malum. Parthis et hae in cibo gratae. Vox earum
proficisci ab occipitio videtur. Eo loco in conmissura scapu- 107
larum habere quasi dentis existumantur eosque inter se te-
rendo stridorem edere circa duo maxume aequinoctia, sicut
cicadae circa solstitium. Coitus locustarum qui et insectorum
omnium quae coeunt, marem portante femina, in eum femi-
narum ultimo caudae reflexo tardoque digressu. Minores au-
tem in omni hoc genere feminis mares.

casuque, d. *casuqui*, R. *casu.*, θ. — *prius*, T. — *amore*, R. — *ignari*, d (codd. Gel.) *in mari*, R. — *etiam*, d (codd. Gel.) *et s̄*, R. — *miremur — sciunt*, Rd (codd. Gel.) *miremur famem quoque, quam propter externa pabula petiere, sciunt imminere*, K (codd. Barbari.)

§ 104. *Deorum*, θK. *dierum*, Rd. — *irae*, K. *mire*, R[1]θ. *mirae*, dr. *imbre*, R[2]. — *obumbrans*, R. *obumbrantes*, Td. *obumbrent*, K. — *sollicitis*, RθTdr. *sollicite*, β. — *diraque*, d. *diramque*, Rθ. — *nube contegunt*, R. *nubem tegunt*, d. *contegunt nubem*, θ. *contegunt nube*, βγ. — *foros*, R.

§ 105. *maxima cohorte*, r. — *coarto*, Rd. — *devaledi*, R[1]. *divelendi*, R[2]. *divellendi*, Td. — *prima*, θT. — *opcerendo*, R. *deterendo*, Td. *adiicere*, r. — *dein*, RTd. *deinde*, βγ. — *poenam in*, d. *poenam*, R[2]. *poenarum*, R[1]. — *cesserit*, r.

XXX. 36. Pluruma insectorum vermiculum gignunt; nam 108
et formicae similem ovis vere, et hae communicantes labo-
rem ut apes; sed illae faciunt cibos, hae condunt. Ac si
quis conparet onera corporibus earum, fateatur nullis por-
tione viris esse maiores. Gerunt ea morsu; maiora aversae
postremis pedibus moliuntur, umeris obnixae. Et iis rei pu- 109
blicae ratio, memoria, cura. Semina adrosa condunt ne rur-
sus in frugem exeant e terra, maiora ad introitum dividunt;
madefacta imbre proferunt atque siccant. Operantur et noctu
plena luna; eaedem interlunio cessant. Iam in opere qui
labor, quae sedulitas! Et quoniam ex diverso convehunt al-
tera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nun-
dinis dantur. Quae tunc earum concursatio, quam diligens 110
cum obviis quaedam conlocutio atque percontatio! Silices
itinere earum attritos videmus et opere semitam factam, ne
quis dubitet et qualibet in re quid possit quantulacumque
adsiduitas. Sepeliunt inter se viventium solae praeter homi-
nem. Non sunt in Sicilia pinnatae.

XXXI. Indicae formicae cornua Erythris in aede Her- 111
culis fixa miraculo fuere. Aurum hae cavernis egerunt terrae in regione septentrionalium Indorum qui Dardae vocantur. Ipsis color felium, magnitudo Aegypti luporum. Erutum hoc ab iis tempore hiberno Indi furantur aestivo fervore, conditis propter vaporem in cuniculos formicis, quae tamen odore sollicitatae provolant crebroque lacerant quamvis praevelocibus camelis fugientis; tanta pernicitas feritasque est cum amore auri.

§ 106. *Gragulos*, R. — *Necari*, d. — *occipitii videtur eo loco ubi commissura scapularum. Habere*, Dalec.

§ 107. *terendos*, Rd. — *maxime aequinoctia*, RTd. *aequinoctia maxime*, βγ. — *in alvum femin.*, Dalec.

§ 108. *similiter*, T. — *apibus*, Pint. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 5, 25. — *hae*, Barbar. T. *haec*, Rd. — *ut*, R^2. *sed*, R^1Tdγ. *ut apes laborem, sed apes utiles faciunt*, Kr^1. — *sed illae*, R^2. *uti ille*, R^1. *utiles*, Tdγ. *laborem ut apes sed illae* om. r^2. — *Ac*, RθTd. *Et*, β. — *portatione*, R^2. — *pedibus postremis*, d.

§ 109. *frugem*, Rd. *fruges*, βγ. — *e*, d. *et*, R (ex corr.) — *plenae lunae*, θ. V. Aristot. l. l. 9, 38. — *eadem*, d. — *ignara*, Kd. *ignaro*, R. *ignarae*, θ. Huic voci subiicit *ut signa invicem recognoscant* K. — *morua*, R. — *velut nundinis*, Dalec.

§ 110. *ea*, R. — *opere*, Rd. *in opere*, βγ. — *et*, Rd. Omitt. βγ. — *Sepeliunt*, RθTd. *Sepeliuntur*, β.

§ 111. *he*, R. *hee*, d. *ex*, βγ. — *gerunt*, R^1d. — *terra*, Rd. — *ardae*, d. — *fedium*, d. *foetus*, r. — *Aegyptu*, R. — *cuniculis*, r. — *lacerent*, R.

XXXII. 37. Multa autem insecta et aliter nascuntur, at- 112
que in primis ex rore. Insidet hic raphani folio primo vere,
sed spissatus sole in magnitudinem mili cogitur; inde por-
rigitur vermiculus parvos et triduo mox urica quae adiectis
diebus adcrescit, inmobilis, duro cortice; ad tactum tantum
movetur araneo adcreta, quam chrysallidem appellant; rupto
deinde cortice volat papilio.

XXXIII. 38. Sic quaedam ex imbre generantur in terra, 113
quaedam et in ligno; nec enim cossi tantum in eo sed etiam
tabani ex eo nascuntur et alia ubicumque umor est nimius,
sicut intra hominem taeniae trecenum pedum aliquando et
plurium longitudine; 39. iam in carne exanima et viventium 114
quoque hominum capillo, qua foeditate et Sulla dictator et
Alcman ex clarissimis Graeciae poetis obiere. Hoc quidem
et avis infestat, phasianas vero interimit nisi pulverantis
sese. Pilos habentium asinum tantum inmunem hoc malo
credunt et ovis. Gignuntur autem et vestis genere, praecipue 115
lanicio interemptarum a lupis ovium. Aquas quoque quas-
dam, quibus lavemur, fertiliores eius generis invenio apud
auctores, quippe cum etiam cerae id gignant quod anima-
lium minumum existumatur. Alia rursus generantur sordibus
a radiis solis, posteriorum lascivia crurum petauristae; alia
pulvere umido in cavernis volucria.

XXXIV. 40. Est animal eiusdem temporis, infixo semper 116
sanguini capite vivens atque ita intumescens, unum anima-

§ 112. *atque*, R d (codd. Gel.) *atque asilus*, r. — *ex rore*, Barbar., codd. Gel. *rore*, R^2. *exore*, R^{1}d. V. Aristot. l. l. 5, 19. p. 551^a 1. — *vereset*, R^2. *verset*, R^1. *versatur*, d. *vere et*, βγ. — *spissatur*, d. — *solo*, R^1. — *porrigitur*, R^2 (codd. Gel.) *rigitur*, R^1. *oritur*, T d. *porro gignitur*, Dalec. — *mox*, R T d (codd. Barbari.) Omitt. βγ. — *urica*, a.` *uruca*, R^{2}θ T. *rara*, R^1. *ut ruga*, d. *eruca*, βγ. — *quae immobilis accrescit, sed adiectis diebus dura tecta cortice et araneis obsita ad tactum tantum movetur*, Dalec. — *araneo accreta*, T d. *araneo accreto*, R. *araneo occreta*, θ. *aranei; haec eruca*, β. — *chrysallidam*, R. — *cortice*, R. *eo cortice*, θ T d.

§ 113. *ex imbri*, Rθ d. *exinde*, r. — *alia*, d. *alias*, θ. *alibi*, T. Om. R. — *trecenum*, Broter. *tricenum*, R d β.

§ 114. *exanima*, R^2. *exanim*, R^{1}d. *exanimi*, βγ. *iam in carne viventium quoque hominum et capillo*, r. — *capillo*, om. Pint. — *obire*, d. Ceterum v. Aristot. l. l. 5, 31. p. 556^b 30. — *interemit*, R. — *se*, R^2. *ei*, R^1. *esse*, d. — *boves*, Dalec.

§ 115. *Gignuntur*, v. Aristot. l. l. 8, 10. extr. — *lavemur*, R d. *lavamur*, βγ. — *etiam*, Rθ T d r. *et*, β. — *animal id*, Rθ d. V. Aristot. l. l. 5, 32. p. 557^b 6. — *Alia* — *petauristae* om. R. — *a radiis*, r. *aridi*, T d β. *a radio*, γ. — *solis*, T d r. *soli*, β. — *lascivia crurum*, θ d. *crurum lascivia*, β. — *petauristae*, Hard. *petauris*, T d. *petauristis*, r. *petauristarum*, Barbar. β.

lium cui cibi non sit exitus, dehiscitque nimia satietate, alimento ipso moriens. Numquam hoc in iumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando, in quibus omnia; in ovibus et capris hoc solum. Aeque mira sanguinis et hirudinum in palustri aqua sitis; namque et hae toto capite conduntur. Est volucre canibus peculiare suum malum, auris maxume lancinans quae defendi morsu non queunt.

XXXV. 41. Idem pulvis in lanis et veste tineas creat, 117
praecipue si araneus una includatur; sitit enim et omnem
umorem absorbens ariditatem ampliat; hoc et in chartis nascitur.
Est earum genus tunicas suas trahentium, quo cocleae
modo, sed horum pedes cernuntur; spoliatae exspirant; si
adcrevere, faciunt chrysallidem. Ficarios culices caprificus 118
generat, cantharidas vermiculi ficorum et piri et peuces et
cynacanthae et rosae. Venenum hoc remedia secum habet; alae medentur quibus demptis letale est. Rursus alia genera culicum acescens natura gignit, quippe cum et in nive candidi inveniantur, et vetustiore vermiculi, in media quidem altitudine rutili, — nam et ipsa nix vetustate rufescit, — hirti pilis, grandiores torpentesque.

XXXVI. 42. Gignit aliqua contrarium naturae elemen- 119
tum; siquidem in Cypri aerariis fornacibus et medio igni maioris muscae magnitudinis volat pinnatum quadripes; appellatur pyrallis, a quibusdam pyrausta. Quamdiu est in igni, vivit; cum evasit longiore paulo volatu, emoritur.

§ 116. *temporis*, RθTd. *turpitudinis*, Barbar. β. — *sanguine*, R. *capite sanguine*, r. — *dehiscit cui*, R. *dehiscit cum*, Td. — *Nonnunquam*, Pint. — *et*, Rd. *et in*, βγ. — *Aeque*, RθTdr (quinque codd. Leidd. ap. Oudend. ad Appul. metam. p. 274.) *Aeque est*, β. — *hirudinum*, Rd. *hirud. generi*, βγ. — *Est*, Rd. *Est et*, βγ. — *lanians*, r. — *quae*, Rθd. *qua*, β. — *queant*, d.

§ 117. *tinias*, R. — *sititur*, Rd. — *obsorbens*, d. — *ampliat ariditatem*, d. — *quo et*, d. — *horum*, R. *harum*, dβγ. — *adspirant*, Rθd.

§ 118. *Ficarias*, d. — *remedia—medentur*, R^2. *medentur*, R^1. *remeditantur*, T. *remediantur*, d. *alae medicantur*, Hard. γ. V. Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. nr. 165. p. 274. — *inveniantur*, RθTd. *reperiantur*, β. Ceterum v. Aristot. l. l. 5, 19. p. 552^b 4. — *rutuli*, d. — *rufescit*, θTd. *rufetit*, R. *rubescit*, βγ. Ceterum multa in hoc loco mutant Pint. et Salmas. exerc. p. 125. a. D.

§ 119. *aliqua*, R^2. *aliquid*, Td. *aliq;*, R^1. *aliquando*, r. *aliqua et*, βγ. — *natura*, dr. — *et*, R (codd. Oudend. ad Thom. Mag. p. 767.) *e*, d. *ex*, β. — *ignium*, Salmas. — *musca magnitudinis* vel *muscae magnitudine*, Muret. var. lect. 16, 2. Vid. Aristot. l. l. p. 552^b 10. — *pyrallis*, Rd. *pyralis*, βγ. — *pyroto*, RTd (multi codd. ap. Oudend. l. l.) *pyrato*, θ. *pyrotus*, codd. Barbari. V. Aristot. l. l. 8, 27. — *igni*, R. *igne*, dβγ. — *evaserit*, Td. — *volatu tunc moritur*, r.

43. Hypanis fluvius in Ponto circa solstitium defert aci- 120
norum effigie tenuis membranas quibus erumpit volucre
quadripes supra dicti modo, nec ultra unum diem vivit, unde
hemerobion vocatur. Reliquis talium ab initio ad finem se-
ptenarii sunt numeri, culici et vermiculo ter septeni, corpus
parientibus quater septeni; mutationes et in alias figuras
transitus trinis aut quadrinis diebus. Cetera ex his pinnata
autumno fere moriuntur, tabani quidem etiam caecitate. Mu-
scis umore exanimatis, si cinere condantur, redit vita.

XXXVII. 44. Nunc per singulas corporum partis praeter 121
iam dicta membratim tractetur historia. Caput habent cuncta
quae sanguinem. In capite paucis animalium nec nisi vo-
lucribus apices diversi quidem generis, phoenici plumarum
serie, e medio eo exeunte alio, pavonibus crinitis arbusculis,
stymphalidi cirro, phasianae corniculis, praeterea parvae avi
quae ab illo galerita appellata quondam, postea Gallico vo-
cabulo etiam legioni nomen dederat alaudae. Diximus et cui 122
plicatilem cristam dedisset natura; per medium caput a rostro
residentem et fulicarum generi dedit, cirros pico quoque
Martio et grui Baliaricae, sed spectatissimum insigne gal-
linaceis, corporeum, serratum; nec carnem rite esse, nec
cartilaginem nec callum iure dixerimus, verum peculiare.
Draconum enim cristas qui viderit non reperitur.

45. Cornua multis quidem et aquatilium et marinorum et 123
serpentium variis data sunt modis, sed quae iure cornua in-

§ 120. *volucre*, θd. *volucres*, Rr. *volucris*, Schneid. ad Aristot. l. l. 5, 19. p. 552^b 20. T. II. p. 356. — *quadrupedes*, Rθdr. — *supradicti*, R. *supradictae*, θdr, quod probat Schneider. — *hemerebion*, d. — *vermiculi*, Rd. — *Cetere*, R. — *quidem etiam*, R. *etiam quidem*, d. *etiam quidam*, T. — *redit. Ita*, d.

§ 121. *Itaque nunc*, r. — *corporum*, RθTr. *corporis*, dβγ. — *Caput habent*, v. Aristot. part. anim. 4, 10. p. 685^b 35. — *alia*, Salmas. exerc. p. 386. — *stymphalidi*, r. *stymphalide*, RTd. *stymphalides*, β. — *phasianis*, K. — *avi*, Salmas. R. *aut*, θTd (codd. Salmas.) *at*, codd. Barbari. Om. β. *paro et avi*, r^1. *partae quae*, r^2. *paro atque*, K. — *galerita*, R^1d. *galeritia*, R^2. *galeritae appellatae quondam quae*, K. — *quondam*, om. d. — *dedit*, Kr.

§ 122. *Diximus* 10, 86. — *dedisse naturam*, Td. *credidisse naturam*, r. — *residentem. Et fulicarum g. dedit cirros; pico*, β. Interpunctionem emendavit Hard. — *scirrhos*, Dalec. — *grui Balearicae*, R (codd. Barbari.) *gruib; aricae*, d. *gruibus Africae*, Hard. — *corporeum, serratum*, R. *corpore conserratum*, θKd. *corpore consertum*, r. — *nec carnem rite esse*, R^2. *nec carnem ita esse*, dr. *nem ita ei*, R^1. *nec carnem id esse*, βγ. — *nec gallum*, d. *negallum*, R. — *peculiarem*, d. *peculiarum*, R.

§ 123. *serpentium*, Rd. *serpentum*, βγ. — *intelliguntur*, Td. — *tantum generi*, Rd. *gen. tant.*, βγ. — *Cipum*, Rd. *Cibum*, θ^1. *vel: in cibum*, θ^2. *Cippum*,

tellegantur, quadripedum tantum generi; Actaeonem enim
et Cipum etiam in Latia historia fabulosos reor. Nec alibi
maior naturae lascivia. Lusit animalium armis, sparsit haec
in ramos, ut cervorum, aliis simplicia tribuit, ut in eodem ge-
nere subulonibus ex argumento dictis, aliorum fudit in pal-
mas digitosque emisit ex iis, unde platycerotas vocant. Dedit 124
ramosa capreis, sed parva, nec fecit decidua; convoluta in
anfractum arietum generi, ceu caestus daret, infesta tauris.
In hoc quidem genere et feminis tribuit, in multis tantum
maribus; rupicapris in dorsum adunca, damis in adversum,
erecta autem rugarumque ambitu contorta et in leve fasti-
gium exacuta, ut liras diceres, strepsiceroti quem addacem
Africa appellat; mobilia eadem, ut auris, Phrygiae armentis, 125
Trogodytarum in terram directa, qua de causa obliqua cer-
vice pascuntur; aliis singula et haec medio capite aut nari-
bus, ut diximus; iam quidem aliis ad incursum robusta, aliis
ad ictum, aliis adunca, aliis redunca, aliis ad iactum, pluri-
bus modis, supina, convexa, conversa, omnia in mucronem
migrantia; in quodam genere pro manibus ad scabendum
corpus; cocleis ad praetemptandum iter corporea haec, sicut 126
cerastis; aliquando et singula, cocleis semper bina et ut
protendantur ac resiliant. Urorum cornibus barbari septen-
trionales potant urnisque bina capitis unius cornua inplent;
alii praefixa hastilia cuspidant. Apud nos in lamnas secta

β. V. Valer. Max. V. 6, 3. — *Latia*, RθSTd. *Latina*, βγ. — *nec albi maior*, R linea per has voces traducta. — *lascivae*, R. — *ramos*, R^{2}. *ramis*, R^{1}d. — *fudit*, Rθ. *figit*, Td. — *platycerontas*, R^{2}. *platygerontas*, R^{1}θd.

§ 124. *dāmis*, R. — *fastidium*, Rd. — *lyras*, codd. Barbari, β. — *diceres*, codd. Barbari. *dicerent*, θr. *decerent*, RTd. — *Afri appellant*, Td.

§ 125. *mobilia*, Aristot. l. l. 3, 9. p. 517ª 28. — *derecta*, R. — *diximus* 8, 71. 76. — *quidem*, Tr. *quid*, R. *quod*, θ. *qd''*, d. *que*, β; v. ad 33, 40. — *redunca*, Rd (codd. Barbari.) *trunca*, r. *reunca*, codd. Hard.; v. Schneid. gramm. Lat. 1, 581. — *convexa, conversa*, RTd. *conversa, connexa*, β. — *nigrantia*, R. — *scalpendum*, Td.

§ 126. *praetendendum*, β. — *corpora*, R. — *et singula, cochleis*, d. *cocleis singula*, R. Multa in his mutat Pint. — *bina*, R. *bipenna*, Td. — *protendantur*, Rdr. *praetendantur*, β. — *barbaris septentrionalibus*, Rd. — *potant urnisque*, Salmas. exerc. p. 263. b. A. Confirmat R^{2}. *putant urnisque*, d. *putantur nis quae*, R^{1} (vetus scriptura Salmas.) *urnisque*, etiam θT. *potant urnasque*, β. *potant urnaque*, γ. — *bina*, RθTd. *binas*, β. — *alia—cuspidant*; latet in his aliqua corruptela, cum pronomine *iis* sc. *cornibus* vix carere possimus. Lenior tamen praesto est medicina, si legitur *aliis* sc. *barbaris*, dativo pendente a *cuspidant*, cui verbo facillime *cornua* suppleri potest. Aptissime ita per idem subiectum pergitur ad sequentia. — *hastilia*, RSTd (codd. Gel.) *haspila*, codd. Salmas. *his pila*, r, Salmas.

tralucent atque etiam lumen inclusum latius fundunt mul-
tasque alias ad delicias conferuntur, nunc tincta, nunc sub-
lita, nunc quae cestrota picturae genere dicuntur. Omnibus 127
autem cava et mucrone demum concreta sunt, cervis tantum
tota solida et omnibus annis decidua. Boum attritis ungulis
cornua unguendo arvina medentur agricolae. Adeoque se-
quax natura est ut in ipsis viventium corporibus ferventi
cera flectantur atque incisa nascentium in diversas partis
torqueantur; in singulis capitibus quaterna fiunt. Tenuiora 128
feminis plerumque sunt, ut in pecore multis; ovium nulla,
nec cervorum, nec quibus multifidi pedes, nec solidipedum
ulli excepto asino Indico qui uno armatus est cornu. Bisulcis
bina natura tribuit, nulli superne primores habenti dentis.
Qui putant eos in cornua absumi facile coarguuntur cer-
varum natura, quae neque dentis habent ut neque mares,
nec tamen cornua. Ceterorum ossibus adhaerent, cervorum
tantum cutibus enascuntur.

46. Capita piscibus portione corporum maxuma, fortassis 129
ut mergantur; ostrearum generi nulla nec spongeis nec aliis
fere, quibus solus ex sensibus tactus est. Quibusdam indis-
cretum caput, ut cancris.

47. In capite animalium cunctorum homini plurumus pilus, 130
iam quidem promiscue maribus ac feminis apud intonsas
utique gentis. Atque etiam nomina ex eo Capillatis Alpium
incolis, Galliae Comatae, ut tamen sit aliqua in hoc terrarum
differentia. Quippe Myconii carentes eo gignuntur sicut in

traducent, R. *traducunt*, T d. *translucent*, βγ. — *multaque alia*, T d. — *conferuntur*, R. *conferunt*, T d. *comparantur*, Dalec. — *cestrota*, R d (codd. Turneb. adv. 13, 24.) *cerostrota*, Barbar. β. *cestrota a*, Hard. V. Schneid. ad Vitruv. IV. 6, 6. p. 281.

§ 127. *mucrone*, r. *mucronē*, R. *in mucronem*, T d. *in mucrone*, βγ. V. Aristot. l. l. 2, 1. p. 500a 6. — *tantum*, R. *autem*, d βγ. Om. T. — *Boum*, v. Aristot. l. l. 8, 7. — *arvina unguendo*, d. — *nasendo*, K. — *in sing.*, R. *ut sing.*, d βγ. — *capitibus*, R[1] d. *partibus*, R[2]. — *fiunt*, R, qui praeterea pone *capit.* plene interpungit, verba *quat. fi.* ad seq. referens et pone *Tenuiora* iterum interpungens. *fiant*, d βγ.

§ 128. *multis ovium nulla*, ita interpunxit Brot. γ. *pecore; multis ovium nulla*, r. *mutilis*, Hard. At v. Schneid. ad Aristot. l. l. 4, 11. extr. T. II. p. 261. — *cervorum*, R T d. *cervarum*, βγ. — *solidipedum*, Hard. tacite. *solipedum*, R d β. — *natura tribuit*, ita nos scripsimus praeeunte Broterio, qui γ *tribuit natura* scripsit. Ipso substantivo cum egeri non possit, nostra collocatio propter litterarum ductus praeferenda videbatur. *tribuit*, R d β. — *nulla*, Brot. ex ed. princ. γ. *habent*, R d. *nullis qui superne primores habent*, K. — *cornu*, R. *cornibus*, d. — *Ossibus*

Cauno lienosi. Et quaedam animalium naturaliter calvent,
sicut struthocameli et corvi aquatici, quibus apud Graecos
nomen inde. Defluvium eorum in muliere rarum, in spa- 131
donibus non visum, nec in ullo ante veneris usum, nec infra
cerebrum aut infra verticem aut circa tempora atque auris.
Calvitium uni tantum animalium homini praeterquam inna-
tum; canities homini tantum et equo, sed homini semper a
priore parte capitis, tum deinde ab aversa.

48. Vertices bini hominum tantum aliquis. Capitis ossa 132
plana, tenuia, sine medullis, serratis pectinatim structa con-
pagibus; perfracta non queunt solidari, sed excepta modice
non sunt letalia, in vicem eorum succedente corporea cica-
trice; infirmissima esse ursis, durissima psittacis suo dixi-
mus loco.

49. Cerebrum omnia habent animalia quae sanguinem, 133
etiam in mari quae mollia appellavimus, quamvis careant
sanguine, ut polypus; sed homo portione maxumum et umi-
dissimum omniumque viscerum frigidissimum, duabus supra
supterque membranis velatum, quarum alterutram rumpi
mortiferum est; cetero viri quam feminae maius. Hominibus 134
hoc sine sanguine, sine venis, et reliquis sine pingui. Aliud
esse quam medullam eruditi docent, quoniam coquendo du-
rescat. Omnium cerebro medio insunt ossicula parva. Uni ho-
mini in infantia palpitat nec conroborantur ante primum sermo-
nis exordium. Hoc est viscerum excelsissimum proxumumque

adhaerent cervorum tantum, ceterorum cut. enasc., Schneid. ad Aristot. l. l. 2, 1. p. 500^a 7. T. II. p. 77.

§ 129. *solis*, Td. — *ut*, RTd. *est ut*, *βγ*.

§ 130. *In capite*, Aristot. l. l. 2, 1. p. 498^b 16. — *animalium cunctorum*, Rd. *cunct. anim.*, *βγ*. — *Alpum*, d. — *et Galliae*, r. — *lienosi*, Barbar. d. *leniosi*, R^1. *lentosi*, R^2. — *struthocameli*, RTd. *struthiocameli*, *βγ*. — *inde*, Rd. *est inde*, *βγ*.

§ 131. *nullo*, Oudend. ad Appul. met. p. 335. ex omnibus codd., ut sint duae negationes. Ceterum v. Aristot. l. l. 3, 11. p. 518^a 24. — *equo*, R*θ*. *equis*, d*βγ*. — *priore*, R. *priori*, d*βγ*.

§ 132. *hominum*, RTdr. *homini*, *β*. — *aliquis*, RTd. *aliquibus*, r*β*, quae novam inde periodum incipit. — *excepta*, Rd. *exemta*, *βγ*. — *diximus* 8, 130. 10, 117.

§ 133. *etiam*, R. *aeque*, Tdr. — *polypus*, R. *polypi*, d*βγ*. — *alterutram*, R^2. *alterum*, R^1. *alteram*, Td. — *abrumpi*, R. — *cetera viro*, *θ*.

§ 134. *pinguia lid*, R^1. — *medio*, Rd. Om. *β*. — *homini in*, d. *hominum*, R*β*. — *corroborantur*, R (*corro* ex corr.) *comburantur*, d. *corroboratur*, *βγ*. — *Hoc est—proximum* omitt. RSTd.

caelo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus; hanc habent sensus arcem, huc venarum omnis a corde vis tendit, hic desinit, hoc columen altissimum, hic mentis est regimen. Omnibus autem animalium in priora pronum, quia et sensus 135
ante nos tendunt. Ab eo proficiscitur somnus, hinc capitis nutatio; quae cerebrum non habent non dormiunt. Cervis in capite inesse vermiculi sub linguae inanitate et circa articulum, qua caput iungitur, numero viginti produntur.

50. Aures homini tantum inmobiles; ab iis Flaccorum 136
cognomina. Nec in alia parte feminis maius inpendium margaritis dependentibus; in oriente quidem et viris aurum eo loci gestare decus existumatur. Animalium aliis maiores, aliis minores, cervis tantum scissae ac velut divisae, sorici pilosae; sed aliquae omnibus animal dumtaxat generantibus excepto vitulo marino atque delphino et quae cartilaginea appellavimus et viperis. Haec cavernas tantum habent aurium 137
loco praeter cartilaginea et delphinum, quem tamen audire manifestum est; nam et cantu mulcentur et capiuntur attoniti sono; quanam audiant mirum. Iidem nec olfactus vestigia habent, cum olfaciant sagacissime. Pinnatorum animalium buboni tantum et oto plumae velut aures; ceteris cavernae ad auditum; simili modo squamigeris atque serpentibus. In equis et omnium iumentorum genere indicia animi praeferunt, marcidae fessis, micantes pavidis, subrectae furentibus, resolutae aegris.

51. Facies homini tantum, ceteris os aut rostra. Frons 138
et aliis, sed homini tantum tristitiae, hilaritatis, clementiae, severitatis index; in animo sensus eius. Supercilia homini et

hanc, R. *hoc*, dr. — *habet*, dr. — *sensum*, r. — *hoc ven.*, Rd. — *hoc*, Rθd. *hic*, βγ. — *columen*, R. *culmen*, θdβγ.

§ 135. *Omnibus*, RθT. *Omnium*, dβγ. — *quia*, om. R. — *nos tendunt*, Rd. *ostendunt*, r. — *vermiculos*, d. V. Aristot. l. l. 2, 15. p. 506ª 27. — *quo*, d. — *humero*, r.

§ 136. *homini*, Aristot. l. l. 1, 11. p. 492ª 28. — *eo loci gestare*, Rd. *gestare eo loci*, βγ. — *Cervi*, R[1]. — *sorici*, RθTd. *soricibus*, β. — *philosae*, R. *filosae*, Td. — *aliquae*, ST. *aliq;*, R. *aliqua*, d. *auriculae*, βγ. — *animalibus*, Td. — *quae*, R. *qua''*, d. — *cartilagina''*, d. *castilagina*, R. — *appellavimus* 9, 78.

§ 137. *cartilagina*, R. *cartilagina''*, d. — *delphinos quos*, r. — *attoniti*, R (ex corr.) *et coniti*, d. — *quanam*, RθSTdr. *quonam modo*, β. — *audiunt*, R. — *Iidem*, R[1]d. *Inde*, R[2]. — *animalium*, d. *animalia lmme*, R. — *et oto*, d. *eo toto*, R. *et toto*, β. — *marcidae fessis*, Rd. *fessis marcidae*, βγ.

pariter et alterna mobilia; et in iis pars animi. Negamus an annuimus? Haec maxume indicant factum. Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet; in corde nascitur, huc subit, hic pendet. Nihil altius simul abruptiusque invenit in corpore, ubi solitaria esset.

52. Subiacent oculi, pars corporis pretiosissima et quae 139
lucis usu vitam distinguat a morte. Non omnibus animalium hi, ostreis nulli, quibusdam concharum dubii; pectines enim, si quis digitos adversum hiantis eos moveat, contrahuntur ut videntes, et solenes fugiunt admota ferramenta. Quadripedum talpis visus non est, oculorum effigies inest, si quis praetentam detrahat membranam. Et inter avis ardeolarum 140
genere, quos leucos vocant, altero oculo carere tradunt; optumi auguri, cum ad austrum volent septentrionemve; solvi enim pericula et metus narrant. Nigidius nec locustis nec cicadis esse dicit. Cocleis oculorum vicem cornicula bina praetemptatu inplent; nec lumbricis ulli sunt vermiumve generi.

53. Oculi homini tantum diverso colore, ceteris in suo 141
cuique genere similes; et equorum quibusdam glauci, sed in homine numerosissimae varietatis atque differentiae, grandiores, modici, parvi, prominentes quos hebetiores putant, conditi quos clarissime cernere, sicut in colore caprinos.

54. Praeterea alii contuentur longinqua, alii nisi prope 142
admota non cernunt. Multorum visus fulgore solis constat, nubilo die non cernentium nec post occasus. Alii interdiu hebetiores noctu praeter ceteros cernunt. De geminis pupil-

§ 138. *in animo sensus*, S. *In anima sensus*, r. *In ansensu*, R. *In assensu*, Td. *In ascensu*, β. *In animo est usus eius*, Pint. *index animoque sensum. Superc.*, Dalec. V. statim infra et § 145. — *alterna*, Rd. *alterne*, βγ. — *ovilia*, d. — *an*, R. Omitt. dβ. — *factum*, Rd. *fastum*, β. — *Superbia*, d. *Superbiā*, R. *Superbit*, β. — *aliiubi*, R. *alibi*, d. An Plin. *alicubi* scripsit? V. 10, 30. — *huc*; pro h. v. habet *hoc* R, *hic* d. — *simulque abruptius*, d.

§ 139. *quae—distinguat*, RTd. *qui—distinguant*, βγ. Ceterum v. Aristot. l. l. 1, 9. — *contrahunt et*, d. *contrahunc et*, R. — *solenes*, Barbar. R. *solentes*, d. V. Aristot. l. l. 4, 4. p. 528ª 17.

§ 140. *inter ardeolarum genera*, r. *ardiolarum*, R[1]. Mihi locus corruptus videtur, cum *genere* unde pendeat, non habeat; scribendum aut *ex ardeol.* aut *ardeolarum in gen.* — *quos*, R. *quas*, Td. — *cum*, om. d. — *volent*, Rθ. *volant*, dβγ. — *nec* ante *cicadis*, omitt. Rd. — *vice*, d. — *praetempatu*, R. — *adimplent*, r. — *lumbrici*, d.

§ 141. *in homine*, R. *homini*, d. — *quod*, R. — *herbitiores*, R[1]d.

§ 142. *occasum*, r.

lis aut quibus noxii visus essent satis diximus; caesii in te-
nebris clariores. Ferunt Tiberio Caesari nec alii genitorum 143
mortalium fuisse naturam ut expergefactus noctu paulisper
haud alio modo quam luce clara contueretur omnia, paulatim
tenebris sese obducentibus. Divo Augusto equorum modo
glauci fuere superque hominem albicantis magnitudinis, quam
ob causam diligentius spectari eos iracunde ferebat. Claudio 144
Caesari ab angulis candore carnoso sanguineis venis subinde
subfusi, Gaio principi rigentes, Neroni nisi cum conniveret
ad prope admota hebetes. Viginti gladiatorum paria in Gai
principis ludo fuere, in iis duo omnino qui contra conmi-
nationem aliquam non conniverent et ob id invicti; tantae
hoc difficultatis est homini. Plerisque vero naturale ut ni-
ctari non cessent, quos pavidiores accepimus. Oculus unico- 145
lor nulli; cum candore omnibus medius color differens. Neque
ulla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, sed
homini maxume, id est moderationis clementiae misericor-
diae odi amoris tristitiae laetitiae. Contuitu quoque mul-
tiformes truces torvi flagrantes graves transversi limi sub-
missi blandi. Profecto in oculis animus habitat; ardent
intenduntur umectant connivent. Hinc illa misericordiae 146
lacrima; hos cum exosculamur, animum ipsum videmur at-
tingere. Hinc fletus et rigantes ora rivi. Quis ille est umor
in dolore tam fecundus et paratus, aut ubi reliquo tempore?
Animo autem videmus, animo cernimus; oculi ceu vasa

diximus 7, 16. 17. — *caesii*, d. *cesiis*, R^{2}T. *cesis*, R^{1}. *orcis*, K. *caesii* — *clariores*, om. r.

§ 143. *Tiberio*; pro hoc nomine habet *l* R, .ϟ. d. *diximus. Tiberio Caesari in tenebris clariores. Ferunt ipsi alia quam genit. mort.*, r. *Ferunt Tiberio Caesari aliam quam ceterorum mortalium*, K. — *ne*, Rd. — *ut*, om. R. — *sese*, d. *eius*, R. — *superque*, RTd. *supraque*, β. — *albicantis*, R^{2}. *abdicantis*, R^{1}d. *albicantes et magnit.*, Dalec.

§ 144. *carnose*, R. — *perfusi*, Td. — *anisi*, R. *anifi*, d. — *connivere*, R^{2}d. *connivero*, R^{1}. — *Mille*, Lips. Saturn. 1, 11. p. 901. — *paria*, omitt. Rd. — *hoc*, om. d. — *nictari*, Rθ Td. *nictare*, Barbar. β. — *accipimus*, T.

§ 145. *Oculus unicolor*, codd. Gel. *Oculos unicolor*, R. *Oculos vero unicolores*, Td. — *medius color differens*, Rd (codd. Barbari et Gel.) *mediusculo differentes*, r. *meditullio*, Barbar. *medio colore*, Dalec. — *maximi*, R. — *idem*, Rd, unde legendum puto *iidem* i. e. *oculi iidem omnes hos affectus indicant.* — *summissi*, R. *si. missi*, d. — *inhabitat*, β. — *incenduntur*, r. — *humescunt*, K. — *cohibent*, Murbac. ap. Rhenan. ad 10, 3.

§ 146. *Hinc*, r^{1}. *Hic*, Rθdr^{2}. — *illa miser. lacrima*, RTdr^{1}. *ille miser. lacrima*, r^{2}. *illae miser. lacrima*, θ. *illae miser. lacrimae*, β. — *exosculamur*, RθTd (codd. vetustiss. Leidd. et Voss. ap. Oudend. ad Suet. Tib. 10. et ad Appul. met.

quaedam visibilem eius partem accipiunt atque transmittunt.
Sic magna cogitatio obcaecat abducto intus visu; sic in morbo 147
comitiali, animo caligante, aperti nihil cernunt. Quin et patentibus dormiunt lepores multique hominum, quos κορυβαντιᾶν Graeci dicunt. Tenuibus multisque membranis eos natura composuit, callosis contra frigora caloresque in extumo tunicis quas subinde purificat lacrimationum salivis, lubricos propter incursantia et mobilis.

55. Media eorum cornua fenestravit pupilla, cuius an- 148
gustiae non sinunt vagari incertam aciem ac velut canali dirigunt obiterque incidentia facile declinant, aliis nigri, aliis ravi, aliis glauci coloris orbibus circumdatis, habili mixtura ut accipiatur circumiecto candore lux et temperato repercussu non obstrepat, adeoque iis absoluta vis speculi ut tam parva illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est ut pleraeque alitum e manibus hominum oculos potissimum adpetant, quod effigiem suam in iis cernentes velut ad
cognata desideria sua tendunt. Veterina tantum quaedam ad 149
incrementa lunae morbos sentiunt; sed homo solus emisso umore caecitate liberatur. Post vicesimum annum multis restitutus est visus, quibusdam statim nascentibus negatus nullo oculorum vitio, multis repente ablatus simili modo nulla praecedente iniuria. Venas ab iis pertinere ad cerebrum peritissimi auctores tradunt, ego et ad stomachum crediderim;
certe nulli sine redundatione eius eruitur oculus. Morientibus 150

p. 199.) *osculamur*, βγ. — *animum ipsum*, Rd. *animum ipsi*, θ. *animam ipsam*, Hildebrandt. ad Appul. T. I. p. 176. — *videmur*, d. *videtur*, Rθ. — *Hic*, Rd. — *rigentis*, R. — *est humor*, Rd. *humor est*, βγ. — *Animo autem — cernimus* om. R[1]. — *vase*, R.

§ 147. *mentis*, Tdr. — *animo — cernunt*, R. *animo cal. ap. nihil cern.*, βγ. Om. d. — *quos*, Rd. *quas*, θ. *quod*, β. — κορυβαντιᾶν, I. C. Scaliger ad Aristot. l. l. I. 9, 72. *corybantia*, R (vet. script. Salmas. exerc. p. 764. b. A.) *corybantias*, θ. *corybantiare*, d. Id etiam volunt Scalig. ad Catull. 41, 8. et Rutgers. var. lectt. 6, 8. *corybantiam*, β. — *Graeci dicunt*, R. *gredicunt*, d. *regrediunt*, vet. scriptura Salmas. *credunt*, Scalig. filius. — *extumo*, RθST. *extimo*, dγ. *extremo*, β. — *purificat*, Rr. *purificant*, dβγ. — *saliva*, r.

§ 148. *cornua*, Rd. *cornea*, β. — *ac*, R. *et*, dβγ. — *ob idq;*, d. V. Hand. Tursell. 4, 364. — *aliis nigri*, R. *aliis nigra*, STd. *aliis nigri, aliis atri*, β. — *aliis ravi*, R[2]θ. *aliis aravi*, R[1]STd. *aliis rufi*, β. V. Aristot. l. l. 1, 10. — *aliis*, R. *talis*, STd. — *habili mistura ut*, θ. *ut hab. mixt. et*, Rdβγ. *et habili mixt. et*, T. — *extempereto*, Rd. — *plerique*, R.

§ 149. *incrementa*, R[2]. *crementa*, R[1]θd (quinque codd. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 161.) γ. — *ullo*, d. — *Venam*, d. — *auctores*, Aristot. l. l. 1, 11. p. 492[a] 21. — *ego et*, RθTd. *ego*, β. — *vertitur*, r. *excaecatur*. Dalec.

illos operire rursusque in rogo patefacere Quiritium magno
ritu sacrum est, ita more condito ut neque ab homine su-
premum eos spectari fas sit, et caelo non ostendi nefas. Uni
animalium homini depravantur, unde cognomina Strabonum
et Paetorum. Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur
Coclites vocabantur, qui parvis utrisque Ocellae; Luscini
iniuriae cognomen habuerunt. Nocturnorum animalium veluti 151
felium in tenebris fulgent radiantque oculi, ut contueri non
sit, et caprae lupoque splendent lucemque iaculantur; vituli
marini et hyaenae in mille colores transeunt subinde; quin
et in tenebris multorum piscium refulgent aridi, sicut robusti
caudices vetustate putresque. Non connivere diximus, quae
non obliquis oculis sed circumacto capite cernerent. Cha- 152
maeleonis oculos ipsos circumagi totos tradunt. Cancri in
obliquom adspiciunt, crusta fragili inclusos gerentes. Locustis
squillisque magna ex parte sub eodem munimento praeduri
eminent. Quorum duri sunt, minus cernunt quam quorum
umidi. Serpentium catulis et hirundinum pullis, si quis eruat,
renasci tradunt. Insectorum omnium et testacei operimenti 153
oculi moventur sicut quadripedum aures. Quibus fragilia
operimenta, iis oculi duri. Omnia talia et pisces et insecta
non habent genas nec integunt oculos. Omnibus membrana
vitri modo tralucida optenditur.

56. Palpebrae in genis homini utrimque, mulieribus vero 154
etiam infectae cotidiano; tanta est decoris adfectatio ut tin-
guantur oculi quoque. Alia de causa hoc natura dederat ceu

§ 150. *illos*, Rd[2]. Omitt. d[1]βγ. — *magno*, R[2]. Omitt. R[1]Tdrγ. — *fas*, d. — *nascerentur*, R (codd. Gel.) *nascuntur*, Td. — *vocabantur*, R[2]. *vocantur*, d. *vocabunt*, R[1]. — *Ocelli*, K. — *Luscini*, R[2] (codd. Gel.) *Lucini*, R[1]. *Luccini*, d. — *habuerunt*, RθTd. *habuere*, codd. Gel. β.

§ 151. *veluti*, RθTd. *velut*, β. — *caprae*, Rθd. *capreae*, β. — *refulgent sicut aridi caudices*, r. — *putresque*, R. *putres. Quae*, d. *putres*, βγ. — *diximus* 8, 107. — *non*, omitt. Rd.

§ 152. *Chamaeleonis*, Rθd. *Chamaeleontis*, β. — *inclusos gerentes*, RθT. *inclusis gerentes*, d. *inclusis rigentes*, βγ. — *squillis*, R. — *ex magna*, d. — *Quorum duri sunt*; haec et sequentia sumpsit Plin. ex Aristot. part. anim. 2, 13. — *ex irundinum*, R. — *servat*, R. *sorbeat*, d.

§ 153. *testacei operimenti*, θ. *testei operimenti*, RTd. *quibus testacea operimenta*, β. — *monentur*, R. — *tralucida*, RT. *translucida*, dβγ.

§ 154. *hominum utrumque*, T. — *infectae quotidiano*, R. *infetae quotidiano*, d. *infectu quotidiano*, θ. *insectae. Quotidiana tanta*, r. *mul. cura etiam infectae quotidiana*, Hard. — *has*, Dalec. — *dedit*, Td. — *fortuito*, R[1] (Leid. ap. Oudend. ad Suet. Tib. 39.) *fortuitu*, R[2]dβγ.

vallum quoddam visus et prominens munimentum contra oc-
cursantia animalia aut alia fortuito incidentia. Defluere eas 155
haud inmerito venere abundantibus tradunt. Ex ceteris nulli
sunt nisi quibus et in reliquo corpore pili; sed quadripedibus
in superiore tantum gena, volucribus in inferiore et quibus
molle tergus, ut serpentibus, et quadripedum quae ova pa-
riunt, ut lacertae. Struthocamelus alitum sola ut homo utrim-
que palpebras habet.

57. Ne genae quidem omnibus; ideo neque nictationes 156
iis quae animal generant. Graviores alitum inferiore gena
connivent; eaedem nictantur, ab angulis membrana obeunte.
Columbae et similia utraque connivent, at quadripedes quae
ova pariunt, ut testudines, crocodili, inferiore tantum, sine
ulla nictatione, propter praeduros oculos. Extremum ambi- 157
tum genae superioris antiqui cilium vocavere, unde et super-
cilia. Hoc volnere aliquo diductum non coalescit, ut in pau-
cis humani corporis membris.

58. Infra oculos malae homini tantum, quas prisci genas vocabant, XII tabularum interdicto radi a feminis vetantes. Pudoris haec sedes; ibi maxume ostenditur rubor.

59. Intra eas hilaritatem risumque indicantes buccae et 158
altior homini tantum, quem novi mores subdolae inrisioni
dicavere, nasus. Non alii animalium nares eminent; avibus,
serpentibus, piscibus foramina tantum ad olfactus sine nari-
bus. Et hinc cognomina Simorum, Silonum. Septumo mense
genitis saepenumero foramina aurium et narium defuere.

§ 155. *immedio*, R[1]. — *nulli*, Rd. *nullis*, Dalec. Om. β. — *Simia quadrupedum sola*, K. — *volucribus — lacertae*, non suo loco posita dicit Pint. — *in*, omitt. Rd. — *inferiori*, d. — *ut*, R[2]d. *in*, R[1]. — *quadrupedum*, Td. — *alitum superiore gena; at simia ut homo*, Pint. coll. Aristot. part. anim. 2, 14. init. 4, 14., hist. anim. 2, 8. p. 502[a] 31. et ipso Plinio 11, 246.

§ 156. *Ne*, ita nos scripsimus. *Nec*, Rd$\beta\gamma$. — *nictationes*, R. *nictatio in*, d. — *his*, d. — *inferiori*, d. — *conivent*, R (semper.) — *nictarit ab ang. membr. exeunte*, r.

§ 157. *ut in*; pro his vv. habent *In* Rd, ut coniectura Pintiani nomini *membris* addenda esse *idem contingit* vel simile aliquid perquam sit probabilis; v. Aristot. l. l. 1, 13. *membri*, R. *ut pauca hum. corp. membra*, K. — *a*, RTd. Omitt. rβ. — *feminis*, om. r. Huic voci adiiciunt *eas* $\beta\gamma$, quod omitt. RTd. — *vetantes*, om. Lips. quaest. epist. 1, 7. — *ubi*, r.

§ 158. *Intra*, RTdr. *Infra*, $\theta\beta$. — *hilaritatem*, R. *hilaritates*, r. *hilaritatis*, θTd. — *dictavere*, θr. — *alii*, d. $\overset{i}{a}$, R. — *olfactum*, r. — *Simorum*, delent Robortell. in Gruteri lamp. 2, 21. et Hard., defendit Sigon. ibid. p. 140.

60. Labra, a quibus Brocchi Labeones dicti, et os probum 159
duriusve animal generantibus; pro iis cornea et acuta volucribus rostra. Eadem rapto viventibus adunca, collecto recta, herbas ruentibus limumque lata, ut suum generi. Iumentis vice manus ad colligenda pabula ora, apertiora laniatu viventibus. Mentum nulli praeter hominem, nec malae. Maxillas crocodilus tantum superiores movet, terrestres quadripedes eodem quo cetera more praeterque in obliquom.

61. Dentium tria genera, serrati aut continui aut exserti; 160
serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur,
ut serpentibus, piscibus, canibus; continui, ut homini, equo;
exserti, ut apro, hippopotamo, elephanto. Continuorum qui
digerunt cibum lati et acuti, qui conficiunt duplices, qui dis-
criminant eos canini appellantur; hi sunt serratis longis-
simi. Continui aut utraque parte ori sunt, ut equo, aut su- 161
periore primores non sunt, ut bubus, ovibus omnibusque
quae ruminant. Caprae superiores non sunt praeter primores
geminos. Nulli exserti, quibus serrati; raro feminae et tamen
sine usu; itaque cum apri percutiant, feminae sues mordent.
Nulli cui cornua exserti, sed omnibus concavi, ceteris den- 162
tes solidi. Piscium omnibus serrati praeter scarum; huic uni
aquatilium plani. Cetero multis eorum in lingua et toto ore,
ut turba volnerum molliant quae attritu subigere non queunt;
multis et in palato atque etiam in cauda; praeterea in os
vergentes, ne excidant cibi, nullum habentibus retinendi
adminiculum.

62. Similes aspidi et serpentibus, sed duo in supera parte 163
dextra laevaque longissimi, tenui fistula perforati ut scor-

§ 159. *Labara*, R. — *Brocchi*, Hard. R^2. *Bocchi*, R^1. *Bochi*, θTd. *Brocci*, β. — *os*, R. *his*, d. — *ruentibus*, R. *eruentibus*, dγ. *rodentibus*, r. V. Aristot. l. l. 8, 6. — *lata*, R^2. *rata*, R^1. *sata*, d. — *Mentum* — *malae* om. R^1. — *quadrupedes*, R^2. Omitt. R^1Td. — *praeterque*, RSTd. *praeterquam*, β.

§ 160. *pectinantim*, R^2. *pectinantes*, R^1. Haec omnia sumpsit Plin. ex Aristot. part. anim. 3, 1. init. et hist. an. 2, 1. p. 501^a 8. — *ut apro*; pro his vv. habent *pro* R^1d, *ut* R^2. — *Continui horum*, d. — *cibum acuti; lati qui conficiunt, et duplices qui discr. eum*, Dalec. — *appelletur*, R^1.

§ 161. *ori*, RTd. *oris*, βγ. — *superiori*, d. — *priores*, T. — *omnibusque*, om. R^1. — *geminos*, d. *genuinos*, RθSTK.

§ 162. *exsertis*, Rd. — *sed sui omnes*, K. — *cui cani*, d. — *ceteri*, Rd. — *pleni*, Rd. — *queunt*, RTd. *queant*, β. — *cauda*, Rd. *gula*, Rondelet. K, quod probat Cuvier. ad h. l. p. 261. — *ne*, Rd. *ut*, r.

§ 163. *superiori*, Td. — *dextra*, Rd. *dextera*, βγ. — *scorpioni*, R. *scorpionum*, dβγ. — *venas*, RθTd. *venis*, βγ. — *pervenire et has per ventrem descen-*

pioni aculei, venenum infundentes. Non aliud hoc esse quam
fel serpentium et inde venas sub spina ad os pervenire di-
ligentissimi auctores scribunt; quidam unum esse eum et,
quia sit aduncus, resupinari, cum momorderit; aliqui tum
decidere eum rursusque recrescere facilem decussu, et sine
eo esse quas tractari cernamus; scorpionis caudae inesse
eum et plerisque ternos. Viperis dentes gingiva conduntur; 164
haec eodem praegnans veneno inpresso dentium repulsu
virus fundit in morsus. Volucrum nulli dentes praeter ve-
spertilionem. Camelus una ex iis quae non sunt cornigera in
superiore maxilla primores non habet. Cornua habentium
nulli serrati. Et cocleae dentis habent; indicio est iam a
minumis earum derosa vicia. At in marinis crustata et car- 165
tilaginea primores habere, item echinis quinos esse unde
intellegi potuerit miror. Dentium vice aculeus insectis. Si-
miae dentes ut homini. Elephanto intus ad mandendum
quattuor praeter eos qui prominent, masculis reflexi, feminis
recti atque proni. Musculus marinus, qui balaenam antece-
dit, nullos habet sed pro iis saetis intus os hirtum et lin-
guam etiam ac palatum. Terrestrium minutis quadripedibus
primores bini utrimque longissimi.

63. Ceteris cum ipsis nascuntur, homini postquam natus 166
est septumo mense. Reliquis perpetui manent; mutantur ho-
mini, leoni, iumento, cani et ruminantibus, sed leoni et cani
non nisi canini appellati. Lupi dexter caninus in magnis
habetur operibus. Maxillaris, qui sunt a caninis, nullum
animal mutat. Homini novissimi qui genuini vocantur circiter

dere dilig., K. — *tum*, Rd. *tunc*, $\beta\gamma$. — *eos*, R. — *quas*, RθTdr. *quos*, β. — — *ternis*, R^1.

§ 164. *Viperis*, RθTdr. *Viperae*, $\beta\gamma$. — *gingiva*, R^2. *gingivas*, R^{1}d. *gingivis*, $\beta\gamma$. — *eodem*, RθTd. *eadem*, β. — *impressu*, r. — *repulsa*, Rdr. — *dentes nulli*, d. — *cornigera in*, d. *cornigerā*, R. — *superiore*, R. *superiori*, d$\beta\gamma$. — *priores*, RθTd. Idem aut *primos* habent codd. Oudend. ad Appul. met. p. 93. — *habent*, Rd. — *nullis*, θ. — *iam*, ita nos scripsimus. *tam*, Rd. *etiam*, γ. Om. β. — *a minumis*; pro his vv. habent *inanimis* Rd. — *vicia*, R^2. *victa*, R^{1}d^1. *viti*, d^2. *vitis*, $\beta\gamma$. *derodi vites*, K. V. 18, 156.

§ 165. *cartilagina*, R. — *primores*, Rd. *primos*, θTK. — *Dentes*, d^1. — *aculeis*, R^1. — *Elephanto*, v. Aristot. hist. anim. 2, 5. — *praeter*, d. *praeterque*, R$\beta\gamma$. — *masculinis*, β. — *Masculus*, R^{1}d. V. Aristot. l. l. 3, 12. p. 519^a 23. — *hirsutum*, Td. — *ac palatum*, R (codd. Gel.) *appellatam*, d.

§ 166. *ipsi*, Rd. — *perpetui*, RθTd. *perpetuo*, $\beta\gamma$. — *subantibus*, r. — *cani*, Aristot. l. l. 6, 20. extr. — *operibus habetur*, d. — *circiter*, omitt. RTd. V. Aristot. l. l. 2, 4.

vicesimum annum gignuntur, multis et octogesimo, feminis
quoque, sed quibus in iuventa non fuere nati. Decidere in 167
senecta et mox renasci certum est. Zoclen Samothracenum,
cui renati essent post centum et quattuor annos, Mucianus
visum a se prodidit. Cetero maribus plures quam feminis in
homine, pecude, capra, sue. Timarchus Nicoclis filius Paphii
duos ordines habuit maxillarum; frater eius non mutavit
primores ideoque praetrivit. Est exemplum dentis homini
et in palato geniti. At canini amissi casu aliquo numquam
renascuntur. Ceteris senecta rufescunt, equo tantum candi-
diores fiunt.

64. Aetas veterinorum dentibus indicatur. Equo sunt nu- 168
mero XL; amittit tricesimo mense primores utrimque binos,
sequente anno totidem proxumos, cum subeunt dicti colu-
mellares; quinto anno incipiente binos amittit qui sexto anno
renascuntur; septumo omnis habet et renatos et inmutabilis.
Equo castrato prius non decidunt dentes. Asinorum genus 169
tricesimo mense similiter amittit, dein senis mensibus; quod
si non prius peperere quam decidant postremi, sterilitas
certa. Boves bimi mutant; suibus decidunt numquam. Ab-
sumpta hac observatione senectus in equis et ceteris veteri-
nis intellegitur dentium brocchitate, superciliorum canitia et
circa ea lacunis, cum fere sedecim annorum existumantur.
Hominum dentibus quoddam inest virus; namque et speculi 170

incensimum annum, R. *vicesimo anno*, Td. — *multum*, R^1. — *iumenta*, R. — *nati. Decidere*, Scaliger ad Aristot. l. l. II. 11, 78. Confirmant Rdr. *nati, decidere*, β.

§ 167. *Zoclen*, RTd. *Zanclen*, β. — *Samothraceni*, R. — *cui*, RTd. *civem cui*, β. — *capra sue*, Td. *capre sue*, R. *capris sue*, Kγ. *caprisve*, β. — *Nicoclis*, R^2d. *machis*, R^1. — *Paphii*, Barbar. *Papii*, Rd. *Nic. illius pater*, Pint. secundum Aristot. ap. Polluc. 2, 95. — *praeterivit*, Rd. *pertrivit*, Barbar. — *dentes homini et palato gigni*, r. — *A*, Rd. — *caninis*, RTd. — *rufescunt*, Rθ. *rubescunt*, βγ. *livescunt*, Pint.

§ 168. *iudicatur*, θ. — *sequente*, R. *sequenti*, dβγ. — *columinelares*, R^1. — *renatum*, R^1.

§ 169. *dein*, Rd. *deinde*, βγ. — *bimi mutant*, R (codd. Gel.) *bis mutant*, Td. *bimutant*, θ. *Bubus bis mutantur*, r. — *Subus*, R^1θ. — *decidunt nunquam*, R^2. *decidunt unquam*, R^1d. *non decidunt unquam*, θ. — *dentium rubore*, K. — *brocchitate*, R. *bronchitate*, K. *brochitate*, dβγ. — *canitia*, Rd. *canitie*, βγ. — *XV*, Td.

§ 170. *hebetant et*, R^2. *hebetantes*, R^1d. — *dicta sunt* 7, 68—71. — *morbis*, Rd. *morbi*, βγ. *morbos*, Dalec. — *infantium*, Rθd. *infantiae*, r. *infantia*, K. — *saevissime*, Rθd. *saevissima*, βγ. — *dentiunt*, R^1θ. *dentium*, R^2d. *dentibus*, βγ.

§ 171. *supra dictis*, sc. *serpentibus*. Ceterum v. Aristotel. hist. anim. 6, 17. p. 508^a 25. — *quam*, Rd. Om. γ.

nitorem ex adverso nudati hebetant et columbarum fetus
inplumis necant. Reliqua de iis in generatione hominum di-
cta sunt. Erumpentibus morbis corpora infantium accipiunt;
reliqua animalia quae serratos habent saevissime dentiunt.
65. Linguae non omnibus eodem modo. Tenuissima ser- 171
pentibus et trisulca, vibrans, atri coloris et si extrahas prae-
longa, lacertis bifida et pilosa; vitulis quoque marinis du-
plex, sed supra dictis capillamenti tenuitate, ceteris ad cir-
cumlambenda ora. Piscibus paulo minus quam tota adhaerens,
crocodilis tota; sed in gustatu linguae vice carnosum aqua-
tilibus palatum. Leonibus, pardis omnibusque generis eius, 172
etiam felibus, imbricatae asperitatis ac limae similis attenu-
ansque lambendo cutem hominis, quae causa etiam man-
suefacta, ubi ad vicinum sanguinem pervenit saliva, invitat
ad rabiem. De purpurarum linguis diximus. Ranis prima
cohaeret, intuma absoluta a gutture, qua vocem mittunt ma-
res, cum vocantur ololygones. Stato id tempore evenit, 173
cientibus ad coitum feminas; tum siquidem inferiore labro
demisso ad libramentum aquae modicae receptae in faucis
palpitante ibi lingua ululatus editur. Tunc attenti buccarum
sinus perlucent, oculi flagrant labore propulsi. Quibus in
posteriore parte aculei, his et dentes et lingua; apibus etiam
praelonga, eminens et cicadis. Quibus aculeus in ore fistu-
losus, iis nec lingua nec dentes; quibusdam insectis intus

§ 172. *ac pardis*, β. — *muricatae*, K. — *attenuansque*, d. *attenuasque*, R. *attenuatque*, T. — *causa etiam*, d. *causā hominis*, R. — *mansuefactam*, RθTr. *mansuefactum*, d. Non multum abest, quin illam lectionem praeferam, ita ut aut traiectio adiectivi statuatur (v. Poppo, prolegg. ad Thucyd. T. I. p. 109. et ad ipsum scriptorem 1, 110.) aut per synesin *feram* intelligatur. De similibus loquendi formis v. ad 35, 60. 37, 5. *Qua de causa etiam mansuefactorum, ubi ad— pervenit. Saliva inv.*, Dalec. — *diximus* 9, 128. — *qua vocem*, d (omnes codd. Salmas. exerc. p. 942. a. F.) *qua voce*, R. *quae vocem*, β. — *mares cum*, Rθdr (codd. Salmas.) *matres cum*, T. *Mares tum*, β novam hinc periodum incipiens. — *ololyzontes*, Barbar. *quam vocant ololygonem*, Pint. *cum vocant, ololygonem*, Hard. At v. Gesner. hist. anim. 2, 48.

§ 173. *aquae modicae*, Rd. *modicae aquae*, βγ. — *editur*, R^2r. *elicitur*, θTKγ. *elitur*, R^1d (quattuor codd. ap. Oudend. ad Suet. Aug. 14.) *alitur*, unus cod. Oudend. *eiicitur*, β. *eliditur*, Oudend. coll. § 269. 14, 146. — *Tunc*, R. *no*, d. — *adtenti*, R^2. *extenti*, R^1dβγ. — *flagrant oculi*, d. — *propulsi*, codd. Hard. *pulsi*, R. *repulsi*, Td. *perculsi*, K. *perpulsi*, β. — *posteriore*, Rθ. *posteriori*, dβγ. V. Aristot. part. anim. 4, 6. p. 683^a 3. — *his et*, R. *et his*, θ. *et*, Td. *iis et*, β. *et iis*, γ. — *linguae*, T. — *praelongae*, T. — *eminentes*, Td. — *aculeis—fistulosis*, d.

lingua, ut formicis. Ceterum lata elephanto praecipue; re- 174
liquis in suo genere semper absoluta, homini tantum ita
saepe constricta venis ut intercidi eas necesse sit. Metellum
pontificem adeo inexplanatae fuisse accipimus ut multis men-
sibus tortus credatur, dum meditatur in dedicanda aede Opi-
ferae dicere. Ceteris septumo ferme anno sermonem ex-
primit; multis vero talis ars eius contingit ut avium et
animalium vocis indiscrete edatur imitatio. Intellectus saporum
ceteris in prima lingua, homini et in palato.

66. Tonsillae in homine, in sue glandulae. Quod inter eas 175
uvae nomine ultimo dependet palato homini tantum est.
Sub ea minor lingua nulli ova generantium; opera eius
gemina duabus interpositae fistulis. Interior earum appella-
tur arteria ad pulmonem atque cor pertinens; hanc operit
in epulando, spiritu et voce illa meante, ne si potus cibusve
in alienum deerraverit tramitem torqueat. Altera exterior 176
appellatur sane gula qua cibus atque potus devolat; tendit
haec ad stomachum, is ad ventrem. Hanc per vicis operit,
cum spiritus tantum aut vox conmeat, ne restagnatio intem-
pestiva alvi obstrepat. Ex cartilagine et carne arteria, gula
e nervo et carne constat.

67. Cervix nulli nisi quibus utraque haec; ceteris collum, 177
quibus tantum gula; sed quibus cervix, e multis vertebra-
tisque orbiculatim ossibus flexilis ad circumspectum articu-
lorum nodis iungitur, leoni tantum et lupo et hyaenae sin-

ut, d. *aut*, R.

§ 174. *alta* vel *latens*, Camperus ap. Schneider. ad Aristot. hist. anim. 1, 6. T. II. p. 89. *Veterinum lata*, *elephanto perexigua*, Pint. — *intercidi*, RTd. *interdici*, β. — *accipimus*, RTd. *accepimus*, βγ. — *tornus*, Rd. — *Opis vere*, Hard. γ. *Opifera* est intelligenda *Fortuna*, cui sacra et templa dedicata fuisse docet inscriptio ap. Orell. 1753. — *ars eius*, R^{2}. *eius*, d. Om. R^{1}. *eius ars*, βγ. — *contigit*, K. — *indiscrete*, K. *discrete*, Rθd. — *ceteris*, Rd. *est ceteris*, βγ.

§ 175. *ea*, Barbar. R. *eo*, Td. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 1, 12. 2, 15. init. — *lingua*; huic voci teste Barbaro adiiciunt *epiglossis appellata* βγ, quas tamen voces RθSTdr omitt. — *Opercula*, K. — *interposita*, θTd. — *Exterior*, K. — *arteria*, R^{2}d^{2}. *alteri*, R^{1}. Om. d^{1}. Multa in his vv. et corrigendo et transponendo mutat Pint. — *spiritu*, Rd. *ne spiritu*, βγ; v. infra. — *et*, Rd. *ac*, βγ. — *illa*, RθT. *illac*, d (?) βγ. — *ne si*, ita nos scripsimus. *nisi*, Rd. *si*, βγ. — *deerraverit*, Rd. *deerravit*, β.

§ 176. *interior*, K. — *appellatur*, RθTd. *appelletur*, βγ. — *devolat*, R^{1}Td. *devolant*, θ. *devolatur*, R^{2}. *devoratur*, βγ. — *alimenti obrepat*, Dalec. — *Et cart.*, Rd. V. Aristot. part. anim. 3, 3. — *gula e*, θ. *gulę*, Rd. *gula*, βγ.

§ 177. *flexitilis*, r. Ceterum v. Aristot. part. anim. 4, 10. init. — *singulis*, Rd. *ex singulis*, βγ. — *regens*, R^{1}. *riget*, Dalec.

gulis rectisque ossibus rigens. Cetero spinae adnectitur, 178
spina lumbis, ossea sed tereti structura, per media foramina
a cerebro medulla descendente. Eandem esse ei naturam
quam cerebro colligunt, quoniam praetenui eius membrana
modo incisa statim exspiretur. Quibus longa crura, iis longa
et colla; item aquaticis quamvis brevia crura habentibus, si-
mili modo uncos unguis.

68. Guttur homini tantum et suibus intumescit aquarum 179
quae potantur plerumque vitio. Summum gulae fauces vo-
cantur, extremum stomachus. Hoc nomine est sub arteria
iam carnosa inanitas adnexa spinae ad latitudinem ac longi-
tudinem lacunae modo fusa. Quibus fauces non sunt, ne
stomachus quidem est nec colla nec guttur, ut piscibus, et
ora ventribus iunguntur. Testudini marinae lingua nulla nec 180
dentes; rostri acie conminuit omnia; postea arteria et sto-
machus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos
cibos, decrescentibus renis, quidquid adpropinquat ventri;
novissima asperitas ut scobina fabris.

69. Cor animalibus ceteris medio pectore est, homini tan- 181
tum infra laevam papillam turbinato mucrone in priora emi-
nens; piscibus solis ad os spectat. Hoc primum nascentibus
formari in utero tradunt, deinde cerebrum, sicut tardissime
oculos; sed hos primum emori, cor novissime. Huic prae-
cipuus calor; palpitat certe et quasi alterum movetur intra
animal, praemolli firmoque opertum membranae involucro,

§ 178. *dissimili*, K.

§ 179. *subus*, d. — *postremum*, r. Pint. in hac et seq. paragrapho permulta mutat. — *Hoc nomine*, R. *Homini*, Td. — *ad latitudinem*, r. *et latitudinem*, Rd. *in longitudinem*, K. *et latitudine*, γ. De praepositione *ad* v. ad 34, 8. — *ac longitudinem*, R²dr. *ac latitudinem*, K. *ac longitudine*, γ. Om. R¹. — *lacunae*, RθTdr (codd. Bud. de asse p. 564.) *laciniae*, alii codd. eiusd. *lagenae*, Pint. Kβ. — *fusae*, r. *effusa*, K. — *ne*, R. *nec*, d.

§ 180. *linguae nullae*, d. — *post arteriam est*, K. — *denticulatu*, R². *denticulus*, R¹. *denticulis*, d. — *tubi*, K. — *renis*, RTd. *crenis*, Barbar. β. Neutra lectio a quoquam hucusque explicata; nam quae Barbar. de sua coniectura affert, mera sunt commenta. *venis*, Lugdun. *serris*, Hard. *hirris*, Oudend. ad Appul. met. p. 586. et ad dogmm. Plat. 1. p. 213. Plura quam haec una vox in h. l. sunt corrupta. — *quo magis*, K. *quacumque*, Hard. — *appropinquet*, d. — *fabris*, Rd. *fabri*, β.

§ 181. *medio*, Rd. *in medio*, βγ. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 1, 17. init. — *mucrone priore*, r. — *ad os*, Aristot. part. anim. 3, 4. p. 666ª 11. et hist. an. 2, 17. init. — *in utero formari*, d. — *dein*, d. — *intra animal*, Barbar. *intra animalia*, RθTd. *animal intra*, β. Alia tentat Dalec.

munitum costarum et pectoris muro, ut pariat praecipuam
vitae causam et originem. Prima domicilia intra se animo 182
et sanguini praebet sinuoso specu et in magnis animalibus
triplici, in nullo non gemino; ibi mens habitat. Ex hoc fonte
duae grandes venae in priora et terga discurrunt sparsaque
ramorum serie per alias minores omnibus membris vitalem
sanguinem rigant. Solum hoc viscerum vitiis non maceratur
nec supplicia vitae trahit laesumque mortem illico adfert.
Ceteris conruptis vitalitas in corde durat.

70. Bruta existumantur animalium quibus durum riget, 183
audacia quibus parvom est, pavida quibus praegrande; ma-
xumum autem est portione muribus, lepori, asino, cervo,
pantherae, mustelis, hyaenis et omnibus timidis aut propter
metum maleficis. In Paphlagonia bina perdicibus corda. In
equorum corde et boum ossa reperiuntur interdum. Augeri 184
id per singulos annos in homine et binas drachmas ponderis
ad quinquagesimum accedere, ab eo detrahi tantundem et
ideo non vivere hominem ultra centesimum annum defectu
cordis Aegyptii existumant, quibus mos est cadavera adser-
vare medicata. Hirto corde gigni quosdam homines proditur,
neque alios fortiores esse industria, sicut Aristomenem Mes-
senium qui ccc occidit Lacedaemonios. Ipse convolneratus 185
captus semel per cavernam lautumiarum evasit angustias,
volpium aditus secutus; iterum captus, sopitis custodibus
somno, ad ignem advolutus lora cum corpore exussit; tertio
capto Lacedaemonii pectus dissecuere viventi hirsutumque
cor repertum est.

71. In corde summo pinguitudo quaedam est laetis extis; 186
non semper autem in parte extorum habitum est. L. Po-

pariat, Rd. *pareat*, θT. *par erat*, Pint. *appareat*, Hard. — *origine primam. Domic.*, θ.

§ 182. *animi*, d. — *sanguinis*, Rd. — *triplici, in minoribus gemino, in nullo non aliquo*, Pint. — *priora*, Rd. *prorsa*, θTr. — *sparsaque*, Rθd. *sparsaeque*, Barbar. β. — *series*, d. — *Ceteris*, d. *eceteris*, R. — *corrupti*, R¹d.

§ 183. *leporibus*, d. — *timidis nimia aut*, r. *timidis ac minimis*, Dalec. — *praeter*, K. — *boum*, Aristot. hist. anim. 2, 15. p. 506ª 8.

§ 184. *Auguri*, R pone h. v. interpungens. — *et*, RT. *ac*, dβγ. *et ad*, S. — *dragmas*, R. — *quinquagesimum*, Rd¹. *quinquagesimum annum*, d²β. — *Hirto*, RθTd. *Hirsuto*, β. — *fortiores esse industria*, RKd. *fortioris esse industriae*, β. — *sicut*, d². *et sicut*, Rd¹.

§ 185. *captus*, Rd. *et captus*, βγ. — *cavernam*, R. *cavernas*, Tθdr. — *lautumiarum*, RθTdr. *latomiarum*, β. — *angustias*, R²θr. *angustiae*, R¹. *anguste*,

stumio Albino rege sacrorum post centesimam vicesimam
sextam olympiadem, cum rex Pyrrus ex Italia decessisset,
cor in extis haruspices inspicere coeperunt; Caesari dicta-
tori, quo die primum veste purpurea processit atque in sella
aurea sedit, sacrificanti bis in extis defuit. Unde quaestio 187
magna de divinatione argumentantibus, potueritne sine illo
viscere hostia vivere an ad tempus amiserit. Negatur cre-
mari posse in iis qui cardiaco morbo obierint; negatur et
veneno interemptis. Certe exstat oratio Vitelli qua reum Pi-
sonem eius sceleris coarguit, hoc usus argumento palamque
testatus non potuisse ob venenum cor Germanici Caesaris
cremari; contra genere morbi defensus est Piso.

72. Sub eo pulmo est spirandique officina attrahens ac 188
reddens animam, idcirco spongeosus ac fistulis inanibus ca-
vos. Pauca eum, ut dictum est, habent aquatilia, ac cetera
ova parientia exiguum, spumosum nec sanguineum; ideo non
sitiunt. Eadem est causa, quare sub aqua diu ranae et pho-
cae urinentur. Testudo quoque, quamvis praegrandem et sub
toto tegimento habeat, sine sanguine tamen habet. Quanto
minor hic corporibus, tanto velocitas maior. Chamaeleoni por-
tione maxumus et nihil aliud intus.

73. Iecur in dextera parte est, in eo quod caput extorum 189
vocant, magnae varietatis. M. Marcello circa mortem, cum
periit ab Hannibale, defuit in extis; sequenti deinde die ge-
minum repertum est. Defuit et C. Mario, cum inmolaret
Uticae, item Gaio principi kalendis Ianuari, cum iniret con-
sulatum quo anno interfectus est, Claudio successori eius
quo mense interemptus est veneno. Divo Augusto Spoleti 190

d[1]. *angusti*, d[2]. *angustos*, *βγ*. — *capto*, d. *captum*, R. — *viventi*, RθTKd. *causa videndi*, *β*.

§ 186. *summa*, T. — *pinguedo*, Td. — *quaedam est*, RTd. *est quaedam*, *βγ*. — *L. Postumio Albino*, Barbar., cuius codd. *L. Albino* vel *M. Postumio* habent. *L. Postumio L. Albino*, Rd. An Plin. *L. F. Albino* scripsit? — *sextam*, RθTdr. *tertiam*, *β*. — *decessisset*, R. *discessisset*, d*βγ*. — *insedit*, K. — *sacrificanti bis*; pro his vv. habent *sacrificantibus* Rd.

§ 187. *illo*, R. *ullo*, d*β*. V. Cicer. de divin. I. 52, 119. — *omiserit*, Rd. — *Negantur*, d. — *negantur*, R.

§ 188. *Super*, Dalec. V. Aristot. part. anim. 3, 6. — *ut dictum est* 9, 16. — *ac cetera*, Rd. *et cet.*, T. *at cet.*, Dalec. *γ*.

§ 189. *dextera*, Rd. *dextra*, *βγ*. Vid. Aristot. hist. anim. 1, 17. p. 496^b 16. — *defuit in exitu*, r. — *Ianuari*, R[2]. *genuaris*, R[1]. *ienuariis*, d. *Ianuariis*, *βγ*.

sacrificanti primo potestatis suae die sex victimarum iocinora
replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt responsum-
que duplicaturum intra annum inperium. Caput extorum
tristis ostenti caesum quoque est praeterquam in sollicitu-
dine ac metu; tunc enim perimit curas. Bina iocinora lepo-
ribus circa Briletum et Tharnen et in Cherronneso ad Pro-
pontidem, mirumque translatis alio interit alterum.

74. In eodem est fel non omnibus datum animalibus; in 191
Euboeae Chalcide nullum pecori, in Naxo praegrande gemi-
numque, ut prodigi loco utrumque advenae. Equi, muli,
asini, cervi, capreae, apri, cameli, delphini non habent, mu-
rium aliqui habent; hominum paucis non est, quorum vale-
tudo firmior et vita longior. Sunt qui equo non quidem in 192
iecore esse sed in alvo putent et cervo in cauda aut inte-
stinis; ideo tantam amaritudinem ut a canibus non attin-
gantur. Est autem nihil aliud quam purgamentum pessumum
sanguinis et ideo amarum est; certe iecur nulli est nisi san-
guinem habentibus. Accipit hoc a corde cui iungitur fundit-
que in venas.

75. Sed in felle nigro insaniae causa homini morsque toto 193
reddito. Hinc et in mores crimen bilis nomine. Adeo ma-

§ 190. *sex*, om. r. — *iocinera*, Rd. *iecinora*, γ. Item infra. — *una*, K. — *visum tum quoque est*, K. — *peremit*, Rd. — *coras*, Rd. — *leporibus*, R. *lepori*, d (quinque codd. Oudend. ad Appul. dogmm. Plat. 1. p. 211.) — *Prilietum*, Rd. — *Tharnem*, Rd. *Brilettum et Parnetha*, Hard. Aliorum scriptorum de aliis locis testimonia collegit Schneid. ad Aristot. hist. anim. Tom. III. p. 310. — *in*, omitt. codd. Oudend.

§ 191. *est*, omitt. Td. V. Aristot. hist. anim. 1, 17. p. 496^{b} 22. et part. anim. 4, 2. p. 676^{b} 25. — *Euboea*, R. — *et prod. loco utr. sit advenis*, K. — *capreae*, Pint. et Gesner. hist. anim. 1, 268., quod confirmat Voss. pr. ap. Oudend. ad Suet. Tib. 45. *caprae*, θd (quattuor codd. Oudend.) β. *capri*, R^{2}. *capti*, R^{1}. — *apri*, Rθd. *capri*, quattuor codd. Oudend. *vituli marini*, Pint. — *valitudo*, R. — *firmior et*, R. *firma*, dr.

§ 192. *iecur*, R. — *putant*, d. — *tantam*, Rd. *tantam habent*, βγ. — *a*, omitt. $R^{2}d^{1}$. — *pessimum*, K. Idem habet R cum rasura pone ultimam litteram. *pessimumque*, θTdγ. *pessimi*, β. *pessimusque sanguis*, r. — *amarum est*, Hard. *in materia eius*, Rd. *in materia eius est*, β. Retinui hanc Harduini coniecturam, quamquam ex vestigiis codd. et edd. vett. potius quaedam excidisse arbitror.

§ 193. *Hinc*, om. R^{1}. — *vagum corpore*, Rr. *corpore vagum*, dβγ. — *oculis quoque*, R. *quoque oculis*, dβγ. — *ęnis*, d. *enis*, R^{1}. *innis*, R^{2}. *ahenis*, βγ. — *contacto*, R^{2}. *contelo*, R^{1}.

§ 194. *quae*, Rd. *qui*, βγ. Intelligenda sunt pecora secundum Theophr. hist. pl. IX. 17, 4., ubi v. Schneider. p. 813. — *absinthio*, Rr. *absinthium*, dβγ. — *pascuntur*, K. — *totum*, R. — *alteri*, R. — *ut in*, Rd. *ut*, βγ. — *accipitre*, R. *accipitri*, dβγ. — *iecore*, R. *pectore*, Td. — *maxima*, d.

§ 195. *Autem est*, Rd. Ex hac collocatione et quod Plin. modo de serpentibus et piscibus dixerat, nunc de avibus loquitur, lacunam in his vv. inesse arbi-

gnum est in hac parte virus, cum se fundit in animum;
quin et toto vagum corpore colorem oculis quoque aufert,
illud quidem redditum etiam aenis, nigrescuntque contacta
eo, ne quis miretur id venenum esse serpentium. Carent eo 194
quae apsinthio vescuntur in Ponto; sed renibus et parte
tantum altera intestino iungitur in corvis, coturnicibus, pha-
sianis; quibusdam intestino tantum, ut in columbis, accipitre,
murenis; paucis avium in iecore, serpentibus portione ma-
xume copiosum et piscibus. Est autem toto plerisque inte- 195
stino, sicut accipitri, milvo. Praeterea et in pectore est et
ceteris avibus, vitulis quidem marinis ad multa quoque no-
bile. Taurorum felle aureus ducitur color. Haruspices id
Neptuno et umoris potentiae dicavere, geminumque fuit divo
Augusto quo die apud Actium vicit.

76. Murium iecusculis fibrae ad numerum lunae in mense 196
congruere dicuntur totidemque inveniri quotum lumen eius
sit, praeterea bruma increscere. Cuniculorum exta in Bae-
tica gemina semper reperiuntur. Ranarum rubetarum altera
fibra a formicis non attingitur propter venenum, ut arbitran-
tur. Iecur maxume vetustatis patiens centenis durare annis
obsidionum exempla prodidere.

tror, ut legendum sit: *piscibus. Avibus autem est*; vox omissa facillime excidere potuit per proxime praecedentem. — *toto plerisque*, Rd. *plerisque toto*, βγ. — *et*, RTd. Omitt. βγ. — *pectore*, Rθ. *pecore*, Td. *iecore*, Pint. βγ. — *ceteris avibus*, RθTdr. *ceteris animalibus*, K. *cetis omnibus*, Barbar. βγ. Ceterum in his vv. multa videntur corrupta, id quod et singulae voces et ipsae res narratae indicant; sed in tanta harum rerum obscuritate, ubi alii auctores veteres prorsus nos deficiunt, ad codices videbatur redeundum esse. — *marinis*, R[2]d. *in annis*, R[1]. Pro *vit. qu. mar.* Pintian. *apris* coniecit. — *aure*, R[1]. — *et humoris*, Rd. *et Iunonis*, r. *ut humoris*, Hard.

§ 196. *iocusculus*, R[1]d. — *quintum*, R[1]. — *exta*, R. Omitt. drγ. — *gemina semper*, R. *gemina saepe*, d. *saepe gemina*, β. *saepe geminae*, γ. — *septenis*, l. — *obsidionum exempla*, Lugdun. *odionum exempla*, R. *obsidione cum explenda*, Td. *hoc syrio tum*, Vatic. 1950. 1952. *hoc sirion cum explenda*, codd. Turneb. adv. 20, 23. *hoc sirion cum exempla*, cod. Norfolc. ap. Halley. philos. transact. Vol. 17. ao. 1693. p. 524. Magnam in his vv. corruptelam inesse nemo non videt. Ac primum quidem scriptura vulgata a codd. nimium recedit; tum ipsa locutio (*exempla produnt*) usui Pliniano repugnat; denique narratio perquam inepta. Quis enim umquam de obsidionibus centum annos durantibus audivit? Quod quum per se absurdum sit, tum Herodot. 2, 157. disertis verbis narrat longissimam obsidionem fuisse urbis Azoti in Syria, quam Psammitichus rex Aegypti per viginti novem annos obsederit, unde patet falli eos, qui ex verbis Philonis in mathem. vett. p. 86. (Paris. 1693.) aliquid ad vulgatam defendendam colligi posse putant. Quae vero viri docti hucusque ad emendanda verba attulerunt, ea omnia sunt inepta, uti Turnebi coniectura *Assyriorum exempla*, Salmasii exerc. p. 940. b. A. *oxyrynchon exempta*, Petiti miscell. observ. 1, 7.

77. Exta serpentibus et lacertis longa. Caecinae Volater- 197
rano dracones emicuisse de extis laeto prodigio traditur, et
profecto nihil incredibile sit existumantibus Pyrro regi quo
die periit praecisa hostiarum capita repsisse sanguinem suum
lambentia. Exta homini ab inferiore viscerum parte sepa-
rantur membrana quam praecordia appellant, quia cordi prae-
tenditur, quod Graeci appellaverunt φρένας. Omnia quidem 198
principalia viscera membranis propriis ac velut vaginis in-
clusit providens natura; in hac fuit et peculiaris causa vici-
nitas alvi, ne cibo supprimeretur animus. Huic certe refertur
accepta subtilitas mentis; ideo nulla est ei caro sed nervosa
exilitas. In eadem praecipua hilaritatis sedes, quod titillatu
maxume intellegitur alarum ad quas subit, non alibi tenui-
ore cute, ideo scabendi dulcedine ibi proxuma. Ob hoc in
proeliis gladiatorumque spectaculis mortem cum risu traiecta
praecordia attulerunt.

78. Subest venter stomachum habentibus, ceteris simplex, 199
ruminantibus geminus, sanguine carentibus nullus; intestinus
enim ab ore incipiens quibusdam eodem reflectitur, ut sae-
piae et polypo. In homine adnexus infimo stomacho, similis
canino. His solis animalium inferiore parte angustior; itaque
et sola vomunt, quia repleto propter angustias supprimitur
cibus, quod accidere non potest iis quorum spatiosa laxitas
eum in inferiora transmittit.

79. Ab hoc ventriculo lactes in ove et homine, per quas 200

aruspicum vel *extispicum*, Halleyi *hoc seniorum* vel *hoc sirorum* (coll. Plin. 18, 306.), Harduini *accretione tum explenda.* Mihi persuasum est sub illis codicum lectionibus duorum auctorum, quorum testimoniis utatur Plin., nomina latere; et si ad codicem R confugimus eiusque scripturam cum litteris novissimis praecedentis vocis *annis* coniungimus, prius nomen fortasse legi possit *Isigonus*, quem inter auctores sui operis, licet non huius libri, Plin. affert; hic vero librum *περὶ ἀπίστων* scripserat (Sotion de fluminum fontiumque miraculis p. 138.) eumque Plin. etiam 2, 242. affert, quamvis nomen in indice illius libri reticeat. De altero nomine prorsus nihil statui potest.

§ 197. *incredibilis ita*, d. — *estimantibus*, R^2. *extimantibus*, R^1. — *infantiae*, R^1. — *separant*, θ. — *membrana*, RθTd. *membranis*, β. — *quam*, R^{2}T. *quae*, R^{1}θdβγ. — *corde*, R. *a corde*, θd. — *praetenditur*, RθTd. *praetenduntur*, β.

§ 198. *principalia*, delet Pint. — *cibis*, K. *ciboso premeretur*, R^1. — *ad quas fere subit*, Dalec. — *non ubi*, Rd. — *cute*, R. *humana cute*, d. *cute humana*, βγ. — *ideoque*, d. — *scabenda*, R^2. *scaben*, R^1. — *praecipui*, K.

§ 199. *quadrigeminus*, Pint. — *Intestinis*, T. *Intestinum*, Dalec. — *enim*, RθTd. *enim quibusdam*, β. — *incipient*, RTd. *incipit et*, θγ. — *quibusdam*, Rθd. *quadam via*, β. *quidam*, T. — *inflectitur*, T. — *ut*, R^{2}d. *a*, R^1. — *et*, Rd. Omitt. βγ. — *cani*, Dalec. — *inferiore*, R. *inferiori*, dβγ. — *itaque*, R^{2}d. *liquida*, R^1. — *et tacite vomunt*, Dalec. — *in*, Rd. *ad*, r.

labitur cibus, in ceteris hillae, a quibus capaciora intestina
ad alvom, hominique flexuosissimis orbibus. Idcirco magis
avidi ciborum, quibus ab alvo longius spatium; iidem minus
sollertes, quibus obesissimus venter. Aves quoque geminos
sinus habent quaedam, unum quo merguntur recentia, ut gut-
tur, alterum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata,
ut gallinae, palumbes, columbae, perdices. Ceterae fere ca- 201
rent eo sed gula patentiore utuntur, ut graculi, corvi, corni-
ces; quaedam neutro modo, sed ventrem proxumum habent,
quibus praelonga colla et angusta, ut porphyrioni. Venter
solidipedum asper et durus, terrestrium aliis denticulatae
asperitatis, aliis cancellatim mordacis. Quibus neque dentes
utrimque nec ruminatio, hic conficiuntur cibi, hinc in alvom
delabuntur. Media haec umbilico adnexa omnibus, in homine 202
suillae infima parte similis, a Graecis appellatur colon, ubi
dolorum magna causa; angustissima canibus, qua de causa
vehementi nisu nec sine cruciatu levant eam. Insatiabilia
animalium, quibus a ventre protinus recto intestino trans-
eunt cibi, ut lupis cervariis et inter avis mergis. Ventres ele- 203
phanto quattuor, cetera suibus similia, pulmo quadruplo ma-
ior bubulo. Avibus venter carnosus callosusque. In ventre
hirundinum pullis lapilli candido aut rubenti colore, qui che-
lidonii vocantur, magicis narrati artibus reperiuntur, et in
iuvencarum secundo ventre pilae rotunditate nigricans to-
phus nullo pondere, singulare, ut putant, remedium aegre
parientibus si tellurem non attigerit.

§ 200. *in ove et homine*, R. *movet homini*, d. *in homine et ove*, *βγ*. Ceterum v. Aristot. part. anim. 3, 14. p. 675^a 30. — *cibus. Cetero*, r. — *hillae*, d. *hilae*, R. *ilae*, Barbar. *illa*, K^1. *eileos a quo*, K^2. *ile*, *β*. — *quibus ad alvum*, Dalec. — *Aves quaedam*, K, ut sequens *quaedam* ad sequentia referatur. — *aut*, R. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 2, 17. p. 508^b 25. — *dimittunt*, Rd. *demittunt*, *βγ*. — *matura*, R^1.

§ 201. *Ceterae*, Td. *Cetera*, R*β*. — *coturnices*, r. — *neutro*, R^2d. *mucro*, R^1. — *habent. Quibusdam*, Pint. — *ut*, d. *et*, R. — *solipedum*, *β*. — *aliis—asperitatis* om. R^1. — *denticulatae—aliis* om. d. — *collatim*, R^1. — *mordacis, quibus*, r, ita ut ab *Hic* nova periodus incipiatur. — *neque*, omitt. Kr (codd. Barbari.) — *hinc*, pro h. v. habent *hic* Rd. — *dilabuntur*, d.

§ 202. *omnibus*, Rd. *in omnibus*, *βγ*. — *suillae*, R. *uillae*, d. *ille*, K. — *infirma*, d. — *simile suillo*, K. — *causa*, Rd. *causa est*, *βγ*. — *angustissimi*, R.

§ 203. *et elephanto*, R. V. Aristot. hist. anim. 2, 17. p. 507^b 34. — *subus*, *θ*d. — *maioribus*, d. — *candidi*, r. — *aut*, Rd. *atque*, T. — *magis*, R^1 (et quinque Leidd. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 213.) — *sacrati*, Cornar. ad Macr. f. 108. b.

80. Ventriculus atque intestina pingui ac tenui omento 204
integuntur praeterquam ova gignentibus. Huic adnectitur lien
in sinistra parte adversus iecori, cum quo locum aliquando
permutat sed prodigiose. Quidam eum putant inesse ova pa-
rientibus, item serpentibus admodum exiguum; ita certe ad-
paret in testudine et crocodilo et lacertis et ranis; aegoce-
phalo avi non inesse constat neque iis quae careant sanguine.
Peculiare cursus inpedimentum aliquando in eo, quamobrem 205
inuritur cursorum laborantibus. Et per volnus etiam exem-
pto vivere animalia tradunt. Sunt qui putent adimi simul
risum homini intemperantiamque eius constare lienis magni-
tudine. Asiae regio Scepsis appellatur, in qua minumos esse
pecori tradunt et inde ad lienem invecta remedia.

81. At in Brileto et Tharne quaterni renes cervis, contra 206
pinnatis squamosisque nulli. De cetero summis adhaerent
lumbis. Dexter omnibus elatior et minus pinguis sicciorque;
utrique autem pinguitudo e medio exit praeterquam in vi-
tulo marino. Animalia in renibus pinguissima, oves quidem
letaliter circum eos concreto pingui. Aliquando in eis inve-
niuntur lapilli. Renes habent omnia quadripedum quae ani-
mal generant, ova parientium testudo sola, quae et alia omnia
viscera, sed ut homo bubulis similis velut e multis renibus
compositos.

82. Pectus hoc est ossa praecordiis et vitalibus natura cir- 207
cumdedit, at ventri, quem necesse erat increscere, ademit.
Nulli animalium circa ventrem ossa. Pectus homini tantum
latum, reliquis carinatum, volucribus magis et inter eas aqua-

§ 204. *omento*, d. *iumento*, R[1]. *indumento*, R[2]. — *praeterque*, Pint. — *tam ceteris quam ova*, K. — *lien*, Aristot. l. l. 2, 17. p. 507^a 19. 15. p. 506^a 12. — *quo locum*, d. *quodcum*, R. — *permitit*, R. — *Quidem*, Rd. — *putant eum*, d. — *certe admodum*, R. *exerta admodum*, d. — *aegocephalo*, Barbar. R[2]. *egoepalo*, R[1]. *equo cephalo*, d. — *inesse*, Rd. *esse*, *βγ*.

§ 205. *eius*, Rd. *ioci*, Kr. — *quā*, R. — *lien*, d. — *invecta*, R[2] θ Td. *inveta*, R[1]. *inventa*, *βγ*.

§ 206. *Brileto*, v. ad § 190. — *De cetero*, R θ Td. *Cetero*, *βγ*. — *pinguitudo*, vox corrupta secundum Schneid. ad Aristot. l. l. 3, 17. p. 520^a 30. coll. part. anim. 3, 9. p. 671^b 22. Ait ille requiri vocem Aristotelico *χοῖλον* respondentem. — *pinguissimis*, d. *pinguissimus*, R. *pinguissima oves. letaliter quidem circum*, r. — *concretos*, R. — *animalia*, d. — *omnia alia*, d. — *ut homo*, R θ Td. *homo*, *β*. — *bubulis*, RTd. *bibulis*, *β*. — *compositus*, d. *sed hominibus similis velut — compositus*, K[1]. *Ren homini bubulo similis*, K[2].

§ 207. *hoc est ossa*, R. *e costa*, Td. *hoc et costas*, Pint. Omitt. r. — *tantum octonae*, R[2]. *octonae*, R[1]d. — *subus*, d[2]. *subitus*, d[1].

ticis maxume. Costae homini tantum octonae, suibus denae,
cornigeris tredecim, serpentibus triginta.

83. Infra alvom est a priore parte vesica quae nulli ova 208
gignentium praeter testudinem, nulli nisi sanguineum pul-
monem habenti, nulli pedibus carentium. Inter eam et alvom
arteriae ad pubem tendentes quae ilia appellantur. In vesica
lupi lapillus qui syrites vocatur, sed in hominum quibusdam
diro cruciatu subinde nascentes calculi et saetarum capilla-
mentum. Vesica membrana constat quae volnerata cicatrice
non solidescit nec qua cerebrum aut cor involvitur; plura
enim membranarum genera.

84. Feminis eadem omnia praeterque vesicae iunctus utri- 209
culus, unde dictus uterus; quod alio nomine locos appellant,
hoc in reliquis animalibus volvam. Haec viperae et intra se
parientibus duplex, ova generantium adnexa praecordiis et
in muliere geminos sinus ab utraque parte laterum habet,
funebris, quotiens versa spiritum inclusit. Boves gravidas 210
negant praeterquam dextero volvae sinu ferre, etiam cum
geminos ferant. Volva eiecto partu melior quam edito; eie-
cticia vocatur illa, haec porcaria; primiparae suis optuma,
contra effetis; a partu, praeterquam eodem die suis occisae,
livida ac macra; nec novellarum suum praeter primiparas 211
probatur potiusque veterum, dum ne effetarum, nec biduo
ante partum aut post partum aut quo eiecerint die. Proxuma
ab eiecticia est occisae uno die post partum; huius et su-
men optumum, si modo fetus non hauserit, eiecticiae deter-

§ 208. *vesica*, Aristot. hist. anim. 3, 15. — *inguina*, Dalec. — *sirtes*, T. — *vocatur*, RTd. *vocetur*, θr. *appellatur*, β. — *capillamentum*, R. *capillamenta*, dβγ. — *nec qua*, R^2θ. *neque*, R^1Td. *neque qua*, βγ. — *rubrum*, R^1.

§ 209. *sicae*, R^1. — *iunctus*, R^2. *et iuctu*, R^1. — *dictus*, R^2d. *deductus*, T. *dictur*, R^1. — *uterus*, om. R^1. — *quod alio nomine*, Rd. *quem in homine*, K. *quod in homine*, Dalec. — *lucos*, Td. *melocos*, R^2. Omitt. R^1. — *alterum*, Dalec. — *funebris*, R^2d. *funeris*, R^1. *funerea*, Pintian. *funesta*, Hard. — *eversa*, Dalec.

§ 210. *etiam si gem.*, K. — *ferunt*, Td. — *eiecto*, Merula contra Galeot. *iecto*, R^2. *iocto*, R^1. *vulvae tecto*, d. *secto*, θ. *enecto*, Vitell. in Gruteri lamp. 1, 586. — *&iecticia*, R. — *effetis*, R. *effectus*, d. *effeta*, Dalec. — *sive occisa*, Dalec.

§ 211. *praeter primiparas*, RθTd. *praeterquam primipararum*, β. — *probantur*, T. — *dum ne*, RTd. *necdum*, r. — *ab eiecticia*, ita nos scripsimus. *abiecticia*, θd. *habiecticia*, R. *abiecticiae*, r. *eiecticiae*, Barbar. βγ. — *die*, d. In R rasura. — *fetus lac non*, Dalec.

rimum. Antiqui abdomen vocabant priusquam calleret, in-
cientis occidere non adsueti.

85. Cornigera una parte dentata et quae in pedibus talos 212
habent sebo pinguescunt, bisulca scissisve in digitos pedibus
et non cornigera adipe; concretus hic et cum refrixit fra-
gilis, semperque in fine carnis; contra pingue inter carnem
cutemque suco liquidum. Quaedam non pinguescunt, ut lepus,
perdix. Steriliora cuncta pinguia et in maribus et in feminis,
senescuntque celerius praepinguia. Omnibus animalibus est 213
quoddam in oculis pingue; adips cunctis sine sensu, quia
nec arterias habet nec venas. Plerisque animalium est pin-
guitudo sine sensu, quam ob causam sues spirantis a mu-
ribus tradunt adrosos; quin et L. Aproni consularis viri
filio detractos adipes levatumque corpus inmobili onere.

86. Et medulla ex eodem videtur esse, in iuventa rubens, 214
in senecta albescens. Non nisi cavis haec ossibus nec cruri-
bus iumentorum aut canum, quare fracta non feruminantur,
quod defluente evenit medulla; est autem pinguis iis quibus
adips, sebosa cornigeris, nervosa et in spina tantum dorsi
ossa non habentibus, ut piscium generi, ursis nulla, leoni in
feminum et bracchiorum ossibus paucis exigua admodum;
cetera tanta duritie ut ignis elidatur velut e silice.

87. Et his dura quae non pinguescunt, asinorum ad tibias 215
canora. Delphinis ossa, non spinae, animal enim pariunt;

calleret, R. *calaret*, d. *callere*, Sabell. et Barbar. — *incientes*, Turneb. adv. 20, 23., R. *incitientes*, T. *iniicientes*, codd. Turnebi. *inoccientes*, d. *id scientes*, Sabell. β. *id sinentes*, Barbar. *prius callere id sinentes ante occidere*, K. De v. *incientes* v. Fest. s. v. *gravida* p. 97. ed. Müller.

§ 212. *quae*, om. R[1]. Ceterum v. Aristot. part. anim. 2, 5. et hist. anim. 2, 17. init. — *sebo*, R. *sevo*, d βγ. — *adipem*, R[2]. — *referix&*, R[1]. — *succo*, Rd. *sevum et*, r. *succosum et*, Dalec. — *pingui*, R[1]. — *et in maribus—feminis*, R. Omitt. Td. — *senescuntque cel. praep.*, R. *senescunt cel. praep.*, β. Om. d et cum prioribus suppositicia habet Hard.

§ 213. *sensu*, Rd. *sanguine*, K. — *quia*, R θ d. *que*, T. *qui*, β. — *habent*, T. — *pinguedo*, T dr. — *spirantur*, d. — *adrosos*, Rd. *arrosas*, β. *rosas*, K. — *immobile*, K.

§ 214. *ex eodem* et *esse* om. r. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 3, 20. init. — *in*, d. Omitt. R θ r. — *in sen.*, R θ Td. *sen.*, r. *et sen.*, βγ. — *effluente*, T. *deficiente*, K. — *his*, d. — *obesa*, r. — *femorum et tibiarum*, K. — *cetera*, Rd. *cetera sunt*, θ. *ceteris in*, S. *ceterum tanta in iis dur.*, Pint. K[1]. *cetera ossa tanta dur.*, K[2]. *ceterum inest tanta dur.*, altera Pint. coniectura. *sed iis in*, Hard. *ceteris enim est tanta dur.*, Schneid. ad Aristot. l. l. 3, 20. init. T. II. p. 166. — *tanta*, θ d. *tantum ae*, R. Vid. Aristot. l. l. 3, 7. p. 516[b] 10. — *duritiae*, R. *duritia*, θ dγ. — *elidantur*, R. — *silice. Et his*, R. *silicetis*, d. *silice. Et iis*, β. *silice. His*, γ.

serpentibus spinae. Aquatilium mollibus nulla sed corpus cir-
culis carnis vinctum, ut saepiae atque lolligini; et insectis
negantur aeque esse ulla. Cartilaginea aquatilium habent me-
dullam in spina, vituli marini cartilaginem, non ossa. Item 216
omnium auriculae ac nares quae modo eminent flexili mol-
litia naturae providentia, ne frangerentur. Cartilago rupta
non solidescit, nec praecisa ossa recrescunt praeterquam ve-
terinis ab ungula ad suffraginem. Homo crescit in longitu-
dinem usque ad ter septenos annos, tum deinde ad pleni-
tudinem; maxume autem pubescens nodum quendam solvere
et praecipue aegritudine sentitur.

88. Nervi orsi a corde, bubuloque etiam circumvoluti si- 217
milem naturam et causam habent, in omnibus lubricis ad-
plicati ossibus nodosque corporum qui vocantur articuli,
aliubi interventu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes, hic
teretes, illic lati, ut in unoquoque poscit figuratio. Nec hi 218
solidantur incisi, mirumque volneratis summus dolor, prae-
sectis nullus. Sine nervis sunt quaedam animalia, ut pisces;
arteriis enim constant, sed neque his molles piscium generis.
Ubi sunt nervi, interiores conducunt membra, superiores re-
vocant. Inter hos latent arteriae id est spiritus semitae; his
innatant venae id est sanguinis rivi. Arteriarum pulsus in 219

§ 215. *tubas*, R θ T d. At v. 16, 172. — *lolligines*, R^1. — *negantur*, R. *negatur*, d β γ. — *atque*, d. — *ulla esse*, d. — *Cartilago*, R^2 d. *animalium*, R^1. — *ossa cartilagineae omnium*, K.

§ 216. *omnium* mihi suspectum. Primum enim quaeritur, qui sint illi omnes delphini, an aquatilium mollia, an horum cartilaginea, an soli vituli marini. At illis omnibus ipse Plin. § 158. dixit foramina tantum ad olfactum esse sine naribus; deinde eodem loco tradidit uni omnium animalium homini nares eminere. Aut igitur Plin. perquam negligenter scripsit, aut *hominum* pro *omnium* scribendum. — *aut*, d. — *modo*, R θ T d. *modicum*, β. — *flexibili mollitie*, r. — *frangantur*, d. — *Cartilagine*, R^1. — *veterini*, R^1. — *suffragina*, R T d. — *crescit*; omitt. R d. — *usque ad ter septenos annos*, R^2. *usque ad ter septenos*, θ. *utqui ad ter septenos*, d. *ad annos usque ter septenos*, β γ. *ad annos quater septenos*, r. Om. R^1. — *tum—plenitudinem* om. R^1.

§ 217. *bubuloque*, Aristot. gener. anim. 5, 7. p. 787^b 15. — *circumvalutum similem volutum similem natura*, R. — *habenti non hibus*, R. — *applicatis*, d. — *rigantes*, R. — *teretes*, R. *interetes*, T d. — *ut*, T d r. *et*, R. — *in unoquoque*, d. *quoque*, T. *quaeque*, r. *hubique que*, R.

§ 218. *Nec hi*, R θ. *Ne////*, d. *Ne*, T. *Neque ii*, β γ. — *allidantur*, T d. — *vulnerantisomus*, R. — *praesectis*, R d. *perfectis*, K. *praefectus*, β. — *constat*, R (ex corr.) — *his—generis*, R θ T d. *eae molli piscium generi*, β. — *vocant*, R. — *innatant*, d. *hatant*, R.

cacumine maxume membrorum evidens, index fere morbo-
rum, in modulos certos legesque metricas, per aetates sta-
bilis aut citatus aut tardus, descriptus ab Herophilo medi-
cinae vate miranda arte, nimiam propter subtilitatem desertus,
observatione tamen crebri aut languidi ictus gubernacula vi-
tae temperat.

89. Arteriae carent sensu, nam et sanguine; nec omnes 220
vitalem continent spiritum praecisisque torpescit tantum pars
ea corporis. Aves nec venas nec arterias habent, item ser-
pentes, testudines, lacertae, minumumque sanguinis. Venae
in praetenuis postremo fimbrias supter totam cutem disper-
sae adeo in angustam subtilitatem tenuantur ut penetrare
sanguis non possit aliudve quam exilis umor ab illo, qui
cacuminibus innumeris sudor appellatur. Venarum in umbi-
lico nodus ac coitus sanguinis.

XXXVIII. 90. Quibus multus et pinguis, iracundia; ma- 221
ribus quam feminis nigrior et iuventae quam senio, et in-
feriore parte pinguior. Magna et in eo vitalitatis portio;
emissus spiritum secum trahit, tactum tamen non sentit.
Animalium fortiora quibus crassior sanguis, sapientiora qui-
bus tenuior, timidiora quibus minumus aut nullus. Taurorum 222
celerrime coit atque durescit, ideo pestifer potu maxume;
aprorum ac cervorum caprearumque et bubalorum omnium
non spissatur; pinguissimus asinis, homini tenuissimus. His

§ 219. *membsarum*, R. — *per aetates—tardus* om. T et delet Hard. ut glossema, pone *morborum* collocat Brot. — *citatius*, S. — *tardus*, d. *tardius*, RS. — *descriptus*, d. *discriptus*, R. *descriptas*, S. Om. T. Alia vult Pint. — *vata*, R. — *mirandae*, d. — *deserta*, K[1]. *desertas*, K[2]. — *vita*, *β*. — *temperant*, R.

§ 220. *sanguinem*, Rd. — *nec*, d. *et*, R. Om. K. — *omne*, R. — *praecisisque*, R. *praecisique*, d. *praecisis*, K. — *Aves venas et arterias*, K. De h. l. Pliniique errore v. Yvo Villiomarius (Scaliger) disputans p. 188. contra Titium in locis controv. 10, 8. et assertione p. 207. — *in*, omitt. Rd. — *praetenues*, d. *per te tenues*, R. — *postremos*, R. — *fimbrias*, R*θ*T. *fibras*, d*βγ*. V. Aristot. hist. anim. 3, 6. init. — *supter*, R. *subter*, d*βγ*. *super*, T. — *humor foraminibus innumeris stillans qui sudor*, K[1]. *humor ille qui foraminibus innumeris sudor*, K[2]. — *appellatur*, d. *appellata*, R. *sudorem expellit*, Hard. — *nodus*, d. *rodu*, R. — *ac*, d. *ab ac*, R. *In umbilico venarum nodosus coitus*, ST. — *sanguinis*, R ad superiora referens. *Sanguis*, d*βγ* novam hinc periodum incipientes.

§ 221. *et*, om. R. — *iracundia*, d. *iracundus*, R. *iracunda*, *β*. V. Aristot. part. anim. 2, 4. p. 650[a] 34. — *quam*, Rd. *magis quam*, *βγ*. — *et inferiore*, v. Aristot. hist. anim. 3, 19. p. 521[b] 4. — *vilitatis*, Rd. *utilitatis*, *θ*r. — *emissus*, d. *Et missiam*, R. — *tamen tactum*, *β*. — *grassior sanguis*, R. *sanguis crassior*, d*βγ*. — *aut nullus*, RSTd. *aut ut nullus*, *θ*. *at quibus nullus hebetia*, *β*. V. Aristot. part. anim. 2, 4. p. 650[b] 30.

quibus plus quaterni pedes nullus; obesis minus copiosus,
quoniam absumitur pingui. Profluvium eius uni fit in nari- 223
bus homini, aliis nare altera, aliis utraque, quibusdam per
inferna, multis per ora stato tempore, ut nuper Macrino Vi-
sco viro praetorio et omnibus annis Volusio Saturnino urbis
praefecto, qui nonagesimum etiam excessit annum. Solum hoc
in corpore temporarium sentit incrementum, siquidem hostiae
abundantiorem fundunt si prius bibere.

91. Quae animalium latere certis temporibus diximus, non 224
habent tunc sanguinem praeter exiguas admodum circa corda
guttas, miro opere naturae, sicut in homine vim eius ad
minuma momenta mutari, non modo fellis tantum in ore ma-
teria subfusi, verum ad singulos animi habitus, pudore, ira,
metu, palloris pluribus modis, item ruboris; alius enim irae,
alius verecundiae. Nam in metu refugere et nusquam esse 225
certum est multisque non transfluere transfossis, quod ho-
mini tantum evenit. Nam quae mutare diximus, colorem alie-
num accipiunt quodam repercussu, homo solus in se mutat.
Morbi omnes morsque sanguinem absumunt.

XXXIX. 92. Sunt qui subtilitatem animi constare non 226
tenuitate sanguinis putent, sed cute operimentisque corporum
magis aut minus bruta esse, ut ostreas et testudines; boum
terga, saetas suum obstare tenuitati inmeantis spiritus nec

§ 222. *Taurorum*, θd. Om. R. — *deo*, R. — *pestifero*, R. — *maxime*, d. *proxum e*, R. — *ac*, θd. *ad*, R. *et*, β. — *bubalorum*, d. *bubulorum*, R. *hinnulorum*, Cornar. ad Dioscor. 2, 68., K. — *omnim onos*, R. — *His*, Rθd. *Iis*, β. — *plus quam*, d. — *Obesus*, R.

§ 223. *nare*, θT. *mare*, d. *ma///ne*, R. — *altera aliis utraque*; pro hac lectione habent *alterutraque* RTdγ, *alterutra* θ. — *infernā*, R. — *ut statuto*, T. — *Macrino Visco*, Rd. *Macrino Vico*, T. *Macrino Iusto*, codd. Barbari. *Macrino*, SKr. *Macrino Vindici*, Hard. ex inscript. Grut. p. 513. — *praetorio viro*, Td. — *et*, Rd. *sed*, γ. — *tempore corporarium*, R.

§ 224. *habent tunc*, d. *habentē*, R. — *sicut et in*, r. — *fellis*, ita nos scripsimus. *felis*, R. Omitt. θTKdrβγ. V. § 193. — *tantum in ore*, Rr. *tanto minore*, θβ. *tanto in ore*, Td. *tantum minore*, K. *non morbo tantum*, Pint. — *materia suffusi*, R. *materia suffusa*, θ. *materia suffusus*, Td. *suffusa materia*, Krγ. *suffisi materia*, β. — *metū*, R. — *pallores*, R. — *irae*, R. *irae et*, dβγ.

§ 225. *Nam in*, Rd. *Nam et in*, βγ. — *transfugere*, r. — *nunquam*, R. — *praefluere* aut *praefossis*, R. Non liquet. — *mutare*, Rd. *mutari*, βγ. — *diximus*, ut chamaeleonem 8, 122., polypum 9, 87. — *repercussus*, d. *percurro*, R.

§ 226. *corpor'*, R. — *tuta*, R. — *ostreas*, RTdr. *ostrea*, β. — *et*, om. d. — *boum*, d. *litium*, R. — *terga*, RθTd. *tergora*, β. — *tenuitate*, R. *tenuitatis*, d. — *innati*, K.

purum liquidumque transmitti; sic et in homine, cum crassior callosiorve excludat cutis, ceu vero non crocodilis et duritia tergoris tribuatur et sollertia.

93. Hippopotami corio crassitudo talis ut inde tornentur 227
hastae, et tamen quaedam ingenio medica diligentia. Elephantorum quoque tergora inpenetrabilis cetras habent, cum tamen omnium quadripedum subtilitas animi praecipua perhibeatur illis. Ergo cutis ipsa sensu caret, maxume in capite; ubicumque per se ac sine carne est, volnerata non coit, ut in bucca cilioque.

94. Quae animal pariunt pilos habent; quae ova pinnas 228
aut squamas aut corticem, ut testudines, aut purpuram cutem, ut serpentes. Pinnarum caules omnium cavi; praecisae non crescunt, evolsae renascuntur. Membranis volant fragilibus insecta, umentibus hirundines in mari, siccis inter tecta vespertilio; horum alae quoque articulos habent. Pili e cute exeunt 229
crassa hirti, feminis tenuiores, equis in iuba largi, in armis leoni, dasypodi et in buccis intus et sub pedibus, quae utraque Trogus et in lepore tradidit, hoc exemplo libidinosiores hominum quoque hirtos colligens. Villosissimus animalium lepus. Pubescit homo solus, quod nisi contingit, sterilis in gignendo est, seu mas seu femina. Pili in homine partim 230

tramittis, R. *tramiti*, d. — *et*, R. *sed*, d. *sit*, ST. Omitt. codd. Gel. — *tergori*, ST. *quae vero ratio crocodilis si non cruori sed duritiae tergoris*, K.

§ 227. *Hippopotapis*, d. V. Aristot. hist. anim. 2, 7. — *corio*, R. *corii*, dβγ. — *ut inde*, R. *unde*, d. — *quaedam est*, K. — *e tergore Mauri*, Salmas. exerc. p. 217. b. B. — *cetras*, Td (codd. Salmas.) *cer////tas*, R. *escasedras*, S (ap. Pint. ad Mel. I. 5, 2.) *scasetias*, codd. Barbari. *setas*, K[1]. *certas*, β. *impenetrabilem cutem*, K[2]. *quasi setas*, Barbar. *excetras*, Pint. V. Voss. ad Caes. b. G. init. p. 2. ed. Oud. — *perhib&us*, R. *perhibetur*, d. — *et ubicunque*, d.

§ 228. *pilos habent*, d. *pilosque avent*, R. — *corticem*, RθSTKdr. *corticem aut testam*, β. At v. 9, 40. — *purpuram cutem*, R. *puram cutem*, dβγ. In his et proximis vv. vitium latere ait Schneid. ad Aristot. l. l. 2, 10. T. II. p. 148. — *cavi*, d. *avium*, r. *caves*, R. — *praecisae*, R. *praecisique*, Tdβ. *praecisi*, r. — *vulsae*, d. *vulsae autem*, T. — *fragilius*, R. — *vespertiliorum*, R. *vespertilionum*, Td. — *quoque alae*, r.

§ 229. *Pili e*, ita nos scripsimus. *Pilpe*, R. *Pili a*, dβγ. — *exeunt. Crassi hirtis*, S. *crassi maribus*, Dalec. — *tuba*, R. — *largi*, om. d. — *sub*, R. *in*, dβγ. Vid. Aristot. hist. anim. 3, 12. p. 519[a] 23. — *tradidit*, Rθ. *tradit*, dβ. — *Villosissimus*, θdr. *Villosissimus quoque*, T. *Villosissimū*, R. *Villosissimum*, β. — *contingit*, R. *contigit*, θγ. *contingat*, dβ. — *est*, om. d. — *mas*, R. *mar est*, d. *masculus*, rγ. — *feminas*, R.

simul, partim postea gignuntur. Hi castratis non nascuntur,
congeniti autem non desinunt, sicut nec feminis magno opere,
inventae tamen quaedam defluvio capitis invalidae velut la-
nuginosi oris, cum menstrui cursus stetere; quibusdam post
geniti viris sponte non gignuntur. Quadripedibus pilum ca-
dere atque subnasci annuum est; viris crescunt maxume in
capillo, mox in barba; recisi non ut herbae ac cetera ab
incisura augentur sed ab radice exeunt. Crescunt et in qui- 231
busdam morbis, maxume phthisi et in senecta, defunctis
quoque corporibus. Libidinosis congeniti maturius defluunt,
adgnati celerius crescunt. Quadripedibus senectute crasse-
scunt lanaeque rarescunt. Quadripedum dorsa pilosa, ventres
glabri. Boum coriis glutinum excoquitur taurorumque prae-
cipuum.

95. Mammas homo solus e maribus habet, cetera animalia 232
mammarum notas tantum; sed ne feminae quidem in pectore
nisi quae possunt partus suos attollere; ova gignentium
nulli, nec lac nisi animal parienti, volucrum vespertilioni
tantum. Fabulosum enim arbitror de strigibus ubera eas
infantium labris inmulgere; esse in maledictis iam antiquis
strigem convenit, sed quae sit avium constare non arbitror.
XL. Asinis a fetu dolent; ideo sexto mense arcent partus, 233

§ 230. *Hic castris non nascuntur*, R, unde restitui quod iam legitur. Omitt. dβγ. Illo supplemento apparet, quam vere hic nonnulla vulgo excidisse viderint Pint. et Hard., quorum ille post v. *desinunt* supplet *Spadonibus pueris non cadunt pili*, hic post eandem vocem inseruit *eunuchis*. V. Aristot. l. l. 3, 11. p. 518ª 31. — *desunt*, Pint. — *magno opere*, R. *magnopere*, dβγ. — *velut*, R (codd. Barbari.) *ut et*, dβγ. Utitur illa particula Plin. saepe in verbis tropicis; v. ind. — *lanuginosi*, ita nos scripsimus voce uni Plinio propria. *languini*, R. *lanugine*, θTd. *lanugines*, K (codd. Barbari et Gelenii) βγ. — *oris*, omitt. codd. Barbari. — *cursus & ere*, R. — *geniti*, Barbar. *genitis*, Rd. — *capillo*, θSTdr (optimi codd. ap. Oudend. ad Suet. Ner. 1.) *capite*, R (alii codd. Oudend.) β. — *herbae*, RTdr. *herba*, θβ. — *hac cetera ab*, R (ubi *ac* scripsi.) *aut cetera*, Td. *ab caetera*, θr. *ab ipsa*, βγ. — *a*, d.

§ 231. *phthisi*, vid. Aristotel. l. l. 3, 11. p. 518ᵇ 21. *tussi*, RθTdr. — *defunctis*, R. *defunctum*, d. *defunctorum*, βγ. — *ac nati*, d. — *crescunt*, Hard. tacite ex Aristot. l. l. p. 518ᵇ 25. *γίνονται θᾶττον*. *recrescunt*, Rβ. *decrescunt*, θTKd. *excrescunt*, Dalec. — *crassescunt*, d. *carescunt*, R. *crassescunt rarescuntque lanae*, r. *senectute crescunt lanae*, *quamquam rarescunt*, Pint. At v. Aristot. l. l. 3, 11. p. 518ᵇ 30. — *venter glaber*, r. — *et id praecipuum*, K.

§ 232. *solu &*, R. Ceterum v. Aristot. l. l. 2, 1. p. 500ª 13. — *lac*, Rd (hic in rasura.) *lactis*, quinque Leidd. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 559. — *parientium olucrum*, R. — *vespertilio*, RTd. — *inarbitror*, R.

cum equae anno prope toto praebeant. Quibus solida ungula
nec supra geminos fetus, haec omnia binas habent mammas
nec alibi quam in feminibus; eodem loco bisulca et corni-
gera, boves quaternas, oves et caprae binas. Quae numeroso
fecunda partu et quibus digiti in pedibus, haec pluris ha-
bent et toto ventre duplici ordine, ut sues, generosae duo-
denas, volgares binis minus; similiter canes; alia ventre 234
medio quaternas, ut pantherae, et alia binas, ut leaenae; ele-
phas tantum sub armis duas, nec in pectore sed citra in alis
occultas; nulli in feminibus digitos habentium. Primis ge-
nitis in quoque partu sues et primas praebent; eae sunt
faucibus proxumae; et suam quisque novit in fetu quo ge-
nitus est ordine eaque alitur nec alia; sed detracto illa 235
alumno suo sterilescit illico ac resilit; uno vero ex omni
turba relicto, sola munifex quae genito fuerat attributa de-
pendet. Ursae mammas quaternas gerunt, delphini binas in
ima alvo papillas tantum nec evidentis et paulum in obli-
quom porrectas, nec aliud animal in cursu lambitur; et ba-
laenae autem vitulique marini mammis nutriunt fetus.

XLI. 96. Mulieri ante septumum mensem profusum lac in- 236
utile, ab eo mense, quo vitales partus, salubre; plerisque autem
totis mammis atque etiam alarum sinu fluit. Cameli lac ha-
bent donec iterum gravescant; suavissimum id existumatur ad

§ 233. *praebeant*, d. *pre*, R. — *ne*, R. — *partus*, K. — *alibi*, ita nos scripsimus coll. Hand. Tursell. 1, 277. *aliubi*, Rdβγ. — *femoribus*, K. — *loci*, d. — *quaternas oves*, om. R. — *et caprae*, R. *capraeque*, dβγ. — *et toto*, R. *toto*, dβγ. — *volgare*, R. — *binas*, Barbar. K.

§ 234. *Alias*, R. — *et*, R. Omitt. dβγ. — *Helephans*, R. — *alis*, om. R. — *nulli*, R. *Nullis*, θTd. — *Primis genitis*, R (codd. Gel.) *Primis in genitis*, θTd. *Primo geniti*, Krγ. — *quoque*, d (codd. Gel.) *quoquo*, R. *quaque*, Kr. — *partu*, d (codd. Gel.) *partus*, R. *parte*, Kr. — *sues*, Kdr (codd. Gel.) *suis*, γ. Om. R. — *et*, R. Omitt. Kdr (codd. Gel.) βγ. — *praebent*, R. *premunt*, STKrγ. *mente*, d. — *eae—proximae*, Rd (codd. Gel.) *et si escae sunt f. pr. tamen suam*, K. — *et*, R. Omitt. Tdrγ.

§ 235. *sed detracto*, ita nos scripsimus. *s & tracto*, R. *Detracto*, dβγ. — *suos sterelescit*, R. — *dependet*, R. *defendat*, Td. *descendit*, βγ. *distenditur*, Hard. — *in ima*, R. *in bina*, d (codd. ap. Oudend. ad Suet. Aug. 93.,) qui *sub ima* legit. — *papilla*, R. — *paulum*, RθTd (veterrimus Leid. ap. Oudend.) *paulo*, β. — *obilicum*, R. — *nec*, R. *neque*, dβγ. — *labitur*, R. *ambitur*, d. — *autem*, om. r. — *vitulique marini*, Dalec. *vitulique*, Rdβγ. At v. Aristot. hist. anim. 3, 20. p. 521^{b} 24.

§ 236. *prafusum*, R. *fusum*, Tdr. V. Aristot. l. l. 7, 5. init. — *eius*, d. — *quo*, r. *equo*, R. *quod*, θdβγ. — *vitales partus*, Rθd. *vitalis est partus*, β. — *salubres*, R. — *alarum*, Rθ. *malarum*, d. *in alarum*, T. *in alium*, r. — *sinu*, Rd. *sinus*, θTr. — *tabendo nec*, d. — *gravidescant*, Dalec. — *id*, R. *hic*, d.

unam mensuram tribus aquae additis. Bos ante partum non
habet, et primo semper a partu colostrae fiunt, ni admi-
sceatur aqua, pumicis modo coeunte duritia. Asinae prae- 237
gnantes continuo lactescunt; pullos earum, ubi pingue pabu-
lum, biduo a partu maternum lac gustasse letale est; genus
mali vocatur colostratio. Caseus non fit ex utrimque den-
tatis, quoniam eorum lac non coit; tenuissimum camelis,
mox equis; crassissimum asinae, ut quo coaguli vice utan-
tur. Conferre aliquid et candori in mulierum cute existu- 238
matur; Poppaea certe Domiti Neronis coniux, quingentas
per omnia secum fetas trahens, balnearum etiam solio totum
corpus illo lacte macerabat, extendi quocumque cutem cre-
dens. Omne autem igne spissatur, frigore serescit. Bubulum
caseo fertilius quam caprinum, ex eadem mensura paene
altero tanto. Quae pluris quaternis mammas habent, caseo
inutilia, et meliora quae binas. Coagulum hinnulei, leporis, 239
hoedi laudatum, praecipuum tamen dasypodis, quod et pro-
fluvio alvi medetur, unius utrimque dentatorum. Mirum bar-
baras gentis quae lacte vivant ignorare aut spernere tot
saeculis casei dotem, densantis id alioqui in acorem iucun-
dum et pingue butyrum; spuma id est lactis concretiorque
quam quod serum vocatur. Non omittendum in eo olei vim
esse et barbaros omnis infantisque nostros ita ungui.

hoc, βγ. — *extimatur*, d. — *aquae*, R. *atque*, d. — *Bis*, d. — *habent*, d. — *et*, d. *ex*, R. — *par*, R. — *colostrae*, R. *elostrae*, d. *colostra*, β. — *ni*, d. *ne*, R. *quae ni*, βγ. — *aqua*, d. *aquatim*, R. In hac scriptura aliquid latere, quod Plin. scripserit, mihi certum; ex Aristotele tamen l. l. 6, 21. p. 575^{b} 11. et iis quae Schneiderus congessit ad Nicandr. Alex. 373. nihil ad hunc locum subsidii. Statim post legebatur *in pumicis*, ubi ego ob scripturam R *modo* praepositionem in codd. et βγ vulgatam delevi. — *modo*, R. *modum*, dβγ. — *coeunte*, R. *coeunt*, dβγ.

§ 237. *praegnaces*, R. — *pullos*, RθTd. *pullo*, K. *pullis*, β. — *ubi*, om. R. — *parunt*, R. — *utrique*, R. V. Aristot. l. l. 3, 20. p. 521^{b} 31.

§ 238. *aliquid*, d. *aliquod candor ferre aliquid*, R. — *et candori*, R. *et candore*, r. *ex candore*, Td. — *coniux*, om. r. — *per omnia secum*, Rd. *per omnia loca secum*, S. *secum per omnia*, βγ. — *fetas traheus*, RST. *trahens fetas*, βγ. — *solium*, Sr. — *quocumque*, ita nos scripsimus. *quorumque*, R. *quoque*, dβγ. — *rendens*, R. — *autem*, RθTd. *autem lac*, β. — *spissatur frigore*, Barbar. θ. *spissaturum ore*, RTd. — *serescit*, Barbarus novo in hunc sensum ab ipso ficto verbo ex Aristot. l. l. 3, 20. p. 521^{b} 34. διορροῦται. *fervescit*, RθTd. *igne spumae more fervescit*, Hard. — *quam*, om. R. — *plure quaternas*, R.

§ 239. *hinnullis*, R. *inutile*, Td. *inuli*, Barbar. *hinuli*, Dalec. — *unius*, Rθ. *unus*, d. Ceterum v. Aristot. l. l. 3, 21. init. — *utruque*, R. — *caseis*, d. — *alioqui in*, R. *alioquin*, d. *alioquin in*, β. — *buturum*, R. — *lacte*, d. — *concretiorque*, Td. *concretiusque*, β. *concretiorque lentiorque*, R.

XLII. 97. Laus caseo Romae, ubi omnium gentium bona 240
comminus iudicantur, e provinciis Nemausensi praecipua,
Lesurae Gabalicique pagi; sed brevis ac musteo tantum
conmendatio. Duobus Alpes generibus pabula sua adprobant;
Delmaticae Docleante mittunt, Centronicae Vatusicum. Nu- 241
merosior Appennino; Cebanum hic e Liguria mittit, ovium
maxume lactis, Aesinatem ex Umbria mixtoque Etruriae
atque Liguriae confinio Lunensem magnitudine conspicuum
— quippe et ad singula milia pondo premitur, — proxumum
autem urbi Vestinum eumque e Ceditio campo laudatissi-
mum. Et caprarum gregibus sua laus est in recenti maxume,
hanc acuente gratiam fumo, qualis in ipsa urbe conficitur,
cunctis praeferendus; nam Galliarum sapor medicamenti vi-
tium optinet; trans maria vero Bithynus fere in gloria est.
Inesse pabulis salem, etiam ubi non videtur maior, maxume 242
intellegitur omni in salem caseo senescente, qualis redire in
musteum saporem aceto et thymo maceratos certum est.
Tradunt Zoroastren in desertis caseo vixisse annis xxx ita
temperato ut vetustatem non sentiret.

XLIII. 98. Terrestrium solus homo bipes; uni iugulum, 243
umeri, ceteris armi, uni ulnae. Quibus animalium manus
sunt, intus tantum carnosae; extra nervis et cute constant.

§ 240. *et prov.*, Rd. — *Lesurgebalicique*, R. *Ballicique*, Dalec. — *pagi*, d. *pagis*, β. *pacis*, R. — *commendatior*, R. — *generi ex bus*, R. — *Delmaticae*, R. *Dalmaticae*, dβγ. — *Docleante*, codd. Gel. *Diocleatem*, R. *Dodeatem*, d. *Docleatem*, γ. — *Centronicae*, Hard. *Ceutronicae*, Rd (codd. Gel.) β. *Ceutronum terrae*, codd. Barbari. — *Vatusicum*, d (codd. Gel.) *Vathusiccum*, R. *Natusicum*, codd. Barbari. At v. Ukert. geogr. ant. II. 2, 180. coll. Danvill. *notice de la Gaule* p. 680.

§ 241. *lactes*, R. — *Aesinatem*, R (codd. Barbari.) *Asinnatem*, d. — *continuo*, R. — *Luniensem*, Rd. — *Vescinum*, T. — *eumque*, Rd. *Crustuminumque et*, K. — *e Ceditio*, R. *eo editio*, d. *e Caeditio*, β. — *caprarum*, Barbar. d. *caparum*, R. *capityrum*, K (codd. Barbari.) *epityrum*, Merula, ut a voce *laudat.* nova periodus incipiat. *capnityron*, Dalec. — *in recenti*, Vitell. in Gruteri lamp. cr. 1, 589. *in regenti*, R. *ingenti*, Td. *Agringenti*, codd. Barbari. *Agrigenti*, Merula, γ. *recenti*, β. — *hanc acuente*, ita nos scripsimus. *h cavente*, R. *aquente*, Td. *eam augente*, βγ. — *gratia*, R. — *semper*, d[1]. — *medicamenti vitium*, ita nos scripsimus. *medicamentiu tium*, R. *medicamenti vim*, βγ. *vim medicamenti*, d. — *transmarina*, Td.

§ 242. *parvulis*, R. — *videtur*, R. *detur*, dβγ. — *maior*, R. *ita*, dβγ. — *sale*, Rd. — *musteo sapore*, d. — *Tradunt*, R. *traditum. Tradunt*, d. — *Zorastren*, d. *Zoroastrem*, Rβγ. Ex utroque veram scripturam restitui. — *XXX*, R. *viginti*, dβγ.

§ 243. *iugulum*, R. *ungulae*, r. *iuguli*, dβγ. *iugula*, Dalec. — *constat*, d.

99. Digiti quibusdam in manibus seni; C. Horati ex pa- 244
tricia gente filias duas ob id Sedigitas accipimus appellatas
et Volcatium Sedigitum inlustrem in poetica. Hominis di-
giti ternos articulos habent, pollex binos et digitis adversus
universis flectitur, per se vero in obliquom porrigitur, cras-
sior ceteris; huic minumus mensura par ac duo reliqui sibi,
inter quos medius longissime protenditur. Quibus ex rapina
victus quadripedum, quini digiti in prioribus pedibus, in
reliquis quaterni. Leones, lupi, canes et pauca in posteriori- 245
bus quoque quinos unguis habent, unum iuxta cruris arti-
culum dependentem; reliqua quae sunt minora et digitos
quinos. Bracchia non omnibus paria secum; studioso Threci
in C. Caesaris ludo notum est dexteram fuisse proceriorem.
Animalium quaedam ut manibus utuntur priorum ministerio
pedum sedentque ad os illis admoventia cibos, ut sciuri.

XLIV. 100. Nam simiarum genera perfectam hominis 246
imitationem continent facie, naribus, auribus, palpebris, quae
solae quadripedum et in inferiore habent gena; iam mammas
in pectore et bracchia et crura in contrarium similiter flexa,
in manibus unguis, digitos longioremque medium. Pedibus
paulum differunt; sunt enim ut manus praelongi, sed vesti-
gium palmae simile faciunt. Pollex quoque his et articuli
ut homini, ac praeter genitale, et hoc in maribus tantum,
viscera etiam interiora omnia ad exemplar.

§ 244. *seni*, R. *enim*, d. — *C. Horatii*, codd. Hard. *Corati*, T. *Coraci*, d. *coram*, R. *M. Curiatii*, β. — *accipimus appellatas*, RTd. *appellatas accepimus*, βγ. — *et*, om. d. — *ternos articulos habent*, ita scripsimus ex R, qui *ternos oculos habent* habet. *articulos habent ternos*, dβγ. — *et in digitos adversos universim flectitur*, Hard. — *per se vero*, d. *perverso*, R. — *par ac*, R. *pares*, d. *pari est*, r. *par est*, βγ. — *in reliquis*, R. *reliquis*, dβγ.

§ 245. *ungues*, R. *linces*, STd. Multa in his mutat Pint., uti Gesner. quoque hist. anim. 1, 576. 636. de corruptela loci non dubitat. — *unum*, R. *uno*, dβγ. — *dependentem*, ita nos scripsimus. *dependente*, Rdβγ. — *et*, RθTdr. Om. β. — *secum*, Rd. *esse*, r. — *Threci*, vetustiss. Leid. Voss. ap. Oudend. ad Suet. Cal. 35. *Trechi*, d. *Thraeci*, R. *Thraci*, cod. Sabell. βγ. — *notum*, h. l. inepte dicitur, ut *notatum* legendum esse censeam coll. 10, 62. — *dexteram*, R. *dextram*, dβγ. — *proceriorum*, R. — *sedumque*, R.

§ 246. *Iam*, Pint. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 2, 8. p. 502[a] 22. — *imitationem* R. *similationem*, Td. *simulationem*, r. — *quae*, Rdr. *quas*, K. — *in inferiore*, d. *inferiorem*, RKr. — *gena*, d. *genam*, RKr. — *nam*, d. — *et flexa*, R. — *in*, om. d. — *praelongi*, d. *praelongae*, RSTr. — *sed*, Rd. *et*, Pint. β. — *his*, d. *tise*, R. — *articulus*, T. — *et praeter*, S. — *tantus*, d. — *interiora*, d. *extrema*, R. — *exemplar*, d. *exemplarium*, R. *exempla*, T.

XLV. 101. Ungues clausulae nervorum summae existu- 247
mantur. Omnibus hi quibus et digiti, simiae imbricati, ho-
minibus lati — et defuncto crescunt, — rapacibus unci,
ceteris recti ut canibus praeter eum qui a crure plerisque
dependet. Omnia digitos habent quae pedes excepto ele- 248
phanto; huic enim informes, numero quidem quinque sed
indivisi ac leviter discreti ungulisque, non unguibus similes,
et pedes maiores priores; in posterioribus articuli breves;
item poplites intus flectit hominis modo, cetera animalia
in diversum posterioribus pedibus quam prioribus. Nam quae
animal generant genua ante se flectunt et suffraginum artus
in aversum.

102. Homini genua et cubita contraria, item ursis et si- 249
miarum generi, ob id minume pernicibus. Ova parientibus
quadripedum, crocodilo, lacertis, priora genua post curvan-
tur, posteriora in priorem partem; sunt autem crura his
obliqua humani pollicis modo; sic et multipedibus praeter-
quam novissima salientibus. Aves ut quadripedes alas in
priora curvant, suffraginem in posteriora.

103. Hominis genibus quaedam et religio inest observa- 250
tione gentium. Haec supplices attingunt, ad haec manus
tendunt, haec ut aras adorant, fortassis quia inest iis vita-
litas. Namque in ipsa genus utriusque conmissura, dextra
laevaque, a priore parte gemina quaedam buccarum inanitas
inest, qua perfossa ceu iugulo spiritus fluit. Inest et aliis
partibus quaedam religio, sicut dextra osculis aversa adpe-

§ 247. *Ungues qui—existimantur*, *omnibus iis quibus*, r. — *simiae*, R. *sed simiae*, d$\beta\gamma$. — *defunctis*, K. — *crure*, om. R.

§ 248. *Amni*, R. — *inpormes*, R. — *ungulaeque*, r. Ceterum v. Aristot. l. l. 2, 1. p. 497 b 22. — *non*, Rθ. *nunc*, Td. *haud*, $\beta\gamma$. — *In post. marculi br.*, Pint. — *item*, R. *id est*, d. *idem*, $\beta\gamma$. — *plectit*, R. — *In cetera*, R. — *diverso*, Td. — *tam posterioribus*, Dalec. — *pedibus*, R. *articuli pedibus*, d$\beta\gamma$. *articulis et pedibus*, r. *articulos pedibus*, sc. *flectunt*, Barbar.; recte hic quidem ad sensum, sed per scripturam cod. R hac coniectura carere possumus, cum ex superioribus *poplites flectunt* sit supplendum. Vulgata prorsus sensu et structura caret. — *genua*, om. d. — *articulum*, Kr. — *aversum*, d. *adversum*, R.

§ 249. *id*, d. *idit*, R. — *Ova parientibus quadr. ut crocodilo—genua posterioraque post curvantur*, Pint. reliquis omissis. — *multis pedibus*, R. — *subeuntibus* vel *subsequentibus*, Pint. — *suffraginem*, Rd. *suffragines*, γ.

§ 250. *vilitas*, R. — *genus*, Rd. *genu*, $\beta\gamma$. — *iugulo*, Rd (codd. Gel.) *in gulis*, r. *vinculis*, K. — *fluit*, R. *fugit*, d$\beta\gamma$. — *aversa*, om. T.

§ 251. *antestamur*, Lips. epist. quaest. 4, 26., K. *attestamur*, Rd$\beta\gamma$. *attestantur*, r. — *postea*, R. — *Nemeseos*, R. *Nemesios*, d$\beta\gamma$. — *ne*, om. d. — *ta-*

titur, in fide porrigitur. Antiquis Graeciae in supplicando 251
mentum attingere mos erat. Est in aure ima memoriae locus
quem tangentes antestamur; est post aurem aeque dextram
Nemeseos, quae dea Latinum nomen ne in Capitolio quidem
invenit, quo referimus tactum ore proxumum a minumo di-
gitum, veniam sermonis a dis ibi recondentes.

104. Varices in cruribus viro tantum, mulieri raro. C. Ma- 252
rium, qui septiens consul fuit, stantem sibi extrahi passum
unum hominum Oppius auctor est.

105. Omnia animalia a dextris partibus incedunt, sinistris 253
incubant. Reliqua, ut libitum est, gradiuntur, leo tantum et
camelus pedatim, hoc est, ut sinister pedum non transeat
dextrum sed subsequatur. Pedes homini maxumi, feminis
tenuiores in omni genere. Surae homini tantum et crura
carnosa; reperitur apud auctores quendam in Aegypto non
habuisse suras; vola homini tantum exceptis quibusdam.
Namque et hinc cognomina inventa Planci, Plauti, Pansae, 254
Scauri, sicut a cruribus Vari, Vaciae, Vatinii, quae vitia et
in quadripedibus. Solidas habent ungulas quae non sunt cor-
nigera; igitur pro his telum in ungulae ictu est illis; nec
talos habent eadem, at quae bisulca sunt habent; iidem di-
gitos habentibus non sunt neque in prioribus omnino pedi-
bus ulli. Camelo tali similes bubulis sed minores paulo; est
enim bisulcus discrimine exiguo pes, in vestigio carnosus ut
ursis, qua de causa longiore itinere sine calciatu fatiscunt.

ctum ore, θTd. *tactu ore*, R. *tactus more*, r. *tacto ore*, β. — *an minimo*, d. *animi mo*, R. — *a diis exposcentes*, K.

§ 252. *G.*, θ. — *Mario*, θ (Ambr. I. II.) — *stantis sibi*, R. *stante sibi*, θ. *stantes ibi*, d. — *extrahi*, Ambr. II. *extra*, d. *intrahi*, R. — *hominum*, R. *hominem*, d (Ambr. I.) β. Om. Ambr. II. Illud aut probandum aut *primum omnium* legendum censet Pint. V. Cic. quaestt. Tuscc. II. 21, 53.

§ 253. *sinistris*, R. *sinistras*, d. *sinistra*, θ. *sinistris magis*, K. Voces *sin. inc.* suspecta sunt Pintiano. — *pedum*, R. *pes*, dβγ. Ceterum v. Aristot. hist. anim. 2, 1. p. 498^b 7. — *maximae*, R. — *tenuiores in omni genere surae. Homini*, Kr. — *et*, om. d. — *carnosae*, θ. — *surasola*, R. *planta*, Dalec.

§ 254. *Pansae*, *Scauri*, RθTd. *Scauri*, *Pansae*, β. — *Vaciae*, Dalec. d. *avatiae*, R. *Vatiae*, β. — *Vatinii*, R. *Vatieni*, codd. Barbari. *evatini*, d. — *his*, RθTd. *eis*, β. — *in ungulae ictu est*, ita nos scripsimus. *enuncule hictus est*, R. *ungulae inest*, θ. *ungula eius est*, d. *ungula est*, βγ. *ungula inest*, Hard. — *omnino pedibus*, Rd. *pedibus omnino*, βγ. — *tales*, R. V. Aristot. l. l. 2, 1. p. 499^a 18. — *similis*, R. — *bisulcus*, d. *bisulcum*, R (vet. lib. Salmas. exerc. p. 693. b. B.,) qui nonnulla mutat. — *pes in*, Rd^1. *pes imus*, codd. Barbari, βγ. *pede in*, d^2. — *carnosus*, θ. *carnosi*, d. *carnosis*, R. *carnoso*, βγ. — *ursis*, Rθ. *ursi*, dβγ. — *longiore itinere*, R. *in longiora itinera*, Td. *in longiore itinere*, βγ. — *fatescunt*, R.

XLVI. 106. Ungulae veterino tantum generi renascuntur. 255
Sues in Illyrico quibusdam locis solidas habent ungulas.
Cornigera fere bisulca; solida ungula et bicorne nullum.
Unicorne asinus tantum Indicus, unicorne et bisulcum oryx.
Talos asinus Indicus unus solidipedum habet; nam sues ex
utroque genere existumantur, ideo foedi earum; hominem
qui existumarunt habere facile convicti. Lynx tantum di-
gitos habentium simile quiddam talo habet, leo etiamnum
tortuosius. Talus autem rectus est in articulis pedis ventre
eminens concavo, in vertebra ligatus.

XLVII. 107. Avium aliae digitatae, aliae palmipedes, aliae 256
inter utrumque divisis digitis adiecta latitudine, sed omnibus
quaterni digiti, tres in priore parte, unus a calce; hic deest
quibusdam longa crura habentibus; iynx sola utrimque binos
habet; eadem linguam serpentium similem in magnam lon-
gitudinem porrigit, collum circumagit in adversam se; un-
gues ei grandes ceu graculis. Avibus quibusdam gravioribus 257
in cruribus additi radii; nulli uncos habentium ungues. Lon-
gipedes porrectis ad caudam cruribus volant; quibus breves,
contractis ad medium. Qui negant volucrem ullam sine pe-
dibus esse confirmant et apodas habere et ocen et drepa-
nim, quae ex his rarissime adparet. Visae iam et serpentes
anserinis pedibus.

XLVIII. 108. Insectorum pedes primi longiores duros 258
habentibus oculos, ut subinde pedibus eos tergeant, ceu no-

§ 255. *generi tantum*, d. — *habent ungulas*, om. R. — *sodepedum*, R. — *habent*, R. — *ideoque foetus earum*, K. V. Aristot. l. l. 2, 1. p. 499^b 21. — *Hominеque*, R. *Omen qui*, Sabell. — *existimat*, R. — *Linax*, R. — *tortuosius*, R (codd. Gel.) *torciosius*, d. *tortuosos*, r. — *articulis*, R. *articulo*, d$\beta\gamma$. — *concavo*, Barbar. Rθdr. *concava*, β. *concavus*, Schneider. ad Aristot. l. l. p. 499^b 26. T. II. p. 72., ut tamen sensum loci ineptum et falsum dicat. — *latebra*, d^1.

§ 256. *Avibus*, Td. — *digitatae*, d^2. *acitata et*, R. Om. d^1. — *aliae*, om. d^1. — *palmipedes aliae*, om. R. — *iynx*, Barbar. d. *eux*, R. — *corrigit*, R. — *circumagit collum*, K. — *adversam se*, R. *adversum se*, r. *aversa se*, T. *aversam se*, d. *aversum*, $\beta\gamma$. Idem omisso *in* habet K.

§ 257. *Avibus*, R. *Avium*, d$\beta\gamma$. — *radii*, d. *radditi tradii*, R. — *longi pedes*, β ad superiora referens. Emendavit iam Pint. — *breves*, d. *pedes*, R. — *ocen*, R (codd. Gel.) *ocem*, d. *nectoren*, K. *nectorem*, codd. Barbari. *orcen*, β. *oten*, Broter. γ. *hirundinem*, Pint. et cum Hard. Schneid. ad Aristot. hist. anim. 1, 1. p. 487^b 27. T. II. p. 7. Quae coniectura quamquam multum per Aristotelis testimonium commendatur, codices tamen sequi malui, cum illa ab his nimium recedat neque quomodo horum scriptura adeo mutata fuerit, liqueat. Intelligendum videtur alias ignotum genus avium; de otide cogitare vix in animum

tamus in muscis; quae ex his novissimos habent longos sa-
liunt, ut locustae. Omnibus autem his seni pedes; araneis
quibusdam praelongi accedunt bini; internodia singulis terna.
Octonos et marinis esse diximus, polypis, saepiis, lolligini,
cancris qui bracchia in contrarium movent pedes in orbem
aut in obliquom; iisdem solis animalium rotundi. Cetera 259
binos pedes duces habent, cancri tantum quaternos. Quae
hunc numerum pedum excessere terrestria, ut plerique ver-
mes, non infra duodenos habent, aliqua vero et centenos.
Numerus pedum inpar nulli est. Solidipedum crura statim
iusta nascuntur mensura, postea exporrigentia se verius
quam crescentia; itaque in infantia scabunt auris posteriori- 260
bus pedibus, quod addita aetate non queunt, quia longitudo
superficiem corporum solam ampliat. Hac de causa inter
initia pasci nisi submissis genibus non possunt nec usque
dum cervix ad iusta incrementa perveniat. XLIX. Pumi-
lionum genus in omnibus animalibus est atque etiam inter
volucres.

109. Genitalia maribus quibus essent retrorsa diximus; 261
ossea sunt lupis, volpibus, mustelis, viverris, unde etiam cal-
culo humano remedia praecipua; urso quoque simul atque
exspiraverit cornescere aiunt. Camelino arcus intendere
orientis populis fidissimum. Nec non aliqua gentium quoque
in hoc discrimina et sacrorum etiam, citra perniciem am-
putantibus Matris deum Gallis. Contra mulierum paucis 262

inducas. *nycterin*, Barbar. *nycterida* vel *nycteridem*, Gesner. hist. anim. 3, 629., qui rursus p. 767. *alopecem et nycterin* proponit. — *drepanim*, R. *drepani*, d. *depranin*, Barbar. et codd. Gel. βγ. — *quae ex his*, R. *ex his quae*, θ. *in eis quae*, dβγ. — *apparet*, R. *apparent*, dβγ. — *tam*, R. — *et*, Rd. *etiam*, βγ.

§ 258. *primo*, θTd. Ceterum v. Aristot. part. anim. 4, 6. p. 683ª 26. — *tergant*, r. — *sine*, R. — *terne ac tonos*, R. — *diximus* 9, 83. — *lolligini*, Rd. *loliginibus*, βγ. — *aut*, d. *ad*, R. — *iisdem solis*, Dalec. et codd. Hard. *idem soli*, Rd. *iidem soli*, β.

§ 259. *iuxta*, d. — *si verius*, R. — *csistentia*, R.

§ 260. *pedibus*, R. Omitt. dβγ. Ceterum v. Aristot. part. anim. 4, 10. p. 686ᵇ 12. — *superficie*, d. — *sola*, r. Varia mutant in his vv. Pint. et Dalec. — *crementa*, R. — *Popilionum*, d.

§ 261. *retrorsa*, Rθr. *retro sat*, STd. *retro satis*, βγ. V. universe Aristot. hist. anim. 2, 1. p. 500ª 33. — *diximus* 10, 173. — *viverrae*, dr. *universis*, R. — *unde*, R. *sunt die*, Td. *sunt dis*, S. *sunt inde*, Pint. r. *Sunt in iis*, K. *Sunt de iis*, altera Pint. coniectura. — *atque ut*, d[2]. — *populis fidissimum*, d. *populi sit dissimum*, R. *populis fidelissimum*, K. — *circa*, R. — *amputantis*, d. *amputatis*, r.

prodigiosa adsimulatio sicut hermaphroditis utriusque sexus, quod etiam quadripedum generi accidisse Neronis principatu primum arbitror; ostentabat certe hermaphroditas subiunctas carpento suo equas in Treverico Galliae agro repertas, ceu plane visenda res esset principem terrarum insidere portentis.

110. Testes pecori armentoque ad crura decidui, subus 263
adnexi; delphino praelongi ultima conduntur alvo; et elephanto occulti. Ova parientium lumbis intus adhaerent, qualia ocissima in venere. Piscibus serpentibusque nulli sed eorum vice binae ad genitalia a renibus venae; buteonibus terni. Homini tantum iniuria aut sponte naturae franguntur idque tertium ab hermaphroditis et spadonibus semiviri genus habent. Mares in omni genere fortiores praeterquam in pantheris et ursis.

L. 111. Caudae praeter hominem ac simias omnibus fere 264
animal et ova gignentibus pro desiderio corporum; nudae hirtis, ut apris, parvae villosis, ut ursis, saetosae praelongis, ut equis. Amputatae lacertis et serpentibus renascuntur. Piscibus meatus gubernaculi modo regunt atque etiam in dexteram atque laevam motae ut remigio quodam inpellunt. Lacertis inveniuntur et geminae. Boum caudis longissimus 265
caulis atque in ima parte hirtus; idem asinis longior quam equis, sed saetosus veterinis; leoni in prima parte ut bubus

§ 262. *adsimulatio*, R d. *assimilatio*, β. — *subiuges*, K. *subiungi*, r. — *Treverico*, Sabell. R. *Triveria*, θ. *trinv erico*, d. — *repertas*, om. R. — *ceti*, R.

§ 263. *vice*, d. *vie*, R. Ceterum v. Aristot. l. l. 3, 1. init. et part. anim. 2, 13. p. 697 a 9. — *a*, d. *ea*, R. — *sponte naturae*, d. *sorte faturae*, R. — *semiviri genus*, om. R. — *praet. pantheris*, d. *praet. fontheris*, R.

§ 264. *animal et*, R θ. *animalibus*, T d. *animalibus et*, β. V. Aristot. part. anim. 4, 10. p. 689 a b. — *saetosis* (scribendum *saetosae*) *praelongis*, R. *praelongis setosae*, d (codd. Barbari) βγ. — *praelongae et setosae equis*, Dalec. — *Piscibus*, R. *Piscium*, d βγ. — *atque*, R. *ac*, d. *aeque*, Pint. r. — *dexteram*, θ. *dextram*, d βγ. *dextra*, R. — *laeva*, R. — *Lacer*, R. — *geminae*, om. R.

§ 265. *lautissimus*, R. — *caulis*, R. *pilus*, r. Om. d. — *Leoni*, d. *Leonum*, R. — *in prima*, R. *infima*, d βγ. — *ita*, R. — *lupus villosis*, R. — *Sues intorquent*, θ T d. *Sues retorquent*, β. *Su torquent*, R. — *album suflectunt*, R.

§ 266. *pulmonem et arterias habent hoc est nisi quae*, R. Omitt. θ T d γ; at postliminii iure ex β ea iam reduxit Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. nr. 165. p. 275. V. inprimis § 267. — *spirent*, R θ T d. *spirant*, β. — *Aristoteles*, hist. anim. 4, 9. init. — *immeante*, d. *inmeantes*, R. *meante*, βγ. — *spiritum*, d. *sps̄*, R. — *alia cum tractu*, R d. *alia tractu*, r. *alia attritu str.*, Pint. — *receptum*, R (cod. vetustiss. Leid. ap. Oudend. ad Suet. Aug. 14.) *Recepto*, d βγ. — *duobus*,

et sorici, pantheris non item, volpibus et lupis villosus ut ovibus, quibus procerior. Sues intorquent, canum degeneres sub alvom reflectunt.

LI. 112. Vocem non habere nisi quae pulmonem et ar- 266
terias habent hoc est nisi quae spirent Aristoteles putat;
idcirco et insectis sonum esse, non vocem, intus inmeante
spiritu et incluso sonante; alia murmur edere, ut apis, alia
cum tractu stridorem, ut cicadas, receptum enim duobus sub
pectore cavis spiritum, mobili occursante membrana intus,
attritu eius sonare; muscas, apis, caetera cum volatu et in-
cipere audiri et desinere, sonum enim attritu et interiore
aura, non anima reddi. Locustas pinnarum et feminum at- 267
tritu sonare credatur sane, item aquatilium pectines stridere,
cum volant, mollia et crusta intecta nec vocem nec sonum
ullum habere. Sed ceteri pisces, quamvis pulmone et arteria
careant, non in totum sine ullo sunt sono; stridorem eum
dentibus fieri cavillantur. Et is qui aper vocatur in Acheloo
amne grunnitum habet et alii, de quibus diximus. Ova pa-
rientibus sibilus, serpentibus longus, testudini abruptus.
Ranis sonus sui generis, ut dictum est, — nisi si et in his 268
ferenda dubitatio est, — quia vox in ore concipitur, non in
pectore; multum tamen in iis refert et locorum natura; mu-
tae in Macedonia traduntur, muti et apri. Avium loquaciores
quae minores et circa coitus maxume. Aliis in pugna vox,

R. *ut duobus*, d$\beta\gamma$. *et duobus* vel *etenim*, Pint. *in duob.*, Oudend. — *sub pectore*, om. R. — *cavis*, Barbar. Rd. *cannis*, r, codd. Barbari et quattuor codd. Oudend. *duabus — caveis*, altera Barbari coniectura, K. — *spiritum*, R (cod. vetustiss. Oudend.) *spiritu*, d$\beta\gamma$. — *occursante*, Rd. *occusante*, cod. vetustiss. Oudend. *accusante*, quattuor eiusdem, qui *occussante* legit. — *sonare*, RθTd. *sonare viscera sat notum est*, β. — *caetera*, ita scripsi ex R, qui *c&ua* habet. *cetera similia*, Td. *et similia*, θrγ. *Cetera simul*, β. — *desinere*, RθTd. *desinere ut muscas apes*, β.

§ 267. *et fuminum*, R. *minimum*, d. — *credatur*, R. *creditur*, d$\beta\gamma$. — *Sed*, Rd. *Sed et*, $\beta\gamma$. — *arteriae*, R. — *sunt sonu*, R. *sunt*, d. *sono sunt*, $\beta\gamma$. — *cavillantur*, v. Schneid. ad Aristot. hist. anim. 4, 9. p. 535 b 21. T. III. p. 381. — *aper*, codd. Barbari, quod probat Gesner. enum. aquat. p. 51. *caper*, Rd$\beta\gamma$. V. Aristot. l. l. 4, 9. p. 535 b 18. et Plin. N. H. 32, 15. — *alii*, R. *de aliis*, d. — *de quibus de qua*, R. Haec scriptura non est dittographia, sed nonnulla verba media post *de quibus* excidisse indicat; nusquam enim Plin. de piscibus grunnientibus dixit. Prorsus nullo iure Hard. laudat 9, 23. Ceterum *diximus*, *ova parientes*. *Sibilus serp*. interpungit K. — *surilus*, R.

§ 268. *sonus*, omitt. RTd. V. Aristot. l. l. 4, 9. p. 536 a 11. — *sui///*, d. *suis*, R. — *dictum est* § 172. 173. — *nisi si*, d. *nisi*, R. — *quia vox*, R. *qui mox*, d$\beta\gamma$. — *mutae*, R. *mutat*, d. Om. T. *mutae — apri* vitii suspecta habet Pint.

ut coturnicibus, aliis ante pugnam, ut perdicibus, aliis cum
vicere, ut gallinaceis; iisdem sua maribus, aliis eadem et
feminis, ut lusciniarum generi. Quaedam toto anno canunt, 269
quaedam certis temporibus, ut in singulis dictum est. Ele-
phas citra naris ore ipso sternumento similem elidit sonum,
per naris autem tubarum raucitati. Bubus tantum feminis
vox gravior, in alio omni genere exilior quam maribus, in
homine etiam castratis. Infantis in nascendo nulla auditur
antequam totus emergat utero. Primo sermo anniculo est; 270
semestris locutus est Croesi filius et in crepundiis prodigio,
quod tunc id concidit regnum. Qui celerius fari coepere
tardius ingredi incipiunt. Vox roboratur XIIII annis; eadem
in senecta exilior neque in alio animalium saepius mutatur.
Mira praeterea sunt de voce digna dictu: theatrorum or-
chestris scobe aut harena superiacta devoratur et rudi pa-
rietum circumiectu, doliis etiam inanibus; currit eadem re-
cto vel conchato parietum spatio quamvis levi sono dicta
verba ad alterum caput perferens, si nulla inaequalitas in-
pediat. Vox in homine magnam voltus habet partem; adgno- 271
scimus ea prius quam cernamus, non aliter quam oculis, to-
tidemque sunt eae quot in rerum natura mortales, et sua
cuique sicut facies. Hinc illa gentium totque linguarum toto
orbe diversitas, hinc tot cantus et moduli flexionesque, sed
ante omnia explanatio animi, quae nos distinxit a feris et
inter ipsos quoque homines discrimen alterum aeque grande
quam a beluis fecit.

aliis eadem, d. *sua aliis eadem*, R. — *et feminis*, R. *ut feminis*, dβγ. *quae et feminis*, K[1]. *feminis*, K[2]. *ac feminis*, K[3].

§ 269. *Elephans*, R: V. Aristot. l. l. 4, 9. extr. — *circa*, K. — *sternumento*, RT. *sternutamento*, dβγ. — *natis*, R. — *raucitati. Bubus*, d. *raucietatibus*, R. — *feminis tantum*, d. — *alio omni*, d. *alio homine*, R. *omni alio*, βγ. — *hominē*, R. *in omnibus*, Pint. — *nascentis*, K. — *uterus*, d.

§ 270. *Primo*, RθTd. *Primus*, βγ. — *et*, R. *esse*, d. *est et*, r. — *semenstris*, codd. Oudend. ad Suet. Caes. 80. *senestri*, R. *menstri*, d. *samestri*, r. *semenstri*, alii codd. Oudend. — *lucutua*, r. — *et in crepundiis*, Td. *et hinc rependius*, R. *interpundiis*, θ. *in crepundiis*, βγ. — *prodigio*, Rd. *quo prodigio*, βγ. — *quod tunc*, R. *quo totum*, d. *totum*, βγ. — *id concidit*, R. *decidit id*, d. *decidit*, T. — *tridius*, R. — *XIIII annis*, Rθ. *a XIIII annis*, Td. *a XIII annis*, r. *XIIII. anno*, β. *quartodecimo anno*, γ. — *exilior*, d. *exilio*, R. *exiliore*, Tr. — *neque — mutatur* om. T. — *theatrorum*, Rd. *In theatr.*, βγ. — *horechestros*, R. — *superiacta*, Rd. *superiecta*, βγ. — *et rudi*, K. *et in rudi*, Rβγ. *et in ruri*, d. — *circumiectu — parietum* om. R. — *etiam doliis*, d. — *recto vel conchato*, d. *concavo vel recto*, βγ.

LII. 113. Membra animalibus adgnata inutilia sunt, sicut 272
sextus homini semper digitus. Placuit in Aegypto nutrire
portentum, binis et in aversa capitis parte oculis hominem
sed iis non cernentem.

114. Miror equidem Aristotelem non modo credidisse prae- 273
scita vitae esse aliqua in corporibus ipsis, verum etiam
prodidisse. Quae quamquam vana existumo nec sine cun-
ctatione proferenda, ne in se quisque ea auguria anxie
quaerat, attingam tamen, quia tantus vir in doctrina non
sprevit. Igitur vitae brevis signa ponit raros dentis, prae-
longos digitos, plumbeum colorem plurisque in manu inci-
suras nec perpetuas; contra longae esse vitae incurvos 274
umeris et in manu unam aut duas incisuras longas habentis
et pluris quam XXXII dentis, auribus amplis. Nec universa
haec, ut arbitror, sed singula observat, frivola, ut reor, et
volgo tamen narrata. Addidit morum quoque adspectus si-
mili modo apud nos Trogus, et ipse auctor e severissimis,
quos verbis eius subiciam: „Frons ubi est magna, segnem 275
animum subesse significat, quibus parva, mobilem, quibus
rotunda, iracundum, velut hoc vestigio tumoris adparente.
Supercilia quibus porrigentur in rectum, mollis significant,
quibus iuxta nasum flexa sunt, austeros, quibus iuxta tem-
pora inflexa, derisores, quibus in totum demissa, malevolos
et invidos. Oculi quibuscumque sunt longi, maleficos moribus 276
esse indicant; qui carnosos a naribus angulos habent ma-
litiae notam praebent. Candida pars extenta notam inpuden-

§ 271. *habet et*, d. — *ea*, Pint. Rr. *eam*, dβγ. — *eae*, d. *he*, R. — *Hinc*, d. *Huic*, R. — *cantus*, Rd (codd. Gel.) *cantibus*, TK. — *moduli*, K[1]d (codd. Gel.) *modolis*, R. *et modulis*, K[2]. — *flexionisque*, R. — *et inter*, R. *inter*, dβγ. — *fexit*, R.

§ 272. *homines*, R.

§ 273. *equidem*, R. *quidem*, dβγ. Om. T. — *vitate*, R, sed linea traducta. — *ea*, R. *et*, dβγ. — *anxia*, d. — *attingam*, d. *tingam*, R[1]. *tangam*, R[2]. — *quia*, Rθ. *quae*, dβγ. — *doctrinis*, d.

§ 274. *incurvi humeris*, R (ex corr.) — *unam aut*, R[2]. *una aut*, R[1]. *una et*, d. *una*, βγ. At v. Aristot. hist. anim. 1, 15. p. 493[b] 34. *τοῖς μὲν μακροβίοις ἐνὶ ἢ δυσὶ δι᾿ ὅλου (ἄρθροις.)* — *rear*, R. — *quoque morum*, d. — *spectus*, Td. — *e severissimis*, T. *est verissimus*, R. *severissimus*, dβγ. Ceterum haec Trogus sumpsit ex Aristot. l. l. 1, 9.

§ 275. *insegnem*, Td. — *nobilem*, T. — *humoris*, R. — *porrigentur*, R. *porriguntur*, dβγ. — *flexa*, Rd. *plexa*, θSTr. — *delusores*, R[2]. — *malivolos*, R.

§ 276. *longi*, Rdr. *mali*, θ. — *moribus*, RθTd; eandem vocem voci *malefi-cos* praemittit r, omitt. βγ. — *a*, omitt. Tdr. — *nota praeventi*, Tdr. — *Candidi*, d. — *imprudentiae*, θTd.

tiae habet; qui identidem operire solent, inconstantiae. Oricularum magnitudo loquacitatis et stultitiae nota est." Hactenus Trogus.

LIII. 115. Animae leonis virus grave, ursi pestilens; 277
contacta halitu eius nulla fera attingit ociusque putrescunt
adflata reliquis. Hominis tantum natura infici voluit pluribus
modis, et ciborum ac dentium vitiis, sed maxume senio. Dolorem
sentire non poterat, tactu sensuque omni carebat, sine
quibus nihil sentitur; eadem conmeabat, recens adsidue, exitura
supremo et sola ex homine superfutura; denique haec
trahebatur e caelo. Huius quoque tamen reperta paena est, 278
ut neque id ipsum quo vivitur in vita iuvaret. Parthorum
populis hoc praecipue et a iuventa propter indiscretos cibos;
namque et vino faetent ora nimio; sed sibi proceres medentur
grano Assyrii mali, cuius est suavitas praecipua, in
esculenta addito. Elephantorum anima serpentis extrahit,
cervorum urit. Diximus hominum genera qui venena ser- 279
pentium suctu corporibus eximerent; quin et subus serpentes
in pabulo sunt, et aliis venenum est. Quae insecta appellavimus,
omnia olei adspersu necantur. Voltures unguento
qui fugantur alios adpetunt odores, scarabaei rosam. Quas-

operiri, R. — *Auricularum*, Tr.

§ 277. *gravi*, R^1. *gravis*, R^2. — *ursis*, R. — *attingit ocyusque*, θ. *attingyrociusque*, R. *attingi totiusque*, d. *attingit citiusque*, βγ. — *afflatae*, d. *putrescunt. Afflatu reliquis, homini tantum*, Pint. — *Homini*, R^1. *Homine*, R^2. — *et* //// *dentium*, d. — *potest*, Dalec. — *tactu*, om. r. — *sensuque*, R. *esuque*, d. — *caret*, Dalec. — *quibus*, R (ex corr.) *qua*, dβγ. — *commeat ab eo recedens*, r. — *exitur ut*, d. — *homine*, Pint. R. *omne*, θTd. *omnibus*, βγ. — *trahitur*, Dalec.

§ 278. *qua*, Td (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 665. b. A.) — *vivitur*, R. *vivere*, Td (Rigalt.) *viveret*, Salmas. γ. — *hoc*, R. *haec*, θdr. Om. β. — *nimio; sed*, d. *nimis &*, R. — *ibi*, R^1. *cibi*, R^2. — *granis*, R^2. *granos*, R^1. — *est*, R. *et*, d. — *esculenti*, R. — *addito*, Rd. *addita*, θ. *additi*, K. — *urit*, r. *ut*, R. *item*, d^1. *item urit*, d^{2}β.

§ 279. *Diximus* 7, 13. 14. — *eximerent*, codd. Gel. *&imerent*, R. *exigerent*, θTdr (quinque codd. ap. Oudend. ad Suet. Aug. 94.) γ. *exugerent*, K. — *Qui in*, R. — *subus*, Rd. *his*, r (codd. Barbari.) — *aliis venenum*, d. *aluū. Aluvenenum*, R. *ali veneno cervis*, Kr. — *unguento*, d (codd. Barbari.) *unguenti*, R. *vultures qui alias alios odores*, K^1. *vult. unguem quidem — rosa*, K^2. — *fugantur*, d (codd. Barbari.) *fugat*, R. — *odores*, d (codd. Barbari.) *odorē*, R. — *rosam*, d. *rosa*, R. *Vultures qui alios odores appetunt, unguento quidem necantur, scarabaei rosa*, Pint.; corruptum locum dicit etiam Gesner. hist. anim. 3, 785., et ipsa verborum structura hoc docet. Illud certum est, legendum esse *aspersu necantur, vultures unguenti* (ita R, scil. *aspersu*), *scarabaei rosa* (item R.) Haec enim emendatio nititur et optimi libri auctoritate et communi antiquitatis testimonio. Ἀριστοτέλης δέ φησιν (mirab. auscult. 149.), ὅτι ἡ ὀσμὴ τῶν

dam serpentis scorpio occidit. Scythae sagittas tingunt viperina sanie et humano sanguine; inremediabile id scelus mortem illico adfert levi tactu.

116. Quae animalium pascerentur veneno diximus. Quae- 280
dam innocua alioqui venenatis pasta noxia fiunt et ipsa. Apros in Pamphylia et Ciliciae montuosis, salamandra ab his devorata, qui edere moriuntur; neque enim est intellectus ullus in odore et sapore; et aqua vinumque interimit salamandra ibi inmortua vel si omnino biberit, unde potetur; item rana quam rubetam vocant; tantum insidiarum est
vitae! Vespae serpentem avide vescuntur, quo alimento mor- 281
tiferos ictus faciunt, adeoque magna differentia est victus ut in tractu pisce viventium Theophrastus prodat boves quoque pisce vesci, sed non nisi vivente.

117. Homini cibus utilissimus simplex, acervatio saporum 282
pestifera et condimento perniciosior; difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia et avide hausta, et aestate quam hieme difficilius et in senecta quam in iuventa. Vomitiones homini ad haec in remedium excogitatae frigidiora corpora faciunt, inimicae oculis maxume ac dentibus.

ῥόδων κανθάρους ἀπόλλυσι καὶ τὰς γῦπας ἡ τοῦ μύρου ὀσμή, Geopon. 13, 16., quae idem repetit 14, 26. *οἱ γῦπες καὶ κάνθαροι ῥοδίνῳ χρισθέντες μύρῳ τελευτᾶν λέγονται*, Clem. Alex. paedag. 2. p. 208. ed. Pott. *εὐωδία δὲ καὶ μύρον γυψὶν αἰτία θανάτου*, Aristot. hist. anim. 3, 7. *κανθάροις δὲ κακόσμοις θηρίοις εἴ τις ἐπιρράνοι μύρον, οἶδε τὴν εὐωδίαν οὐ φέρουσιν, ἀλλ' ἀποθνήσκουσιν*, idem 1, 38. *μύρῳ κάνθαρος ἀποθνήσκει*, idem 6, 46., quos locos congessit Niclas. ad Geopon. ll. cc. Hinc videmus de rosa scarabaeis appetita nusquam esse sermonem, neque vultures unguento fugari, sed necari. Iam quod ad verba media, quo paene inscii devenimus, attinet, vulgatam lectionem *fugantur* deberi librario nemo non videt et redeundum est ad scripturam R *fugat*, unde coll. Eutecnii paraphrasi Oppiani ixeut. p. 8. *οἱ γῦπες τῇ τῶν τεθνηκότων ὑπερχαίροντες δυσοσμίᾳ τοσοῦτον ἀπεχθάνονται πρὸς τὰ μύρα, ὥστε οὐδ' ἂν κτήνους ἅψαιντο τεθνηκότος, εἴ τις αὐτοῦ τὰς σάρκας ἐπαλείψειε μύρῳ*, scribendum existimo *qui fugantes alios appetunt odores* i. e. *qui vultures odores appetunt qui alios fugant.* Varia tentavit Hard. — *quosdam*, Td.

§ 280. *diximus* 10, 69. — *montosis*, β. — *inedere*, R. — *neque enim est*, R. *nec enim est*, K. *Nec est*, dβγ. *Neque*, T. — *nullus*, R. — *et sapore*, R. *vel sapore*, dβγ. — *interemit*, Rd. — *petetur*, TK. *vel si omnino unde biberit potetur*, Dalec.

§ 281. *serpentem*, R. *serpente*, dβγ. — *quae*, r. — *adeoque*, R. *ideoque*, dβγ. — *intracti*, d. — *viventium — pisce* om. R. — *prodat*, Td. *prodit*, θγ. *prodidit*, β.

§ 282. *pestisfera*, R. — *condimento perniciosior*, Rθ. *condimenta perniciosiora*, dβ. — *omnibus*, K. — *acria nimia*, d. *acrimaspera inconsueta vari nimia*, R. — *in iuventa*, d. *iumenta*, R. — *fragiliora*, Pint. — *maxime autem dent.*, codd. Gel.

118. Somno concoquere corpulentiae quam firmitati uti- 283
lius; ideo athletas ambulatione malunt cibos perficere; pervigilio quidem praecipue vincuntur cibi. LIV. Augescunt corpora dulcibus atque pinguibus et potu, minuuntur siccis et aridis frigidisque ac siti. Quaedam animalia et pecudes quoque in Africa quarto die bibunt; homini non utique septumo letale est inediam durasse, et ultra undecimum plerosque certum est mori, esuriendi semper inexplebili aviditate uni animalium homini.

119. Quaedam rursus exiguo gustu famem ac sitim se- 284
dant conservantque viris, ut butyrum, hippace, glycyrriza; perniciosissimum autem et in omni quidem vita quod nimium, praecipue tamen corpori, minuique quod gravet quolibet modo utilius. Verum ad reliqua naturae transeamus.

§ 283. *corpulentae*, d. *corpulentiame*, R. — *ambulatione malunt cibos*, R. *cib. ambul. mal.*, d. *mal. cib. amb.*, βγ. — *cibis*, Td ad sequentia referentes. — *Augescuntur*, R. — *potu*, d. *pertu*, R. — *aridis frigidisque*, RSTd (codd. Barbari.) Om. r. *amaris*, Pint. — *non utique ante septimum*, r. — *letale est*, Hard. *letales*, RTdr. *letalis*, β. — *inediam*, ita nos scripsimus. *inedia*, Td. *inedi*, R. *inedias*, rγ. — *et*, Rdr. *at*, Hard. γ. — *undecimum certum est ut plerosque mori*, r. — *mori esuriendi*, Td. *morbus exuendis*, R. *mori esurientes*, K. *moriendi*, Pint. — *uni animalium homini*, R. *animalium uni*, Td. *animalium uni homini*, β. *animalium unicuique*, Hard. γ. *Animalium*, r ad seqq. referens. Om. S.

§ 284. *gustus*, R. *gestu*, d. — *buturum*, R. — *hippace*, Barbar. *hippice*, θ. *typpace*, R. *utippace*, d. — *glycyrrhiza*, θ. *glyciriza*, R. *clicirixa*, d. *glycyrrhizon*, β. — *et*, Rd. Om. βγ. — *tamen praecipue*, R. — *gravet*, R. *grave*, θTd. *gravat*, β. — *quolibet*, d. *quodibet*, R. *quodlibet*, β. — *Summa res et istoria et operatio nesco CCCLX C. Plini secundi nature historiae lib. XI. editus post mortem explicit. Incipit lib. XII*, R.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XII.

SECT. 1. Animalium omnium quae nosci potuere na- §1
turae generatim membratimque ita se habent. Restant neque
ipsa anima carentia, quandoquidem nihil sine ea vivit, terra
edita, ut inde eruta dicantur ac nullum sileatur rerum na-
turae opus. Diu fuere occulta eius beneficia, summumque
munus homini datum arbores silvaeque intellegebantur. Hinc
primum alimenta, harum fronde mollior specus, libro vestis;
etiamnunc gentes sic degunt. Quo magis ac magis admirari 2
subit his a principiis caedi montis in marmora, vestis ad
Seras peti, unionem in rubri maris profunda, zmaragdum
in ima tellure quaeri. Ad hoc excogitata sunt aurium vol-
nera, nimirum quoniam parum erat manibus, collo, crinibus

Ad hunc librum toti sunt excussi a d R (in quo §§ 56—103. interciderunt.)

§ 1. *nasci*, R. — *potuerunt*, T. — *natura*, R. — *sese*, T. — *habet*, R. — *Restat ut neque ipsa*, r. — *terra editum aut*, K. — *carent. Ita*, R. — *eruta*, R. *erudita*, T a d. — *alimenta*, Rθ T a d. *alimentum*, β. — *melior*, K. — *pecus*, R^{1}. *pecudis*, R^{2}. — *etiamnunc*, R (ex corr.) a^{2}. *etiamnum*, a^{1} d β γ.

§ 2. *ac magis*, om. R. — *admirari subit*, R d (codd. Barbari.) *admirari sub*, θ. *admireris ubi*, a. *admireris*, r. — *his a*, Rθ a d. *ab iis*, r β γ. — *in — vestis* om. R. — *Seres*, a^{2}. *a Seribus*, K. — *profunda*, R T a d r. *profundo*, β γ. — *auri*, R. — *esset*, K. — *manibus*, R. Post *crinibus* collocat θ. Omitt. a d β γ. — *crinibus*, Rθ a. *crinibusque*, d β γ.

gestari, nisi infoderentur etiam corpori. Quamobrem sequi
par est ordinem vitae et arbores ante alia dicere ac moribus
primordia ingerere.

Cap. I. 2. Haec fuere numinum templa priscoque ritu sim- 3
plicia rura etiam nunc deo praecellentem arborem dicant,
nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra quam lucos
et in his silentia ipsa adoramus. Arborum genera numinibus
suis dicata perpetuo servantur, ut Iovi aesculus, Apollini
laurus, Minervae olea, Veneri myrtus, Herculi populus; quin
et silvanos faunosque et dearum genera silvis ac sua numina
tamquam e caelo attributa credimus. Arbores postea blan- 4
dioribus fruge sucis hominem mitigavere; ex his recreans
membra olei liquor virisque potus vini, tot denique sapores
anni sponte venientes et mensae — depugnetur licet earum
causa cum feris et pasti naufragorum corporibus pisces ex-
petantur — etiamnum tamen secundae. Mille praeterea sunt
usus earum, sine quis vita degi non possit. Arbore sulcamus
maria terrasque admovemus, arbore exaedificamus tecta. Ar- 5
borea et simulacra numinum fuere, nondum pretio excogitato
beluarum cadaveri atque ut, a dis nato iure luxuriae, eodem
ebore numinum ora spectarentur et mensarum pedes. Pro-
dunt Alpibus coercitas et tum inexsuperabili munimento
Gallias hanc primum habuisse causam superfundendi se Ita-

gestare, R[2]. — *ac morbis veteres ac orbis*, K. *ac deorum horum honoribus*, Dalec. — *ingerere*, a[2]. *ingenere*, a[1]d. *ingererenis*, R.

§ 3. *ut simplicia*, r. — *etiamnum*, R. — *ne*, a. — *ludo*, R. — *his*, a. *iis*, Rdβγ. — *non adoramus*, R. — *perpetuo*, Rd. *perpetue*, θTar. — *aesculus*, a. *esculus*, Rdβγ. — *faunosque*, om. R. — *suis*, R. — *numina*, R. *nomina*, Tad. — *e*, Tad. *ae*, R. *et*, βγ. Varia tentat in his verbis Pint.

§ 4. *his*, a. *iis*, Rdβγ. — *liquorum*, R. — *totidemque*, a. — *anni*, RθTad. *annui*, βγ. — *provenientes*, Heins. adv. p. 423. — *licet et*, R. — *epularum* vel *ciborum*, Dalec. — *expectantur*, a[2]d. — *quibus*, d. — *terrisque*, Heins., Ambr. II.

§ 5. *Arborea*, R. *Arbore*, adγ. *Ex arbore*, Ambr. I. II. β. — *fuere*, Ra. *facta*, Ambr. I. II. Om. d. — *atque*, Rad. *antequam*, codd. Rezz. β. — *hominum*, Dalec. — *mensuram*, a. — *inexsuperabile*, ad. — *primam*, Ambr. I. — *sese*, codd. Rezz. — *Helico*, RθTad. *Helyco*, Ambr. I. *Elico*, Ambr. II. β. — *elu . . . is*, a[1]. — *eorum*, r (Ambr. I. II.) *Romanus*, Pint. — *ab arte*, a[1]d. — *praemissa*, ad. *promissa*, Barbar. RK. *promisso*, θ. Primitias olei ac vini intelligebat Rhodigin. l. a. 6, 6., cum potius sint sumenda de protropo, quo nomine, ut Plinii (14, 85.) verbis utar, „appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur uvae." Hisce concinunt Pollux 6, 17. et Moeris Attic. p. 305. Illam ipsam autem vocem h. l. Plin. non posuit, cum alibi posuerit (14, 75. 28, 206. 30, 49.), quia non de solo vino, verum etiam de oleo dicturus erat; pluralem vero numerum praetulit, quia et de vino et de oleo sermo est. Alteram porro vocem, qua de eadem re uti poterat, *acetum* (11, 38.) propter ambiguitatem sensus repudiavit.

liae, quod Helico ex Helvetiis civis earum, fabrilem ob ar-
tem Romae conmoratus, ficum siccam et uvam oleique ac
vini praemissa remeans secum tulisset. Quapropter haec vel
bello quaesisse venia sit.

3. Sed quis non iure miretur arborem umbrae gratia tan- 6
tum ex alieno petitam orbe? Platanus haec, mare Ionium
Diomedis insula tenus eiusdem tumuli gratia primum inve-
cta, inde in Siciliam transgressa atque inter primas donata
Italiae et iam ad Morinos usque pervecta ac tributarium
etiam detinens solum, ut gentes vectigal et pro umbra pen-
dant. Dionysius prior Siciliae tyrannus Rhegium in urbem 7
transtulit eas domus suae miraculum, ubi postea factum gy-
mnasium, nec potuisse in amplitudinem adulescere, ut alias
fuisse in Italia ac nominatim Hispania apud auctores in-
venitur.

4. Hoc actum circa captae urbis aetatem tantumque postea 8
honoris increvit ut mero infuso enutriantur; conpertum id
maxume prodesse radicibus docuimusque etiam arbores vina
potare.

5. Celebratae sunt primum in ambulatione academiae Athe- 9
nis cubitorum xxxiii a radice ramos antecedente. Nunc est

§ 6. *haec*, Tad. *haec et*, R. *haec est*, θγ. *ea est; haec per*, K. *haec per*, r. *haec est per*, β. — *Diomedis*, RθTad. *in Diomedis*, βγ. — *insula tenus*, Rθ. *insula tenius*, Ta. *insula*, d. *insulam*, βγ. — *ac*, RθTad. *ad*, β. — *et*, θ. — *detinens*, RθTad. *pertinens*, β. *ad tributum pertinens soli*, Dalec. — *pendunt*, a.

§ 7. *Rhegium*, Barbar. coll. Theophr. hist. plant. IV. 5, 6. *regium*, Ra. *regiam*, Tdγ. — *in urbem*, delet Ursin. ap. Ciaccon. tricl. p. 99. — *domui*, T. — *umbraculum*, Pint. — *potuisse*, R. *potuisset*, ad. — *adolescere ut*, adr. *adolescere aut*, θ. *adoles aut*, R. *adolescere et*, codd. Barbari, β. — *raras*, Ursin. — *Hispania*, ingenti errore Plinium hoc ex Theophrasti verbis male intellectis (*σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ*) hausisse post Ursinum, qui *in Adria* coniecit, viderunt Schneider. ad Theophr. p. 315. et Ukert. geogr. vet. III. 1, 434.

§ 8. *captae*, Rd. *capie*, Ta. *Capuae*, Pint. r. — *docuimus*, R.

§ 9. *academiae*, R. *academia*, θ. *cademina*, d. *eadem in*, a. *Lycei*, Ursin. ad Varr. de re rust. I. 37, 4. — *XXXIII*, R. *XXX. I.*, a. *XXXI*, Td². *XXX*, d¹r. *XXXVI. unius*, β. — *a*, Tad. Omitt. Rθrβ. Cum ex Theophrast. l. l. I. 7, 1. sciamus illam platanum radices XXXIII cubitorum egisse, in verbis Plinii, ut iam leguntur, nonnulla corrupta esse apparet. Primum enim non de pluribus platanis in Lyceo, pro quo Plin. per errorem academiam dixit, celebratis, sed de una modo Theophrastus dixit; deinde non ipsa platanus triginta tres cubitos habuit, sed radices huius ambitus egit, eaque de causa praepositio *a* ex bonis codd. delenda, in initio autem paragraphi *Celebrata est* legendum, quae voces cum postea male divulsae *Celebratae st* scriptae essent, omnium librorum lectio ita est orta. Singulas platanos magnitudine insignes Plin. §. 9—11. enumeravit, unde veritas emendationis nostrae probatur. — *agente*, Ursin. — *est*, R, *sit*, ad.

clara in Lycia, fontis gelidi socia amoenitate, itineri adpo-
sita domicili modo, cava LXXX atque unius pedum specu,
nemorosa vertice et se vastis protegens ramis, arborum in-
star agros longis optinens umbris; ac ne quid desit spelun- 10
cae imagini, saxea intus crepidinis corona muscosos conplexa
pumices, tam digna miraculo ut Licinius Mutianus ter con-
sul et nuper provinciae eius legatus prodendum etiam po-
steris putaverit, epulatum intra eam se cum duodevicesimo
comite, large ipsa toros praebente frondis, ab omni adflatu
securum, optantem imbrium per folia crepitus, laetiorem
quam marmorum nitore, picturae varietate, laquearium auro
cubuisse in eadem. Aliud exemplum Gai principis in Veli- 11
terno rure mirati unius tabulata laxeque ramorum trabibus
scamna patula et in ea epulati, cum ipse pars esset umbrae,
XV convivarum ac ministeri capaci triclinio, quam cenam
appellavit ille nidum. Est Gortynae in insula Creta iuxta
fontem platanus una insignis utriusque linguae monimentis,
numquam folia dimittens, statimque ei Graeciae fabulositas
superfuit Iovem sub ea cum Europa concubuisse, ceu vero
non alia eiusdem generis esset in Cypro. Sed ex ea pri- 12
mum in ipsa Creta, ut est natura hominum novitatis avida,
platani satae regeneravere vitium, quandoquidem commenda-
tio arboris eius non alia maior est quam soles aestate arcere,
hieme admittere. Inde in Italiam quoque ac suburbana sua
Claudio principe Marcelli Aesernini libertus sed qui se po-
tentiae causa Caesaris libertis adoptasset, spado Thessalicus

fontis gelidi, Rad. *gelidi fontis*, βγ. — *nemorosa*, RTad. *numerosa*, r. *nemoroso*, β. — *ramis arborum*, Barbar. *ramorum arboribus*, RTadr. — *instat*, Barbar. r. — *obtinens*, R. *obtinet*, θTadγ.

§ 10. *saxea*, Rd (hic in rasura.) *saxa*, ar. *saxeae*, Hard. (e codd.?) γ. — *corona*, ad. *coronam*, R. *et corona*, r. — *pumices tam*, R. *pumis cestas*, d. *pumices stat*, r. — *miracula*, a. — *ut*, Rd. Omitt. ar. — *putaverit*, Rad. *putarit*, βγ. — *toris*, r. — *frondis*, RT. *frondes*, ar. *fronde*, dβγ. — *captantem*, Pint. — *solia*, a. — *laetiorem quam*, Barbar. *laetioremq;*, Rd. *laetiorem quae*, a. *laetioremque*, θ. — *ficturae*, R. — *varietate*, omitt. ad.

§ 11. *iure*, ad. — *laxeque*, θTad. *laxo quae*, R. *laxaeque*, r. *laxisque*, Barbar. β. — *epulati*, R. *epulanti*, Barbar. ad. — *cum impar is esset umbrae*, Pint. *circumsparsa ipsius umbra*, Dalec. — *capaci*, R. *capacem*, ad. *capace*, Barbarus, βγ. — *caenam*, a. — *insignę*, a. *insigne*, d. — *super ea*, Ursin. ad Varr. de re rust. I. 7, 6. ex falsa lectione Theophr. l. l. I. 9, 5. — *eiusdem*, RθTad. *eius*, β. — *cyros*, R.

§ 12. *Creta ut*, Rd. *creavit*, a. *crevit. Natura*, r. — *platani satae*, R. *platanis adae*, ad. *platanis adiecit genera vit.*, r. — *degeneravere in vitium*, Pint. — *soles*,

praedives, ut merito dici possit is quoque Dionysius, transtulit id genus, durantque et in Italia portenta terrarum praeter illa scilicet quae ipsa excogitavit Italia.

II. 6. Namque et chamaeplatani vocantur coactae brevita- 13
tis, quoniam arborum etiam abortus invenimus; hoc quoque ergo in genere pumilionum infelicitas dicta erit; fit autem et serendi genere et recidendi. Primus C. Matius ex equestri ordine, divi Augusti amicus, invenit nemora tonsilia intra hos LXXX annos.

III. 7. Peregrinae et cerasi Persicaeque et omnes quarum 14
Graeca nomina aut aliena; sed quae ex his incolarum numero esse coepere, dicentur inter frugiferas; in praesentia externas persequemur a salutari maxume orsi. Malus Assyria, quam alii Medicam vocant, venenis medetur. Folium
eius est unedonis intercurrentibus spinis. Pomum ipsum alias 15
non manditur; odore praecellit foliorum quoque, qui transit in vestis una conditus arcetque animalium noxia. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis mature-
scentibus, aliis vero subnascentibus. Temptavere gentes trans- 16
ferre ad sese propter remedi praestantiam fictilibus in vasis, dato per cavernas radicibus spiramento, qualiter omnia transitura longius seri artissime transferrique meminisse conveniet, ut semel quaeque dicantur; sed nisi apud Medos et in Perside nasci noluit. Haec est autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis conmendandi halitus gratia; nec alia arbor laudatur in Medis.

R. *solet*, ad. *solem*, *βγ*. — *aestatem*, a. — *arceri*, ad. — *hiemem*, a. — *sed qui se—Dionysius* delet Pint. — *ac*, ad. *ad*, R. — *Aesernini*, Rad. *Esernini*, *β*. — *ut*, RTad. *et*, *β*. — *humerico*, R. — *possit*, R. *posset*, ad*βγ*. — *quoque crete*, R. — *in*, d. *ingeniis*, r. — *Durante*, R. — *et*, R*θ*ad. *etiam*, *βγ*. — *portenta—Italia* om. R.

§ 13. *Haec*, r. — *quoque ergo*, Rd. *ergo quoque*, a. *ergo*, r. — *exit*, r. — *Fuit*, d. — *C.*, R*θ*Tad. *Cn.*, *β*. — *Malius*, *θ*. — *nemoraci consilia*, a. — *LXXX*, Rd. *XXX*, ar. V. Leutsch. in diurn. antiquar. 1834. nr. 20. p. 165.

§ 14. *et*, om. r. — *cetera si*, R. *cerasae*, Tad. — *his*, ad. *it s*, R. — *numero*, R. *nomine*, ar. *nomina*, Td. — *externa*, Tadr. — *alias*, ar. — *Medicam vocant*, ad. *medicamen vocant*, R. *vocant Medicam*, *βγ*. V. Theophr. hist. plant. IV. 4, 2. et Solin. 46, 4. — *veneris*, ad. *veneri*, r. — *eius*, om. a.

§ 15. *alius*, R. — *praecellet*, Ra[1]. — *noxas*, Dalec.

§ 16. *se*, R. — *radicitus*, ar. — *omnis*, a. — *artissime*, a. *aptissime*, R. *arctissime*, d*βγ*. *arctissimeque transferri monuisse conveniet*, Pint. — *transferri quem*, a. *transferri queque*, R. — *emisisse*, a. — *et*, ad. — *dictantur*, ad. — *Haec*, dr. *Hoc*, Ra. — *autem*, omitt. ar. — *corticem*, Dalec. — *diximus* 11, 278. — *Medis*, ad. *maris*, R.

IV. 8. Lanigeras Serum in mentione gentis eius narravi- 17
mus, item Indiae arborum magnitudinem. Unam e peculia-
ribus Indiae Vergilius celebravit hebenum, nusquam alibi
nasci professus. Herodotus eam Aethiopiae intellegi maluit
tributi vicem regibus Persidis e materia eius centenas pha-
langas tertio quoque anno pensitasse Aethiopas cum auro et
ebore prodendo. Non omittendum id quoque vigenos dentis 18
elephantorum grandis, quoniam ita significavit, Aethiopas
eadem causa pendere solitos. Tanta ebori auctoritas erat
urbis nostrae cccx. anno; tunc enim auctor ille historiam
eam condidit Thuriis in Italia, quo magis mirum est quod
eidem credimus, qui Padum amnem vidisset neminem ad id
tempus Asiae Graeciaeque aut sibi cognitum. Aethiopiae 19
forma, ut diximus, nuper adlata Neroni principi raram ar-
borem Meroen usque a Syene fine inperi per DCCCXCVI M
passuum nullamque nisi palmarum generis esse docuit. Ideo
fortassis in tributi auctoritate tertia res fuerit hebenus.

9. Romae eam Magnus Pompeius triumpho Mithridatico 20
ostendit. Accendi Fabianus negat; uritur tamen odore iu-
cundo. Duo genera eius: rarum id quod melius, arbore
mire enodi, materie nigri splendoris ac vel sine arte protinus
iucundi, alterum fruticosum cytisi modo et tota India di-
spersum.

§ 17. *narravimus* 6, 54. — *item* 7, 21. — *unamque peculiarius*, r. — *Vergilius*, georg. 2, 116. Add. Solin. 52, 52—54. — *hebenum*, Ra. *ebenum*, dβγ. — *enasci*, R. — *Herodotus* 3, 97., ubi v. Wessel. — *eam*, ad. *ea*, R. Omitt. ST. — *tributi vicem*, a. *in tributi*, R. *in tributi vicem*, dβγ. *tributi vice*, r. *et in tributi vicem*, ST. — *materia*, R. *marię*, ad. *materie*, βγ.

§ 18. *vigenos*, R. *vigens*, ad. *vicenos*, βγ. — *eadem*, R. *ea de*, adγ. — *Tanta ebori*, d. *iam. Tebori*, R. *Tanta eboris*, T. *Tanta eborea*, ar. — *storiam*, R. — *Thuriis*, Barbar. d. *turis*, R. *Thurius*, a. — *idem*, ad. V. Herod. 3, 115. — *amnem*, Rd. *non*, δϑρφ (ap. Gronov. miscell. p. 848.) *amnem non*, a. — *nemine addi*, R. — *Graeciaeque*, R. *que*, ad. — *ut*, Rd. *haud*, a.

§ 19. *diximus* 6, 181. — *principi*, om. R. — *arborem*, RθSTadr. *arborem ebenum*, β. — *Meroen usque*, om. Salmas. exerc. p. 727. a. D. — *Suene*, Ra. — *DCCCXCVI*, Tad. *DCCCCXCVI*, Rβ. Diversum numerum habet Plin. 6, 182. *nongenta*, Salmas. — *nullamque*, Rθad. *nullamque aliam*, β. — *in*, ad. *sinit*, R. — *tributi*, Rθd. *tributum*, a. *tributorum*, β. *tributis*, Salmas. — *tertia*, om. R.

§ 20. *eam*, Rad. *etiam*, r. Om. T. — *triumpho*, Rp. *in triumpho*, adβγ. — *Accendi*, RθTadr. *Accendi eam*, β. — *iucundo odore*, d. — *arbore mire*, Salmas. exerc. p. 728. b. B. *arborem iure*, Rad. *arboreum trunco*, βγ. — *enodi*, Rigalt. ap. Salmas. *et nodi*, Rad. Ceterum v. Theophr. l. l. IV. 4, 6. — *materiae*, a. — *vel*, om. R.

§ 21. *Est*, θ. Hoc verbum ad *dispersum* § 20. referunt Radγ, om. β. —

V. 10. Est ibi et spina similis sed deprehensa vel lu- 21
cernis, igni protinus transiliente. Nunc eas exponemus quas
mirata est Alexandri magni victoria, orbe eo patefacto.

11. Ficus ibi exilia poma; se ipsa semper serens vastis 22
diffunditur ramis, quorum imi in terram adeo curvantur ut
annuo spatio infigantur novamque sibi propaginem faciant
circa parentem in orbem quodam opere topiario. Intra sae-
pem eam aestivant pastores opacam pariter et munitam vallo
arboris, decora specie supter intuenti proculve fornicato
ambitu. Superiores eiusdem rami in excelsum evolant, sil- 23
vosa multitudine, vasto matris corpore, ut LX passus plerae-
que orbe colligant, umbra vero bina stadia operiant. Fo-
liorum latitudo peltae effigiem Amazonicae habet; ea causa
fructum integens crescere prohibet, rarusque est nec fabae
magnitudinem excedens, sed per folia solibus coctus prae-
dulcis saporis, dignus miraculo arboris; gignitur circa Ace-
sinen maxume amnem.

VI. 12. Maior alia, pomo et suavitate praecellentior, quo 24
sapientes Indorum vivont. Folium alas avium imitatur, lon-
gitudine trium cubitorum, latitudine duum. Fructum cortice
mittit admirabilem suci dulcedine, ut uno quaternos satiet.

depressa vel in, d. — *protinus fusi transiliente*, r. *prot. in tusam trans.*, Dalec. — *Non*, ad. — *exponemus*, R. *exponam*, ad$\beta\gamma$.

§ 22. *exilia*, ad (cod. Salmas. exerc. p. 714. a. G.) *eximia*, Rθ. *χαρπὸν δὲ σφόδρα μιχρόν*, Theophr. l. l. IV. 4, 4. coll. I. 7, 3. — *poma*, a^{2}r (cod. Salmas.) *pomo*, R. *pimo*, a^{1}d. Huic voci addunt *habet* $\beta\gamma$, quod verbum omitt. Radr (cod. Salmas.); *ficus* esse genit. singularis praetermiserunt veteres editores. — *se ipsa*, Rad. *ipsa se*, $\beta\gamma$. Om. r. — *ferens*, ar (cod. Salmas.) — *imi*, omitt. adr. — *in terram adeo*, ad. *in terra adeo*, R. *pondera adeo*, r. *adeo in terram*, $\beta\gamma$. — *orbem*, R. *orbes*, Tar. *orbis*, d. — *aestinuant*, R. — *munitas*, Td. — *arbores*, Tad. — *supter*, R. *subter*, ad$\beta\gamma$. — *proculo e*, R. — *ambitus*, R.

§ 23. *eiusdem*, RθTadr. *eius*, β. — *evolant*, R. *emicant*, ad$\beta\gamma$. V. 16, 86. — *vasto—latitudo* om. R. — *plerique*, Tad (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 714. b. F.) γ. *plerumque*, r. Veterem vero scripturam a nobis revocatam tuetur Theophr. l. l.: *χαὶ τὸ πάχος τοῦ στελέχους ἔνια πλειόνων ἢ ἑξήχοντα βημάτων*, ubi Schneider. quoque p. 305. nobiscum facit, Plinii errorem notans, qui numerum alio transferebat, quam debebat. — *orbe*, a. *orbem*, Td. *in orbem*, r. — *umbram*, r. — *bina stadia*, d. *bino stadio*, ar. *binis stadiis*, Dalec. — *periant*, a^{1}. *pariant*, a^{2}r. — *ea*, R. *e*, a^{1}. *hec*, a^{2}. *haec*, r. *hac*, Dalec. γ. — *Rarusquae*, R. — *est*, omitt. Rad. — *praedulcis saporis*, R. *praedulcis sapore*, d. *praedulci sapore*, a$\beta\gamma$. — *Acesinen*, a. *Acesine*, R. *Acesinem*, dβ.

§ 24. *longitudinem*, R. Ceterum v. Theophr. l. l. IV. 4, 5. — *latitudinem*, R. — *duorum*, r. — *mittit*, Rθad. *emittit*, β. — *sicut*, R. — *dulcedinem*, Ra. — *satient*, ad.

Arbori nomen palae, pomo arienae. Pluruma est in Sydra-
cis, expeditionum Alexandri termino. Est et alia similis huic,
dulcior pomo, sed interaneorum valetudini infesta; edixerat
Alexander ne quis agminis sui id pomum attingeret.

13. Genera arborum Macedones narravere, maiore ex parte 25
sine nominibus. Est et terebintho similis cetera, pomo amy-
gdalis, minore tantum magnitudine, praecipuae suavitatis,
in Bactris utique; hanc aliqui terebinthon esse proprii ge-
neris potius quam similem ei putaverunt. Sed unde vestis
lineas faciunt, foliis moro similis, calyce pomi cynorrodo;
serunt eam in campis neque est gratior villarum prospectus.

VII. 14. Oliva Indiae sterilis praeterquam oleastri fructus; 26
passim vero quae piper gignunt, iuniperis nostris similes,
quamquam in fronte Caucasi solibus opposita gigni tantum
eas aliqui tradidere. Semina a iunipero distant parvolis si-
liquis, qualis in phasiolis videmus. Hae priusquam dehiscant
decerptae tostaeque sole faciunt quod vocatur piper longum,
paulatim vero dehiscentes maturitate ostendunt candidum pi-
per, quod deinde tostum solibus colore rugisque mutatur.
Verum et his sua iniuria est atque caeli intemperie carbun- 27
culant fiuntque semina cassa et inania, quod vocant bregma,
sic Indorum lingua significante mortuum. Hoc ex omni ge-

aritate, R. — *Oxydracis*, Pint. — *Alexandro*, R. — *valitudine*, Rd. *valetudinem*, a. — *infestę*, d. *infeste*, Ra. *infesto*, Bodaeus ad Theophr. l. l. p. 353. et Gronov. miscell. p. 848., quod propter Theophr. IV. 4, 5. *οὗτος (καρπὸς) ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμὸν ποιεῖ καὶ δυσεντερίαν*, reciperem, nisi *sed* adesset. — *edixerat*, Barbar. *Dixerat*, Rad. — *nec quid*, R.

§ 25. *ex parte maiore*, r. — *amygdalae magnitudine*, Pint., qui tamen verba media quodammodo defendi posse concedit. — *sed minor*, K. — *magnitudinē*, R. — *in Bactris utique*, Pint. r. Ad sequentia referunt, novam hinc enuntiationem incipientes, Radβγ. Ex Theophrasto l. l. IV. 4, 7. nihil lucreris. — *terebinthon*, R. *terebinthum*, adβγ. — *laneas*, Pint. — *moro*, Theophr. l. l. IV. 4, 8. *mollo*, d. *molli*, a. *odore*, R. — *corpore toto cynorrhodo*, Pint. ex Theophr., ubi v. Schneid. p. 308. — *cynorrodo*, Ra (codd. Barbari.) *cynorho*, d. — *neque*, Rad. *nec*, βγ. — *villarum*, Rad. *ullarum*, β. *vinearum*, Pint.

§ 26. *fructus*, R. *fructum*, ad. *fructu*, βγ. — *piper*; exscripsit haec Solin. 52, 50. — *tantum*, ad. *ta nu*, R. — *aliqua*, d. — *phasiolis*, Barbar. *passiolis*, Rd. *pasin passiolis*, a. *faseolis*, βγ. — *maturitate*, Rd. *maturitatem*, a^1. *per maturitatem*, a^2r.

§ 27. *his*, ap. *iis*, Rdβγ. — *interiora*, ad. — *carbunculant*, Rθapr. *carbunculantur*, dβγ. — *semina*, Rθad. *semine*, pr. — *cassa*, dp. *casca*, Ra. *cassae et inanes*, Pint. — *bregma*, R. *bricma*, θTd. *brioma*, a (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 724. b. E.) *brisma*, alii libri eiusd. *brecinasin* omisso *sic*, p. *brechmasin*, β. *brechma*, γ. *brasma*, Salmas. ex Dioscor. 2, 188. — *sic*, om. r. *mortuum*, RθSTadpr (codd. Salmas.) *abortum*, β. *atrophum*, Salmas. —

nere asperrimum est levissimumque et pallidum, gratius
nigrum, lenius utroque candidum. Non est huius arboris radix, ut aliqui existumavere, quod vocant zimpiberi, alii vero
zingiberi, quamquam sapore simile. Id enim in Arabia atque 28
Trogodytica in villis nascitur, parva herba, radice candida;
celeriter ea cariem sentit, quamvis in tanta amaritudine;
pretium eius in libras X VI. Piper longum facillime adulteratur Alexandrino sinapi; emitur in libras X XV, album
X VII, nigrum X IV. Usum eius adeo placuisse mirum est;
in aliis quippe suavitas cepit, in aliis species invitavit; huic
nec pomi nec bacae conmendatio est aliqua, sola placere
amaritudine et hanc in Indos peti. Quis ille primus expe- 29
riri cibis voluit aut cui in adpetenda aviditate esurire non
fuit satis? Utrumque silvestre gentibus suis est et tamen
pondere emitur ut aurum vel argentum. Piperis arborem iam
et Italia habet maiorem myrto nec absimilem. Amaritudo
grano eadem quae piperi musteo credatur esse; deest tosta
illa maturitas ideoque et rugarum colorisque similitudo. Adulteratur iuniperi bacis mire vim trahentibus, in pondere
quidem multis modis.

15. Est etiamnum in India piperis grani simile, quod voca- 30
tur caryophyllon, grandius fragiliusque. Tradunt in Indico luco

acerrimum, Dalec. — *lenius*, R T a^2 d. *lentus*, θ. *levius*, a^1 p. *leniusque*, β. — *quam*, r. — *zimpiberi*, R d. *singiveri*, θ a p. *singiverim*, K. V. Dioscor. 2, 189. — *eli*, a. — *zingiberi*, R. *singiberi*, d. *zimpiberi*, θ a^1. *zimpiperi*, a^2. *zimgibero*, p. — *simili*, R.

§ 28. *vilius*, Salmas. de hyle p. 212. b. A. — *parva herba*, R. *parvae herbae*, a d β γ. — *libra*, R a d. — *X VI*, Dalec. et Broter. *XVI*, R. *VI*, d β γ. *ut*, a. *X I*, altera Broterii coniectura. — *libras*, R. *libra*, a d. — *adeo*, a d. *eum*, R. — *coepit*, a. — *nepotini*, a^1. *necpotioni*, a^2. — *aliquid*, R. — *placuere*, T.

§ 29. *ille primus*, a d. *primus ille*, R. *illa primus*, β γ. V. Tacit. ann. 12, 36. — *explenda*, r. Ortam hanc scripturam esse ex glossa nemo non videt, vulgatam vero ferri non posse pariter certum. Quid enim est *aviditas appetenda*? Ingeniosam de h. l. coniecturam Phil. Wagner. meus mecum communicavit, legendum esse *cui in appetendo aviditati*. Ultima huius vocis littera *i*, quod sexcenties factum est, in *e* corrupta proxima vox facillime corrumpi poterat vel potius mutanda erat. — *satius*, r. — *Utcunque*, Pint. — *Italiam*, R. — *habet*, R. Omitt. a d. — *Amaritudine*, a. *amaritudinem*, r. — *grano—similitudo* om. R. — *peperi*, θ. — *credatur*, θ a d. *creditur*, β γ. — *tosta*, a^2 d. *costa*, a^1. *cocta*, a^3. — *in pondere—modis*, R. Omitt. T a d.

§ 30. *granis*, R a d. — *caryophyllon*, ita nos scripsimus. *carophyllon*, R^1. *gariophillon*, R^2 a. *gariofillon*, codd. Salmas. de hyle p. 143. a. F. *garyophyllon*, d β γ. — *Indico loco*, R. *indicato*, a d^1 (codd. Salmas., Voss. pr. et Leid. pr. vetustissimus ap. Oudend. ad Appul. met. p. 380.) *indica toto*, d^2. *indicato loco*,

id gigni; advehitur odoris gratia. Fert et in spinis pipe-
ris similitudinem praecipua amaritudine, foliis parvis den-
sisque cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido,
radice lata lignosaque, buxei coloris. Hac in aqua cum se-
mine excocta in aereo vase medicamentum fit quod vocatur
lycion. Ea spina et in Pelio monte nascitur adulteratque 31
medicamentum; item asphodeli radix aut fel bubulum aut
apsinthium vel rhus vel amurca. Aptissimum medicinae quod
est spumosum; Indi in utribus camelorum aut rhinocerotum
id mittunt. Spinam ipsam in Graecia quidam pyxacanthum
Chironium vocant.

VIII. 16. Et macir ex India advehitur, cortex rubens 32
radicis magnae nomine arboris suae; qualis sit ea, incon-
pertum habeo. Corticis melle decocti usus in medicina ad
dysintericos praecipuus habetur.

17. Saccharon et Arabia fert, sed laudatius India; est autem mel in harundinibus collectum, cummium modo candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis abellanae magnitudine, ad medicinae tantum usum.

18. Contermina Indis gens Ariana appellatur, cui spina 33
lacrimarum pretiosa, murrae similis, accessu propter aculeos
anxio; ibi et frutex pestilens raphani folio lauri, odore
equos invitante, qui paene equitatu orbavit Alexandrum

θ^1. *Indico*, θ^2. *India*, r. *Indica Tynde*, Salmas. *Indico lacu* vel potius *Indica loto*, Oudend., quod mihi quoque tam ob sensum quam ob d^2 verisimillimum videtur. — *in spinis*, T a d r. *spina*, R β. — *p̄ti pua*, a. — *magnitudine*, R. — *lignum aque*, R. — *buxi*, R. — *Hac*, θ T a d. *Hanc*, R. *Haec*, β. — *aquam*, R. — *frutice*, Pint. — *excocta*, R. *excepta*, a d $\beta\gamma$. *expressa*, Dalec. At v. 24, 125. — *lycion*, Barbar. d. *licyone*, R. *lycione aspina*, a. V. Dioscor. 1, 132.

§ 31. *pilo*, d. — *aspodileno*, R. — *rhus*, R d. *rus*, θ T a. *thus*, β. — *aptissimum*, R. *absinthium*, a. *Lycion aptissimum*, d $\beta\gamma$. — *id*, R d. *ad*, a. — *quia quidam*, R. — *Chironium*, R. *Chiroum*, a d. *pyxacantham Chironiam*, Pint.

§ 32. *machir*, R. V. Dioscor. 1, 111. — *Sactaron*, a. *Sactoron*, d. *Sactraron*, R. V. Dioscor. 2, 104. — *cummium*, R. *commium*, a^1 d. *gummium*, $a^2 \beta\gamma$. — *magnitudinem*, a.

§ 33. *Arriana*, a β. V. Theophr. hist. plant. IV. 4, 12. — *cui*, R. *cuius*, a d $\beta\gamma$. — *pina*, a. — *lacrima*, R. — *simili*, θ a d r. *similia*, R. — *accessus*, R. — *raphani folio*, *lauri odore*, interpungit Freinshem. ad Curt. IX. 10, 12. At cum Theophr. l. l. IV. 4, 13. dicat illum fruticem raphanum magnitudine aequare, h. l. aliquid excidisse videtur, quod id significaverit.

§ 34. *laureo*, R. *lario*, a d. *lauri*, θ. *nullo*, Hard. ex Theophrasto l. l. — *inferret*, θ. *inferet*, R^1. *infert*, R^2 a d $\beta\gamma$. — *convallis*, a d. — *fico*, θ. *ficos*, R d. *ficis*, a $\beta\gamma$. — *ogghi*, R.

primo introitu, quod et in Gedrosis accidit. Item laureo folio 34
et ibi spina tradita est, cuius liquor adspersus oculis caeci-
tatem inferret omnibus animalibus; nec non et herba prae-
cipui odoris referta minutis serpentibus quarum ictu protinus
moriendum esset. Onesicritus tradit in Hyrcaniae convallibus
fico similis esse arbores quae vocentur occhi, ex quibus de-
fluat mel horis matutinis duabus.

IX. 19. Vicina est Bactriane, in qua bdellium laudatissi- 35
mum. Arbor nigra est, magnitudine oleae, folio roboris, fru-
ctu caprifici, ipsi natura quae cummi; alii brochon appellant,
alii malacham, alii maldacon, nigrum vero et in offas con-
volutum hadrobolon. Esse autem debet tralucidae simile
cerae, odoratum et cum frietur pingue, gustu amarum citra
acorem; in sacris vino perfusum odoratius. Nascitur et in
Arabia Indiaque et Media ac Babylone; aliqui peraticum
vocant per Mediam advectum. Fragilius hoc et crustosius 36
amariusque, at Indicum umidius et cumminosum. Adultera-
tur amygdala nuce, cetera eius genera cortice et scordasti;
ita vocatur arbor aemula cummi; sed deprehendunt, quod
semel dixisse et in ceteros odores satis sit, odore, colore,
pondere, gustu, igne. Bactrio nitor siccus multique candidi
ungues, praeterea suum pondus quod gravius esse aut levius
non debeat; pretium sincero in libras X III.

§ 35. *Vicina—qua* om. R. Ceterum v. Dioscor. 1, 80. — *Bactriane*, a. *Bactrianae*, *θ* d. *Bactriana*, *βγ*. — *laudatissimum*, R. *nominatissimum*, a d *βγ*. — *est nigra*, a d. — *caprifici*, R. *caprificis*, T a d. — *ipsi*, R *θ*. *ipsis*, T d. Omitt. a *βγ*. — *natura quae cummi*, *θ*. *naturaque cummi*, R. *naturaquae. Gummi*, a. *naturaque gummi*, T. *naturaque commi*, d. *natura gummi*, r. *naturaque. Gummi*, *βγ*. — *brochon*, R[2] (codd. Salmas. exerc. p. 809. b. D.) *brocchon*, R[1]. *brocon*, *θ* d. *procon*, a r. *blochon*, K. *prochoon*, Dalec. — *malacham*, *θ* T a d r. *malachan*, R. *malacam*, codd. Salmas. *malachram*, *β*. — *hadrobolon*, d. *adrobolo*, R. *hadrobolum*, a. — *tralucidae*, R a d. *translucidae*, liber optimus Salmas. *translucidum*, *βγ*. — *frietur*, R. *frictur*, d. *fricatur*, a *βγ*. — *perfusum odoratius*, R. *perfusom odoratius*, a. *perfuso moderatius*, d r. — *pyraticum*, K. *paraneum*, r. — *per*, R. *ex*, a d *βγ*. — *Mediam*, ita scribendum fuit. *Media*, R a d *βγ*.

§ 36. *Fragilius*, R. *Facilius*, a d (codd. Gel.) *βγ*. — *que—humidius*, codd. Gel. *que—humidas*, R. Omitt. T a d. — *cumminosum*, *θ* a *ϑ* (ap. Gronov. ad 24, 14.) *comminosum*, d. *cumminarum*, R. *gumminosum*, T (codd. Salmas. exerc. b. E.) *δρφγ*. *gummosum*, *β*. *unguinosum*, Salmas. — *et scordasti*, Pint. R. *et scorti*, *θ* T a d. *et surdasti*, K. *scordasti*, *β*. — *aemula*, K. *aemulo*, R a d *βγ*. *arboris aemulum*, Dalec. — *deprehendunt*, R. *deprehenduntur*, a d *βγ*. — *Bactrio*, R *θ* a d. *Bactriano*, *βγ*. — *nitor*, R *θ* T a d r. *nidor*, *β*. — *siccus*, a d. *secus*, *θ*. *sucus*, R. *succus*, T. *suus*, Pint. — *praeterea suum*, a d. *Praeter ex IIII*, R. — *aut levius esse*, d. *ac*, r. — *XIII*, R. *X terni*, codd. Gel. *βγ*. *X. IIII*, r.

20. Gentis supra dictas Persis attingit, rubro mari, quod 37
ibi Persicum vocavimus, longe in terra aestus agente, mira arborum natura; namque erosae sale, invectis derelictisque similes, sicco litore radicibus nudis polyporum modo amplexae sterilis harenas spectantur. Eaedem mari adveniente fluctibus pulsatae resistunt inmobiles, quin et pleno aestu operiuntur totae, adparetque rerum argumentis asperitate aquarum illas ali. Magnitudo miranda est, species similis unedoni, pomum amygdalis extra, intus contortis nucleis.

X. 21. Tylos insula in eodem sinu est, repleta silvis, qua 38
spectat orientem quaque et ipsa aestu maris perfunditur. Magnitudo singulis arboribus fici, flos suavitate inenarrabili, pomum lupino simile, propter asperitatem intactum omnibus animalibus. Eiusdem insulae excelsiore suggestu lanigerae arbores alio modo quam Serum; his folia infecunda, quae, ni minora essent, vitium poterant videri. Ferunt mali cotonei amplitudine cucurbitas quae maturitate ruptae ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestis pretioso linteo faciunt.
XI. Arbores vocant gossypinum, fertiliore etiam Tylo mi- 39
nore quae distat X M pass.

22. Iuba circa fruticem lanugines esse tradit linteaque ea Indicis praestantiora, Arabiae autem arbores, ex quibus vestis faciant, cynas vocari, folio palmae simili. Sic Indos suae arbores vestiunt. In Tylis autem et alia arbor floret albae violae specie sed magnitudine quadriplice, sine odore, quod miremur in eo tractu.

§ 37. *Gentis*, haec sumpsit Plin. ex Theophr. l. l. IV. 7, 5. — *vocavimus* 6, 108. — *terra*; Plin., nisi fallor, *terram* scripsit. — *aestivus*, a. — *erosae*, RTd. *aerossae*, a. *aerosae*, β. — *sole*, T. — *Eadem*, a. — *advenienti*, R. — *aperiuntur*, R. — *milla salus*, R. *illas oli*, a. *illa soli*, d. — *unedonis*, adβ. — *extrantis*, R. — *contortus*, R.

§ 38. *Tylo*, R. *Hylos*, a. V. Theophr. l. l. IV. 7, 7. — *profunditur*, θa. — *similis*, r. — *suavitatem*, R. — *inenarrabili*—*asperitatem* om. R. — *excessiore*, ad. — *lanigera carbores*, R. — *ni minora essent*, Ra. *minora esse*, d. — *mali cotonei*, ad. *noali cotonei*, R. *cot. mali*, βγ. — *pilos*, K.

§ 39. *gossypinum*, R. *gossympinum*, θa. *gossinpinum*, Td. *gossampinos*, codd. Barbari, β. *gossampinum*, r. *gossympinos*, codd. (?) Hard. γ. *gossampinus*, Dalec. — *fertiliores*, K (codd. Barbari.) — *Tylo e minore*, a. *Tyla in minore*, codd. Barbari. — *quae*, om. R. — X. *M.* aut *XXII. M. D.*, Barbar. coll. 6, 148. — *tradit*, omitt. ad. — *linteaque fieri*, K. — *qua*, Rad. — *In Tylis*, haec et sequentia Plin. sumpsit ex Theophr. l. l. IV. 4, 8. — *quadriplice*, R. *quadruplici*, βγ. Omitt. ad. — *in e tractus*, R. *miremur. In eo tractu est et*, K.

§ 40. *et*, om. R. — *reliquorum*, T.

23. Est et alia similis, foliosior tamen roseique floris, quem 40
noctu conprimens aperire incipit solis exortu, meridie expandit; incolae dormire eum dicunt. Fert eadem insula et palmas oleasque ac vitis et cum reliquo pomorum genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt rigaturque gelidis fontibus et imbres accipit.

24. Vicinitas Arabiae flagitat quandam generum distin- 41
ctionem, quoniam fructus iis constant radice, frutice, cortice, suco, lacrima, ligno, surculo, flore, folio, pomo.

XII. 25. Radix et folium Indis in maxumo pretio. Radix costi gustu fervens, odore eximia, frutice alias inutili. Primo statim introitu amnis Indi in Patale insula duo eius genera, nigrum et quod melius candicans; pretium in libras X v.

26. De folio nardi plura dici par est ut principali in un- 42
guentis. Frutex est gravi et crassa radice sed brevi ac nigra fragilique, quamvis pingui, situm redolente, ut cyperi, aspero sapore, folio parvo densoque. Cacumina in aristas se spargunt; ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Alterum eius genus apud Gangen nascens damnatur in totum
ozaenitidos nomine, virus redolens. Adulteratur et pseudo- 43
nardo herba quae ubique nascitur crassiore atque latiore folio et colore languido in candidum vergente, item sua radice permixta ponderis causa et cummi spumaque argenti aut stibio ac cypero cyperive cortice. Sincerum quidem levitate

§ 41. *Vicinatis Arabiae*, R, unde *Vicinitas* scripsi. *Vicina his Arabia*, ad βγ. — *quadam*, d. *quando*, R. — *is* (i. e. *iis*), aβ. *his*, d. Om. R. — *constant*, Salmas. exerc. p. 750. a. A. Confirmat R. *constat*, ad βγ. — *folio*, R. — *insidiis*, R. — *in*, R. *et*, a. *est et*, r. *est*, dγ. *ex*, β. Multa in his vv. mutat Dalec., at v. Salmas. exerc. p. 749. b. G. — *eximia*, R. *eximio*, ad βγ. Ceterum v. Dioscor. 1, 15. — *inutili*, *primo—insula*. *Duo*, r. — *eius*, Rd. *sunt eius*, aβγ. — *XV. S*, R. *X*, *VI*, ad βγ.

§ 42. *De modo*, Dalec. — *principalis*, a. — *pinguis*, R. — *situredolente*, R. — *aut*, Tθr. — *cyperi*, Dioscor. 1, 6. *cupressum*, Rθ. *cypressum*, Td. *cyperessum*, a[1]. *cypiressum*, a[2]. *cypressi*, K. — *sapore folio*, TKad. *folio sapore*, R. *folio*, β. — *in*, omitt. a (liber optimus ap. Salmas. exerc. p. 749. b. D.) — *aristas res parcunt*, R. *ariste aspergunt*, a. *arista ea spargunt*, d. *aristae spargunt*, r. *ariste saspergunt*, liber Salmas. *in spicas*, Dalec. *cacumina aristae se spargunt*, Salmas. — *Gangen*, ad. *Gangem*, Rβγ. — *ozaenitidos*, R. *ozaenitidis*, ad βγ. *gangitidis*, Pint.

§ 43. *grassiores*, R. — *languide*, R. — *item sua*, ad. *iterua*, R. — *argentea*, ar. — *aut*, θd. *ut*, ar. *aque aut*, R. — *stibio*, Rd. *stibi*, θTar. — *ac cypero*, a[2]r (codd. Salmas. exerc. p. 750. b. B.) *ac cypiro*, a[1] (Rigalt.) *ac cyparo*, R. *ac cyperi*, Td. *ac*, θ. Om. β. — *cyperive*, θTar (Rigalt. et alii codd. Salmas.) *cypirive*, R. *cyprive*, d. *cyperi cypirive radice*, Salmas.

deprehenditur et colore rufo odorisque suavitate et gustu
maxume siccante os, sapore iucundo; pretium spicae in
libras X C. Foli divisere annonam amplitudine; hadrosphae- 44
rum vocatur maioribus pilulis X XXXX; quod minore folio
est mesosphaerum appellatur, emitur X LX; laudatissimum
microsphaerum e minumis foliis, pretium eius X LXXV. Odo-
ris gratia omnibus, maior recentibus. Nardo colos si invete-
ravit, nigriori melior. In nostro orbe proxume laudatur Sy- 45
riacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum, quod aliqui
agrion vocant, alii phu, folio olusatri, caule cubitali, geni-
culato, in purpura albicante, radice obliqua villosaque et
imitante avium pedes. Baccaris vocatur nardum rusticum, de
quo dicemus inter flores. Sunt autem omnia ea herbae prae-
ter Indicum. Ex iis Gallicum et cum radice vellitur ablui-
turque vino, siccatur in umbra, adligatur fasciculis in charta,
non multum ab Indico differens, Syriaco tamen levius; pre-
tium X III. In his probatio una, ne sint fragilia et arida 46
potius quam sicca folia. Cum Gallico nardo semper nascitur
herba quae hirculus vocatur a gravitate odoris et similitudine,
qua maxume adulteratur; distat, quod sine cauliculo est
et minoribus foliis quodque radicis neque amarae neque
odoratae.

XIII. 27. Nardi vim habet et asarum, quod et ipsum 47
aliqui silvestre nardum appellant; est autem hederae foliis,
rotundioribus tantum mollioribusque, flore purpureo, radice

§ 44. *Folii*, Tad. *Foliive*, R. *Folia*, codd. Barbari, β. Scripsisse Plin. videtur *Folii vero*, ut folia opponantur spicis. — *amplitudine*, ad. *amplitudinem*, R. *ab amplitudine*, codd. Barbari, βγ ad sequentia referentes. — *pilulis*, Salmas. exerc. p. 754. a. D. *pilus*, R. *pipulis*, θTd (Palat. Salmasii.) *populis*, Sa (Rigalt.) *foliis*, r (codd. Barbari) βγ. — *X xxxx*, ita nos scripsimus. *CXXXX*, R. *L*, ar. *XX*, Td. *X. XXX*, codd. Barbari. *XXXX*, β. *X*, *L*, Hard. γ. — *XLX*, Rad. *LX*, T. *X. L.*, codd. Barbari. — *foliis*, R. *folium*, adβγ. — *Odoribus*, ad. — *colos*, RSTad. *color*, βγ. — *si*, RSTad. *qui*, βγ. — *inveteravit*, Rad. *inveteraverit*, βγ.

§ 45. *primum*, Dalec. — *loci*, Ra[1]. — *aliqui agrion*, R. *alii qui acrion*, a. *alii qririor*, d. *aliqui agrium*, βγ. — *phu*, Barbar. *fu*, a. *phun*, R. *fü*, d. V. Dioscor. 1, 10. — *olusatri*, a[1]d. *olysatri*, a[2]. *holisatri*, R. — *tutillosaque*, R. — *Baccaris*, Ra. *Buccaris*, d. *Baccharis*, βγ. — *dicemus* 21, 135. — *omnia ea*, ad. *omnia*, R. *ea omnia*, βγ. — *his*, a. — *lenius*, a.

§ 46. *quam*, Ra[2]. *que quam*, a[1]. *quae quam*, d. — *qua*, Barbar. d. *quam*, Ra. Ceterum v. Dioscor. 1, 7. — *et*, R. *et quod*, adβγ.

§ 47. *Nardi vim*, Rd. *Nardum*, ar. V. Dioscor. 1, 9. — *habetur*, r. — *est*, Ra[2]. *es*, a[1]. Om. d. — *semine*, R. *simile*, Tad (codd. Salmas. exerc. p. 753.

Gallici nardi, semine acinosum, saporis calidi ac vinòsi, in montibus umbrosis bis anno florens. Optumum in Ponto, proxumum in Phrygia, tertium in Illyrico. Foditur, cum folia mittere incipit, et in sole siccatur celeriter situm trahens ac senescens. Inventa nuper et in Graecia herba est, cuius folia nihil ab Indico nardo distant.

28. Amomi uva in usu est, Indica vite labrusca, ut alii 48
existumavere, frutice myrtuoso, palmi altitudine, carpiturque
cum radice, manipulatim leniter componitur, protinus fragile.
Laudatur quam maxume Punici mali foliis simile nec rugo-
sis, colore rufo; secunda bonitas pallido; herbaceum peius
pessumumque candidum, quod et vetustate evenit. Pretium 49
uvae in libras X LX, friato vero amomo X XLIX. Nascitur
et in Armeniae parte quae vocatur Otene et in Media et
in Ponto. Adulteratur foliis Punicis et cummi liquido, ut co-
haereat convolvatque se in uvae modum. Est et quae vocatur
amomis, minus venosa atque durior ac minus odorata, quo
adparet aut aliud esse aut colligi inmaturum.

29. Simile his et nomine et frutice cardamomum semine 50
oblongo; metitur eodem modo in Arabia. Quattuor eius genera: viridissimum ac pingue acutis angulis, contumax frianti; hoc maxume laudatur; proxumum e rufo candicans, tertium brevius atque nigrius, peius tamen varium et facile tritu odorisque parvi, qui vero costo vicinus esse debet; hoc et apud Medos nascitur. Pretium optumi in libras X III.

a. A.) *semen*, Barbar. βγ. — *venosi*, ad. — *in montibus*, R. *Montibus in*, adβγ. — *florens*, R. *florent*, d. *florem*, a. *floret*, βγ. — *incipit mittere*, d. — *succum trahens*, ar. — *Graecia*, R. *trechia*, d. *Tracia*, a. *Thracia*, βγ.

§ 48. *iuba*, ad. — *est ex*, Dalec. V. Dioscor. 1, 14. — *lebrusca*, a. Delet h. v. Petav. ap. Broter. — *myrtuoso*, codd. Gel. *murtuoso*, codd. Salmas. exerc. p. 284. a. B. *mutuoso*, θ (alii libri Salmas.) *mmtuoso*, a. *m & uoso*, R. *montuoso*, Td. *venoso*, K. *myrteolo*, Scaliger ap. Dalec. *botruoso*, Salmas. — *capiturque*, r. — *manu paulatim*, ar. — *leuiter*, a. *et leniter*, r. — *herbeceumelius*, R. — *quod et*, ad. *quodum quod et*, R. — *potestate*, R. — *eveniet*, ad.

§ 49. *XLX*, Rad. *LX*, T. *sicli LXX*, K. — *XXLIX*, R. *XX. LIIX*, a (vet. cod. Salmas. exerc. p. 284. a. D.) *XX XLIIX*, d (ita ut priores duo numeri denarii lineola traiecta deleti significentur.) *XLIIX*, T. *XXLXIX*, θ. *XLVIII*, β. *X. XLVIII*, Salmas. γ. — *qua*, a. — *punici*, r. — *cum in*, a. — *re*, R. — *modum—quae* om. R. — *a quo*, d. — *alium*, R.

§ 50. *in*, RTa. *et in*, dβγ. Ceterum v. Dioscor. 1, 5. — *eius*, Rd. *sunt*, a. — *frianti*, Brot. *fricanti*, adβ. *fricant*, R. — *hoc*, RθTa. *quod*, dβγ. — *e*, Rd. *eu*, a. Om. T. — *nicarius*, ad. — *Peior*, ad. — *tritum*, R. — *vero*, Rd. *verus*, aβγ. — *XIII*, R. *XII*, ad. *duodecim*, β. *X duodecim*, Dalec. γ.

30. Cinnamomo proxuma gentilitas erat, ni prius Arabiae 51
divitias indicari conveniret causasque quae cognomen illi
felicis ac beatae dedere. Principalia ergo in illa tus atque
murra, haec et cum Trogodytis conmunis; XIV. tura praeter
Arabiam nullis ac ne Arabiae quidem universae. In medio 52
eius fere sunt Atramitae, pagus Sabaeorum, capite regni
Sabota in monte excelso, a quo octo mansionibus distat
regio eorum turifera Saba appellata — hoc significare
Graeci mysterium dicunt —; spectat ortus solis aestivi, un-
dique rupibus invia et a dextera mari scopulis inaccesso;
id solum e rubro lacteum traditur. Silvarum longitudo est
schoeni XX, latitudo dimidium eius. Schoenus patet Era- 53
tosthenis ratione stadia XL hoc est pass. V M; aliqui XXXII
stadia singulis schoenis dedere. Attolluntur colles alti decur-
runtque et in plana arbores sponte natae. Terram argillosam
esse convenit, raris fontibus ac nitrosis. Attingunt et Mi-
naei, pagus alius, per quos evehitur uno tramite angusto;
hi primi conmercium turis fecere maxumeque exercent, a
quibus et Minaeum dictum est. Nec praeterea Arabum alii 54
turis arborem vident ac ne horum quidem omnes, ferunt-
que III non amplius esse familiarum quae ius per successiones
id esse sibi vindicent, sacros vocari ob id nec ullo con-
gressu feminarum funerumque, cum incidant eas arbores
aut metant, pollui atque ita religionem mercis augeri. Qui-
dam promiscuum tus iis populis esse tradunt in silvis, alii
per vicis annorum dividi.

31. Nec arboris ipsius quae sit facies constat. Res in 55
Arabia gessimus et Romana arma in magnam partem eius

§ 51. *atque*, R θ a. *et*, d β γ. — *murra*, R. *mirae*, a. *myrrha*, d β γ. — *tura*, v. Theophr. hist. plant. IX. 4, 2. et Solin. 33, 5. 6.

§ 52. *Atramitae*, a. *Astramitae*, R. *tramitae*, d. — *turiferus*, R. — *Saba*, ST. *Sariba*, a (plerique libri ap. Salmas. exerc. p. 352. b. D.) *Saribu*, θ. *Arabia*, Rd (Palat. Salmasii.) *Sapa*, β. — *appellatur*, θSTd. — *hoc*, RθSTad. *quod*, β. — *spectat urtus*, a. *spectatur thus*, d. *spectata portus*, R. — *rupibus—dextera*, R. Omitt. STad. — *mari*, Salmas. Rd. *maris*, Taβ. — *scopulosis*, p. — *inaccesso*, RθTadr (codd. Salmas.) *inaccessa*, β. — *trahitur*, R. — *schoeni*, RθTad. *schoenorum*, β.

§ 53. *Eratosthenis*, v. Bernhardy. Eratosth. p. 92. — *XXXII*, ad. *XXII*, R. — *alii*, r. — *arbore sponte nascente*, Dalec. — *arenosam*, K. — *Minaei*, Barbar. *minei*, d^{2}. *minent*, R. *minunei*, d^{1}. — *minime*, a. — *primum*, R.

§ 54. *Feceruntque*, R. — *III*, R, quod ego in ter millenarium numerum mutavi. *MMM*, d β γ. *quinque*, r. *CCC*, Amat. Lusitan. ad Dioscor. 1, 74. Omitt.

penetravere, Gaius etiam Caesar Augusti filius inde gloriam petiit, nec tamen ab ullo, quod equidem sciam, Latino arborum earum tradita est facies. Graecorum exempla variant; 56
alii folio piri, minore dumtaxat et herbidi coloris prodidere; alii lentisco similem subrutilo folio; quidam terebinthum esse et hoc visum Antigono regi adlato frutice. Iuba rex iis voluminibus, quae scripsit ad C. Caesarem Augusti filium ardentem fama Arabiae, tradit contorti esse caudicis, ramis aceris maxume Pontici, sucum amygdalae modo emittere talisque in Carmania adparere et in Aegypto satas studio Ptolemaeorum regnantium. Cortice lauri esse constat, quidam 57
et folium simile dixere; talis certe fuit arbor Sardibus; nam et Asiae reges serendi curam habuerunt. Qui mea aetate legati ex Arabia venerunt omnia incertiora fecerunt, quod iure miremur, virgis etiam turis ad nos conmeantibus, quibus credi potest matrem quoque terete et enodi fruticare trunco.

32. Meti semel anno solebat minore occasione vendendi; 58
iam quaestus alteram vindemiam adfert. Prior atque naturalis vindemia circa canis ortum flagrantissimo aestu, incidentibus qua maxume videatur esse praegnans tenuissimusque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur; inde prosilit spuma pinguis; haec concreta densatur, ubi loci natura poscat, tegete palmea excipiente, aliubi area circumpavita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius; quod in arbore hae- 59
sit ferro depectitur, ideo corticosum. Silva divisa certis portionibus mutua innocentia tuta est; nemo saucias arbores

Ta (codd. Salmas. exerc. p. 355. b. C.) — *non*, Tad (codd. Salmas.) *nc̄*, R. — *ius*, a. *eius*, d. *plus*, R. — *esse*, R. Omitt. adβγ. — *vim dicent*, R. — *incidant*, Rd. *indicant*, aβ. *incidunt*, Dalec. — *metunt*, Dalec. — *religionem mercis*, Dalec. R. *religione merces*, adβγ. — *tus*, R. *ius*, adβγ.

§ 55. *earum*, θTad. *etiam*, Rβ.

§ 56. *exemplaria*, Dalec. — *careant*, a. — *prodire*, β. — *folio*, Rad. Omitt. βγ. — *re XII s*, R. *his*, a. — *ardentem*; in h. v. desinit h. l. R denuo incipiens § 103.; adscripta sunt haec verba: „*hic deficiunt XVII capitula.*"

§ 57. *quidam*, a[2]d. *qē*, a[1] (postea erasum.) — *certe talis*, a. — *venerant*, Tad. — *credi par est*, vetus liber Salmas. exerc. p. 355. b. A. — *terete*, θTad (cod. Salmas.) *teretem*, β. — *et*, r. Omitt. Tad (cod. Salmas.) β. — *frutificare*, cod. Salmas.

§ 58. *iam*; pro h. v. habent *viam* ad. — *vindemiam*, d. *viam*, θTa (codd. Salmas.,) qui *vim* coniicit. — *praegnas*, a[1]. — *hic*, a. *his*, Td. — *tegete*, ad. *tegere*, β. — *alibi*, d. — *circumpavita*, d. *circumpavimenta*, ar.

§ 59. *nemo sauc.*, r. *neque*, ad. *neque ullus*, βγ.

custodit, nemo furatur alteri. At Hercules, Alexandriae, ubi
tura interpolantur, nulla satis custodit diligentia officinas;
subligaria signantur opifici, persona additur capiti densusve
reticulus, nudi emittuntur. Tanto minus fidei apud nos paena 60
quam apud illos silvae habent. Autumno legitur ab aestivo
partu; hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est
vere, ad eam hieme corticibus incisis; rufum hoc exit nec
conparandum priori. Illud carfiathum, hoc dathiathum vo-
cant. Creditur et novellae arboris candidius esse, sed veteris
odoratius; quidam et in insulis melius putant gigni, Iuba
in insulis negat nasci. Quod ex eo rotunditate guttae pe- 61
pendit, masculum vocamus, cum alias non fere mas vocetur
ubi non sit femina; religioni tributum ne sexus alter usur-
paretur. Masculum aliqui putant a specie testium dictum.
Praecipua autem gratia est mammoso, cum haerente lacrima
priore consecuta alia miscuit se. Singula haec manum in-
plere solita invenio, cum minore diripiendi aviditate lentius
nasci liceret. Graeci stagonian et atomum tali modo appel- 62
lant, minorem autem orobian; micas concussu elisas man-
nam vocamus. Etiamnunc tamen inveniuntur guttae quae
tertiam partem minae hoc est XXVIII denariorum pondus
aequent. Alexandro magno in pueritia sine parsimonia tura
ingerenti aris paedagogus Leonides dixerat, ut illo modo,
cum devicisset turiferas gentis, supplicaret; at ille Arabia
potitus ture onustam navem misit ei exhortatus ut large
deos adoraret. Tus collectum Sabota camelis convehitur, 63
porta ad id una patente; degredi via capital leges fecere.

Hercules, T a d. *Hercule*, β. — *opici*, a d. — *additur*, a d. *adiicitur*, β γ.

§ 60. *ab*, θ d. *et*, a. *ex*, β. — *carfiathum*, T a. *carphiatum*, d γ. *carpheotum*, β. *carphiotum*, Salmas. exerc. p. 358. b. C. — *dathiathum*, a. *dathiatum*, d β γ. *dadioton*, Salmas. — *esse*, T a. Omitt. d β γ. — *in*, d. Omitt. a β. — *in*, a d. Om. β.

§ 61. *Sed religioni*, T. — *tertium*, a d. — *inope*, θ T a d r. — *deripiendi*, β.

§ 62. *stagonian*, a d. *stagoniam*, codd. Barbari, β γ. — *orobiam*, T d (codd. Gel.) *arabiam*, a (codd. Barbari.) *arabian*, K. Nos correximus exitum vocis. — *Etiamnunc*, a². *Etiamnum*, a¹ d β γ. — *XXVIII*, θ S a d r (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 361. a. A., codd. Bud. de asse p. 321., cod. Scaligeri de re numaria p. 38.) *XXIX*, T (alter cod. Scaligeri et alii codd. Bud. p. 311.) *XXXIX*, β. V. Gronov. de sestert. p. 98. et Wurm. de ponder. p. 28. coll. 33, 132. — *Arabiae*, a. — *odoraret*, T d.

§ 63. *Sabota*, θ T a d. *Sabotam*, β. — *degredi*, θ T a d. *digredi*, β. — *capital*, a (cod. vetustiss. Leid. ap. Oudend. ad Suet. Cal. 25.) *capitale*, d β γ. — *invocavt*, r. — *Sabin*, θ β γ. *ibi in*, a d. *Sabi*, r. — *publice*, a. — *itinerum*, d. *iterum*, θ T a r. — *Gebanitas*, a². *cebanitas*, a¹. *cebbanitas*, d.

Ibi decumas deo quem vocant Sabim mensura, non pondere
sacerdotes capiunt, nec ante merari licet; inde inpensae
publicae tolerantur; nam et benigne certo itinerum numero
deus hospites pascit. Evehi non potest nisi per Gebanitas;
itaque et horum regi penditur vectigal. Caput eorum Thomna 64
abest a Gaza nostri litoris in Iudaea oppido $\overline{\text{XLIV}}$. XXXVI D p.
quod dividitur in mansiones camelorum LXV. Sunt et quae
sacerdotibus dantur portiones scribisque regum certae; sed
praeter hos et custodes satellitesque et ostiarii et ministri
populantur. Iam quacumque iter est, aliubi pro aqua, aliubi 65
pro pabulo aut pro mansionibus variisque portoriis pendunt,
ut sumptus in singulos camelos X DCLXXXVIII ad nostrum litus
colligat, iterumque inperi nostri publicanis penditur. Itaque
optumi turis libra X VI pretium habet, secunda X V, ter-
tia X III. Adulteratur apud nos resinae candidae gemma
perquam simili, sed deprehenditur quibus dictum est modis;
probatur candore, amplitudine, fragilitate, carbone, ut statim
ardeat, item ne dentem recipiat potius quam in micas frietur.

XV. 33. Murram in iisdem silvis permixtam arborem nasci 66
tradidere aliqui, plures separatim; quippe multis locis Ara-
biae gignitur, ut adparebit in generibus. Convehitur et ex
insulis laudata petuntque eam etiam ad Trogodytas Sabaei
transitu maris. Sativa quoque provenit multum silvestri prae-
lata. Gaudet rastris atque ablaqueationibus, melior radice
refrigerata.

34. Arbori altitudo ad quinque cubita, nec sine spina, cau- 67
dice duro et intorto, crassiore quam turis et ab radice etiam

§ 64. *XLIV. XXXVI. D. p.*, θ T a d. *XXXXIIII. XXXVI. D. p.*, codd. Salmas. exerc. p. 351. a. F. *LXXX. XXVII m. p.*, β. *XLIV. XXXVI*, γ. Alia volunt Gesner. hist. anim. 1, 157. et Salmas. — *LXV*, θ T a d r. *LXII*, β. — *certe*, a. — *hostiarii*, a. *hostearii*, θ. *ostrearii*, T d.

§ 65. *alibi*, d bis. — *publicans his*, a d. — *habent*, a^1 d. — *tertia*, r. *verti*, θ. *veriti*, a d. — *XIII*, θ a d r. *XIV*, β. — *Adulteratur apud nos*, a d. *Apud nos adult.*, β γ. — *candida*, Salmas. exerc. p. 358. b. C. — *gumma*, r. *gutta*, Dalec. — *similis*, a d. — *dictum est* § 36. — *potius quam*, d (codd. Gel.) *potiusque*, T a r. — *frietur*, codd. Gel. *fricetur*, T d. *frigetur*, a^1. *fringitur*, a^2.

§ 66. *permixtam arborem*, a r. *permixta arbore*, d β. — *multis*, a d. *multis in*, β γ. — *in generibus* § 72. — *silvis*, θ a^2 d. *ilvis*, a^1 (vetus lectio ap. Salmas. exerc. p. 361. b. E.) — *pervenit*, a. — *atque*, a d. *et*, r. — *ablaqueationibus*, repetit haec Solin. 33, 9.

§ 67. *quam cruris*, Dalec. et Salmas. exerc. p. 368. b. F. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 4, 7. et Dioscor. 1, 77.

quam reliqua sui parte. Corticem levem similemque unedoni scabrum alii spinosumque dixere; folium olivae, verum crispius et aculeatum, Iuba olusatri; aliqui similem iunipero, scabriorem tantum spinisque horridam, folio rotundiorem sed sapore iuniperi. Nec non fuere qui e turis arbore utrumque nasci mentirentur.

35. Inciduntur bis et ipsae iisdemque temporibus, sed a 68
radice usque ad ramos qui valent; sudant autem sponte prius quam incidantur stacten dictam, cui nulla praefertur. Ab hac sativa et in silvestri quoque melior aestiva. Non dant ex murra portiones deo, quoniam et apud alios nascitur; regi tamen Gebanitarum quartas partis eius pendunt. Cetero passim a volgo coemptam in follis conferciunt nostrique unguentarii digerunt haut difficulter odoris atque pinguedinis argumentis.

XVI. Genera conplura: Trogodytica silvestrium prima; 69
sequens Minaea, in qua Atramitica est et Ausaritis Gebanitarum regno; tertia Dianitis; quarta conlaticia; quinta Sambracena a civitate regni Sabaeorum mari proxuma; sexta quam Dusaritim vocant. Est et candida uno tantum loco, quae in Messalum oppidum confertur. Probatur Trogodytica pinguedine et quod adspectu aridior sordidaque ac barbara

rotundiorem, θ a. *rotundiore*, d β γ. — *et ruris arborem*, a.

§ 68. *bis et ipsas denique*, a[1]. *bis et ipssas demque*, d. *binis et ipsae denique*, a[2] r. — *ramos*, d. *aram*, a. — *incidatur*, d. — *stactē*, a[2]. *stacte*, θ T a[1] d. — *dicta*, a[2]. *dicta*, θ T a[1] d. — *quae melior*, Dalec. — *Gebbanitarum*, a d. — *conferciunt*, θ T a d. *confarciunt*, β. — *nostrique*, θ T a d r. *ipsique*, β.

§ 69. *Complura genera*, d. — *prima; Erythraea sequens et Minaea in qua stactea et Atramitica*, Barbar. K. — *Minaea*, codd. Barbari. *inea*, a. *in ea*, d. — *est et*; post has voces inserunt *Gebanitica et* θ T a d r, quae verba aut pro glossemate ex verbis *Geban. regno* orto habenda aut ita retinenda, ut Plin. dicere velit et Gebaniticam et Ausaritida murram regno Gebanitarum deberi; quod si statuimus, post *Ausaritis* excidisse putaverim *et haec*, ut Plin. dicat non solum Gebaniticam, quod ipsum nomen prodat, sed etiam Ausaritida murram e Gebanitarum regno provenire. Varia coniicit Dalec. — *Caucalis*, Dalec. *Caucalitia*, Hard., uterque ex Dioscor. — *Daniatis*, Pint. — *Sambracena*, a[2]. *Sembracena*, a[1] d β γ. — *Dusaritim*, Hard. tacite; et videtur hoc nomen lucem accipere ex Stephano Byz., qui s. v. *Δουσαρή* ait: *Εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ Δουσάρου· θεὸς δὲ οὗτος παρὰ Ἄραψι καὶ Δαχαρηνοῖς τιμώμενος*, et ex glossa Hesychii: *Δουσάρην τὸν Διόνυσον Ναβαταῖοι, ὥς φησιν Ἰσίδωρος*. *Dusiritim*, a. *Dusyritim*, T d. *Dusyritin*, θ. *Dusartim*, β. — *in loco*, T d. — *Mesalum*, a. — *Trogodytica*, d. *Trogoditicc*, a. *Troglodyticae*, θ r. — *pinguedine*, Broter. *pinguedinis*, a d r. *pinguidinis*, θ. *pinguetudine*, β. Orta est scriptura codicum ex terminatione ablativi in *i*, quam saepe habent codd. in substantivis, quorum nomina-

sed acrior ceteris. Sambracena praedictis caret vitiis, ante 70
alias hilaris sed viribus tenuis. In plenum autem probatio
est minutis glaebis nec rotundis, in concretu albicantis suci
et tabescentis utque fracta candidos unguis habeat, gustu
leniter amara. Secunda bonitas intus varia, pessuma intus
nigra, peior, si etiam foris. Pretia ex occasione ementium
varia; stactae a X III ad X L, sativae summum X XI, Ery-
thraeae XVI — hanc volunt Arabicam intellegi —, Trogodyticae
nucleo XVI S., ei vero quam odorariam vocant XIV. Adul- 71
teratur lentisci glaebis et cummi, item cucumeris suco ama-
ritudinis causa, sicut ponderis, spuma argenti; reliqua vitia
deprehenduntur sapore, cummis dente lentescens. Fallacis-
sime autem adulteratur Indica murra quae ibi de quadam
spina colligitur; hoc solum peius India adfert facili distin-
ctione; tanto deterior est.

XVII. 36. Ergo transit in mastichen quae et ex alia spina 72
fit in India itemque in Arabia; lainam vocant. Sed mastiche
quoque gemina est, quoniam et in Asia Graeciaque reperitur
herba radice folia emittens et carduum similem malo, semi-
nis plenum, lacrimaque erumpit incisa parte summa, vix uti
dignosci possit a mastiche vera; nec non et tertia in Ponto
est, bituminis similior, laudatissima autem Chia candida,

tivus in quamcumque aliam syllabam quam in *is* exit. — *aridior*, a^{2}d. *aridior est*, a^{1}βγ. *viridior*, Dalec. ex Dioscor. 1, 77.

§ 70. *Sambracena*, θa. *Sembracena*, dβγ. — *praedictis*, om. r. — *caret vitiis*, omitt. θadr. — *probatio est*, a. *probatione*, d. — *et tavescentis*, a^{1}. *et tavescente*, a^{2}. *tavescentibus*, d, uti videtur, a m. pr. Nunc nihil nisi *a vescenti* restat. — *utque*, a^{1}. *utique*, a^{2}. In d rasura. — *confracta*, r. — *varie*, d. — *pessimaque*, Td. — *stactae a*, ad. *stacte a*, T. *stactae vero a*, βγ. — *XIII ad XL*, Tadr, unde ego denariorum notam refinxi. *VI ad L*, β. — *summum*, Tadr. *summum ad*, β. — *X XI*, Tadr. *XXII*, β. — *Erythraeae*, θad. *Erythraeae ad*, βγ. — *hanc*, a^{2}d. *hac*, θa^{1}. — *XVI S.*, i. e. denarii, qui supplendi ex superioribus, sedecim cum semisse; hanc lectionem restituimus ex sequentibus. *XVI*, adγ. *XXI*, r. *ad XIII*, β. — *ei*, ita nos scripsimus. *sei*, ad. *sextae*, K. *eius*, βγ. — *adorariam*, β. — *XIV*, ad. *XV*, r. *XVII*, θ. *ad XIIII*, β.

§ 71. *cummitem*, a^{1}. *gummi item*, a^{2}. — *sapori*, a^{1}. — *gummis*, ad. *gummi*, β ad superiora referens, ut sit genitivus. — *lentescens*, a^{1}d. *lentescentis*, a^{2}β. — *Fallacissime*, d (codd. Gel.) *Fallacissima*, ar. — *affert India*, Td.

§ 72. *masticen*, ad ubique. — *siit*, a. — *lainam*, Salmas. exerc. p. 374. b. A. Confirmant ad. *lamam*, β. Multa in his tentat Dalec. — *nobis quoque*, Dalec. — *herba*, Theophrasto ἰξίνη dicta l. l. VI. 4, 9. — *simile*, a. — *lacrimaque*, a^{2}d. *lacrimęque*, a^{1}. *carduo simile malum seminis plenum lacrimaeque quae*, Salmas. exerc. p. 214. a. C. — *lima parte*, Dalec. — *uti dignosci*, ita nos scripsimus. *ut id nosci*, a. *ut id dinosci*, d. *ut dignosci*, βγ. — *posset*, ad.

cuius pretium in libras xx, nigrae vero xII. Chia e lentisco
traditur gigni cummium modo; adulteratur ut tura resina.
37. Arabia etiamnum et ladano gloriatur; forte casuque 73
hoc et iniuria odoris fieri plures tradidere caprasque male-
ficum alias frondibus animal, odoratorum vero fruticum ex-
petentius, tamquam intellegant pretia, carpere germinum
caulis praedulci liquore turguentis destillantemque ab his ca-
sus mixtura sucum inprobo barbarum villo abstergere; hunc
glomerari pulvere, incoqui sole et ideo in ladano caprarum
pilos esse; sed hoc non alibi fieri quam in Nabataeis qui
sunt ex Arabia contermini Syriae. Recentiores ex auctoribus 74
stobolon hoc vocant traduntque silvas Arabum pastu capra-
rum infringi atque ita sucum villis inhaerescere, verum au-
tem ladanum Cypri insulae esse, ut obiter quaeque genera
odorum dicantur, quamvis non terrarum ordine; similiter
hoc ibi fieri tradunt et esse oesypum hircorum barbis ge-
nibusque villosis inhaerens, sed hederae flore deroso, pasti-
bus matutinis, cum est rorulenta Cypros; dein nebula sole
discussa in pulverem madentibus villis adhaerescere atque
ita ladanum depecti. Sunt qui herbam in Cypro, ex qua id 75
fiat, ledam appellant; etenim illi ledanum vocant; huius pin-

Clielentisco, d. *Chięlentiscon*, a. V. Dioscor. 1, 90. — *cummium*, a^{1}. *commium*, d. *gummium*, T a^{2}. *gummi*, βγ. — *ut tura*, § 65.

§ 73. *etiannum*, a. — *odoris fieri*, Salmas. exerc. p. 261. a. D. *odores fieri*, a d r. *odorem f.*, Dalec. *fieri odoris.*, βγ. *fieri auctores*, Pint. — *caprasque*, d. *caprisque*, a. *capras*, βγ. — *frontibus*, a^{1}. — *expetentius*, θ r. *et petentibus*, a d. *appetentius*, βγ. — *carpere*, d. *capere*, r. *ca.pere* (littera *s* in medio erasa), a. Omitt. Harduini operae, γ. — *geminum*, d. — *destillantemque*, d. *distillantemque*, a βγ. — *mixturā*, a. *casu in terram*, Petav. apud Broter., qui ipse cum Pint., Salmas. et Hard. utramque vocem pro glossemate habet. — *pulverem*, a d. *in pulverem*, Oudend. ad Appul. metam. p. 440. e codd. At v. Hand. Tursell. 3, 326.

§ 74. *stobolon*, r (codd. Salmas. exerc. p. 260. b. B. et omnes codd. in ind.) *strobon*, a d βγ. — *refringi*, β. — *succo villos inhorrescere*, K (codd. Salmas.) — *insula*, θ. *insulam*, T a d. Plin. *in insula* videtur scripsisse. — *ibi*, a^{2}. *tibi*, a^{1}. *et ibi*, d βγ. — *esse*, om. β. — *osyfum*, a. — *genisque*, K. — *haerens*, Broterii operae, γ. *inhaerens; hederulae*, Content. ad Dioscor. p. 227. *inhaerens, sphaerulae*, Scaliger epist. p. 105. et 125., qui quosdam libros (?) *spaerulae* habere dicit, ipse tamen dubitat. *inhaerens; sedere*, Palmer. ad Hesych. T. II. p. 410. — *folio*, Dalec. — *Cypros*, delet Scaliger p. 106. et 125. — *dein*, a. *Deinde*, d βγ. — *in pulverem*, a (codd. Oudend. ad Appul. met. p. 404.) *pulverem*, d βγ.

§ 75. *ladona*, Pint. — *appellant*, θ T a d. *appellent*, β. — *ladanon*, Pint. — *pingui*, θ a d. — *itaque*, a. *atque*, θ T d. — *attractis*, T a. *extractis*, θ. *et tractis*, d. Varia de h. l. coniecerunt Dalec., Scaliger epist. p. 107. coll. p. 122. et Salmas. exerc. p. 257. a. B. E. F., neque negari potest verba, uti nunc leguntur, intelligi non posse. Afferamus primum verba Dioscoridis de eadem re loquentis

gue insidere itaque attractis funiculis, herbam eam convolvi
atque ita offas fieri. Ergo in utraque gente bina genera,
terrenum et facticium; id quod terrenum est friabile, fa-
cticium lentum. Nec non fruticem esse dicunt in Carmania 76
et super Aegyptum, per Ptolemaeos translatis plantis, ut
alii, generante in id turis arbore, colligique ut cummim in-
ciso cortice et caprinis pellibus excipi. Pretia sunt lauda-
tissimo in libras asses XL. Adulteratur myrti bacis et aliis
animalium sordibus. Sinceri odor debet esse ferus et quo-
dammodo solitudinem redolens; ipsum visu aridum, tactu sta-
tim mollescere, accensum fulgere, odore iucunde gravi; tum
myrtata deprehenduntur crepitantque in igni. Praeterea sin-
cero calculi potius e rupibus inhaerent quam pulvis.

38. In Arabia et olea dotatur lacrima, qua Indis medica- 77
mentum conficitur Graecis enhaemon dictum singulari ef-
fectu contrahendis volnerum cicatricibus. In maritimis hae
fluctibus aestuque operiuntur nec bacae nocetur, cum con-
stet in foliis salem relinqui. Haec sunt peculiaria Arabiae et
pauca praeterea conmunia alibi dicenda, quoniam in iis vin-
citur. Peregrinos ipsa mire odores et ad exteros petit; tanta
mortalibus suarum rerum satietas est alienarumque aviditas.

1, 128. *ἔνιοι δὲ καὶ σχοινία ἐπισύρουσι τοῖς θάμνοις καὶ τὸ προσπλασθὲν αὐτοῖς λίπος ἀποξύσαντες ἀναπλάσσουσιν*, quae verba si cum Plinianorum codicum scriptura contendimus, non improbabile est Plinium ita scripsisse: *huius pingui insidiari; itaque attractis funiculis herbam eam convolvi atque ita* rel. Nulla in re a codicibus recessi, nisi in v. *insidiari*, quae vox ita interpretanda, ut Plin. dicat homines in illo negotio versantes insidiari pingui in leda apparenti i. e. curiose speculari, quando illud pingue appareat; tum attractis funiculis herbam eam rel.

§ 76. *Nec non*, ad. *Nec non et*, *βγ*. — *ut*, d. *aut*, a. *aut ut*, *βγ*. — *in id*, ad. *et id*, *βγ*. *generari et id in iis ut turis arborem*, K. *generatis et ibidem cum thuria arbore*, Dalec. Ex vestigiis codicum scribendum videtur: *alii* (sc. narrant in Carmania et super Aegyptum esse) *generantem id* (ladanum) *turis arborem*; voculae *ut* et *aut* ortae sunt ex dittographia vocis *alii* litteris uncialibus scriptae; *generantem* abierat in *generante in*, unde *arborem* postea in *arbore* est mutatum. Uti vero Plin. § 67. dixerat secundum nonnullorum opinionem murram ex turis arbore nasci, ita h. l. eandem turis arborem ladanum gignere aliquos prodere dicit. — *gummim*, a. *gummiū*, d. *gummi*, *βγ*. — *libras*, Tad. *libra*, *β*. — *XL*, a. *XXX*, Td (codd. Bud. de asse p. 212.) — *Sincerus*, a. — *esse debet*, a. — *iucunde gravi; tum*, T. *iucundo gravi tum*, ad. *iucundo gratum*, *βγ*. — *myrtata*, Barbar. *myrta*, ad. — *igni*, a[1]d. *igne*, a[2]*βγ*.

§ 77. *qua Indis*, Td. *qua*, a*βγ*. — *mdicamentum*, a[1]. — *a Graecis*, a[2]. — *enhaemon*, Theophr. hist. plant. IV. 7, 2. *enbemon*, a. *embęmon*, d. — *hae*, *θ*Ta. *eae*, d*βγ*. — *in*, ad. *et in*, *βγ*. — *Arabiae et pauca. Praeterea alibi communia dicenda*, r. — *his*, a. — *mire*, a[1]d. *mirrae*, a[2]. *myrrhae*, r. — *ad exteros*, ad. *ab exteris*, r. *exteros*, *β*. — *alienarumque*, *θ*Tadr. *et alienarum*, *β*.

39. Petunt igitur in Elymaeos arborem bratum cupresso 78
fusae similem, exalbidis ramis, iucundi odoris accensam et
cum miraculo historiis Claudi Caesaris praedicatam. Folia
eius inspergere potionibus Parthos tradit; odorem esse pro-
xumum cedro fumumque eius contra ligna alia remedio. Na-
scitur ultra Pasitigrim in finibus oppidi Sittacae, in monte
Zagro.

40. Petunt et in Carmanos arborem stobrum ad suffitus, 79
perfusam vino palmeo accendentes. Huius odor redit a ca-
maris ad solum iucundus sed adgravans capita, citra dolorem
tamen; hoc somnum aegris quaerunt. His conmerciis Carras
oppidum aperuere, quod est illis nundinarium; inde Gab-
bam omnes petere solebant dierum xx itinere et Palaesti-
nen Syriam; postea Characem peti coeptum ac regna Par-
thorum ex ea causa auctor est Iuba. Mihi ad Persas etiam 80
prius ista portasse quam in Syriam aut Aegyptum videntur,
Herodoto teste, qui tradit singula milia talentum annua turis
pensitasse Arabas regibus Persarum. Ex Syria revehunt
styracem, acri odore eius in focis abigentes suorum fasti-
dium. Cetero non alia ligni sunt genera in usu quam odo-
rata cibosque Sabaei cocunt turis ligno, alii murrae, oppi-
dorum vicorumque non alio quam ex aris fumo atque nidore.
Ad hunc ergo sanandum urunt styracem in pellibus hircinis 81
suffiuntque tecta. Adeo nulla est voluptas quae non adsi-
duitate fastidium pariat. Eundem et ad serpentis fugandas
urunt in odoriferis silvis frequentissimas.

XVIII. 41. Non sunt eorum cinnamomum aut casia, et 82
tamen felix appellatur Arabia, falsa et ingrata cognominis,

§ 78. *Elymaeos*, θ a d r. *Helimaeos*, β. — *bratum*, θ T d. *bratam*, a. *brutam*, β. — *accensum*, a. — *Pasitigrim in*, a[2]. *Pasitigrim*, a[1] (codd. Salmas. exerc. p. 260. b. E.) *Pasitigrin in*, d β γ. — *opimis*, K. — *Sittacae*, codd. Barbari. *Scytrae*, θ a d K (codd. Salmas.) — *in*, θ a d r. Om. β. — *Zagro*, v. 6, 131. *Schantro*, θ a. *Scanchro*, d. *Scantho*, K.

§ 79. *Carmanos*; v. ad 6, 212. — *stobrum*, T (codd. indicis libri primi.) *strobum*, d β γ. *istrobum*, a. — *reddit*, a d. — *camaris*, a d. *cameris*, β γ. — *Carra*, a d (codd. Barbari.) — *illi*, d. — *Gabbala*, Pint. — *Palaestinen*, a. *Palaestinam*, d β γ. — *ac*, d. *ad*, T a.

§ 80. *Minaei et ad*, K. — *ista*, om. r. — *Herodoto* 3, 97. — *annua turis*, a d. *annuorum thuris*, r. *thuris annua*, β γ. — *styracem*; pone h. v. Pint. collocat verba *in pellibus hircinis* ex § 81. — *sunt genera*, a d. *genera sunt*, β γ. — *adorata*, β. — *cogunt*, a.

§ 81. *fastidium*, T a d. *sui fastidium*, β. — *et ad*, θ a d. *ad*, β. — *frequentissima*, a d.

quae hoc acceptum superis ferat, cum plus ex eo inferis
debeat. Beatam illam fecit hominum etiam in morte luxuria,
quae dis intellexerant genita, urentium defunctis. Periti re- 83
rum adseverant non ferre tantum annuo fetu quantum Nero
princeps novissimo Poppaeae suae die concremaverit. Aestu-
mentur postea toto orbe singulis annis tot funera acervatim-
que congesta honori cadaverum, quae dis per singulas micas
dantur, nec minus propitii erant mola salsa supplicantibus,
immo vero, ut palam est, placatiores. Verum Arabiae etiam- 84
num felicius mare est; ex illo namque margaritas mittit,
minumaque conputatione milliens centena milia sestertium
annis omnibus India et Seres paeninsulaque illa inperio
nostro adimunt. Tanto nobis deliciae et feminae constant.
Quota enim portio ex illis ad deos quaeso iam uti ad in-
feros pertinet?

XIX. 42. Cinnamomum et casias fabulose narravit anti- 85
quitas princepsque Herodotus avium nidis et privatim phoe-
nicis, in quo situ Liber pater educatus esset, ex inviis ru-
pibus arboribusque decuti carnis quam ipsae inferrent pondere
aut plumbatis sagittis, item casiam circa paludis propu-
gnante unguibus diro vespertilionum genere aligerisque ser-
pentibus, his conmentis augentes rerum pretia. Comitata 86
vero fabula est ad meridiani solis repercussus inenarrabilem
quendam universitatis halitum e tota paeninsula exsistere tot
generum aura e spirante conceptum magnique Alexandri
classibus Arabiam odore primum nuntiatam in altum: omnia
falsa, siquidem cinnamomum idemque cinnamum nascitur in

§ 82. *falsi*, Sr. *falso*, K. — *ingrati*, r. *ingrata et falsi cogn.*, Pint. — *debeat. Beatam*, Barbar. *debeatam*, STad. *det. Beatam*, Pint. — *intellexerant*, θTadr. *intellexerat*, βγ. — *urentium*, θSTadr. *adhibens urendis*, βγ.

§ 83. *asseverant*, d (codd. Gel.) *astruxerant*, a. *adstruerat*, θ. *astu erant*, T. *adstruxerunt*, r. — *puppae*, a. — *quae dispersa singulas*, a.

§ 84. *paeninsulaa*, a. *paeninsula*, d.

§ 85. *cassiam*, Ambr. I. II. — *fabulose*, Tadr. *fabulosa*, β. — *princepsque*, Pint. *princepsve*, adβγ. — *Herodotus* 3, 110. 111., ubi v. Wesseling. — *in phenicis*, d. — *siti*, a. — *ipsae inferrent*, Passion. *ipse inferret*, Tdr (codd. Salmas. exerc. p. 283. b. D.) *ipse inferet*, a. — *paludem*, Pint. V. Theophr. l. l. IX. 5, 2. — *aligerisve*, Pint.

§ 86. *Comitata*, θSTad. *Commutata*, β. — *aura e spirante*, ita nos scripsimus. *aurae spirante*, dβγ. *aurę spirante*, a. *aura spirante*, T. *aurae spirantis*, r. — *conceptum*; θTadr. *concentu*, βγ. *aurae spiratu conceptum*, Dalec. — *odore praenuntiatam*, Pint. — *siquidem falsa*, d.

Aethiopia Trogodytis connubio permixta. Hi mercantes id 87
a conterminis vehunt per maria vasta ratibus quas neque
gubernacula regant neque remi trahant vel inpellant, non
vela, non ratio ulla adiuvet; omnium instar ibi sunt homo
tantum et audacia; praeterea hibernum mare exigunt circa
brumam, euris tum maxume flantibus. Hi recto cursu per 88
sinus inpellunt atque a promontori ambitu argeste deferunt
in portum Gebanitarum qui vocatur Ocilia. Quamobrem illi
maxume id petunt produntque vix quinto anno reverti negotiatores et multos interire. Contra revehunt vitrea et aena,
vestis, fibulas cum armillis ac monilibus; ergo negotiatio illa
feminarum maxume fide constat. Ipse frutex duum cubito- 89
rum altitudine amplissimus palmique minumus, IV digitorum
crassitudinis, statim a terra sex digitis surculosus, arido similis, cum viret non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, caeduae naturae. Gignitur in planis
quidem sed densissimis in vepribus rubisque, difficilis collectu. Metitur non nisi permiserit deus; Iovem hunc intellegunt aliqui, Assabinum illi vocant; XLIV boum caprarumque
et arietum extis inpetratur venia caedendi, non tamen aut
ante ortum solis aut post occasum licet. Sarmenta hasta di- 90
vidit sacerdos deoque partem ponit, reliquom mercator in
massas condit. Est et alia fama cum sole dividi ternasque
partis fieri, dein sorte gemina discerni quodque soli cesserit
relinqui ac sponte conflagrare. Praecipua bonitas virgultorum 91
tenuissimis partibus ad longitudinem palmi; secunda proxu-

conubio, a.

§ 87. *Hi*, θ dr. *in*, a. *Ii*, β. — *cumterminis*, a. — *rexant*, a. *sexant*, d. — *illa*, a d. — *adiuvit*, a d. — *omnium*, d. *comnium*, a. *cum omnium*, βγ. — *instar ibi*; pro his vv. dant *instabili* a d. — *sunt*, a. *sint*, dβγ. — *exigant*, a. *eligunt*, Dalec.

§ 88. *incursu*, d. — *portu*, a d. — *Gebbanitarum*, a. — *Ocilia*, θ a. *Ochilia*, d. *Ocila*, β. *Ocelis*, Pint. ex 6, 104., γ. — *vix peracto anno*, Dalec. — *aena*, a. *ahena*, dβγ. — *fibulas*, θ T a d. *fibulasque*, β.

§ 89. *frutex est*, d. Ceterum v. Theophr. l. l. IX. 5. et Solin. 30, 30. 31. — *altissimus*, d. — *siccitati*, a. — *caeduae*, a^{1} d (codd. Gel.) *caeuduae*, a^{2}. *ceu dirae*, K. — *in planis*, omitt. S T a d. At v. Pint. — *imperatur*, a d. — *tamen ut ante*, a d.

§ 90. *mercator*, a^{2}. *mercatur*, a^{1}. *mercatori*, T d^{2}. *mercaturi*, d^{1}. — *in*, a. Omitt. T d. — *massas*, T a^{2} dr. *assas*, a^{1} (et cod. optimus ap. Salmas. exerc. p. 288. b. D.) *nassas*, β. *naves*, Dalec. — *Est*, omitt. a d. — *gemina*, T a d. *gemia*, θ. *germina*, r. *cremia*, codd. Gel. β.

mis breviore mensura, atque ita ordine; vilissimum quod
radicibus proxumum, quoniam ibi minumum corticis, in quo
summa gratiae; qua de causa praeferuntur cacumina, ubi plu-
rumus cortex. Ipsum vero lignum in fastidio propter origani
acrimoniam; xylocinnamomum vocatur; pretium ei in libras
X x. Quidam cinnami duo genera tradidere, candidius ni- 92
griusque, et quondam praeferebatur candidum, nunc contra ni-
grum laudatur atque etiam varium praeferunt candido; cer-
tissima tamen aestumatio, ne sit scabrum atque ut inter sese
tritum tarde frietur; damnatur in primis molle aut cui la-
bitur cortex. Ius eius a Gebanitarum rege solo proficiscitur; 93
is edicto mercatu vendit. Pretia quondam fuere in libras
denarium milia; auctum id parte dimidia est incensis, ut fe-
runt, silvis ira barbarorum; id acciderit ob iniquitatem prae-
potentium an forte, non satis constat. Austros ibi tam ar-
dentis flare ut aestatibus silvas accendant invenimus apud
auctores. Coronas ex cinnamomo interrasili auro inclusas 94
primus omnium in templis Capitoli atque Pacis dicavit in-
perator Vespasianus Augustus; radicem eius magni ponde-
ris vidimus in palati templo quod fecerat divo Augusto con-
iux Augusta, aureae paterae inpositam, ex qua guttae editae
annis omnibus in grana durabantur donec id delubrum in-
cendio consumptum est.

43. Frutex et casia est iuxtaque cinnami campos nascitur, 95
sed in montibus crassiori sarmento, tenui cute verius quam

§ 91. *gratia*, Dalec. — *Que*, a. — *cacumini*, a. — *pluribus torpet*, a d. — *fastidio*, a d. *fastidio est*, $\beta\gamma$. — *ei*, ita nos scripsimus. *et*, a d. *est*, $\beta\gamma$. — *X x*, Hard. *XX*, a d $\beta\gamma$.

§ 92. *nigricansque*, θ. — *et quondam*, a d. *quondam*, $\beta\gamma$. — *Certissimo*, θ. Ceterum v. Dioscor. 1, 13. — *aestimatione si sit scabrum—frangatur*, r. — *sese tritum*, d. *sestertium*, θ a. — *frietur*, a d^2. *fricetur*, T d^1. — *damnatur*, a. *damnatum*, θ T d. — *labitur*, T d. *labit*, θ a^2 (codd. Salmas. exerc. p. 288. b. B.) *babit*, a^1 (alii codd. Salmas.) *albet*, β. *abit*, Salmas. *labat*, Hard.

§ 93. *Gebbanitarum*, a. *Cebbanitarum*, d. — *reges*, a. *ad Gebanitarum reges solos proficit; thuris edicto*, r. — *indicto*, K. — *milia*, θ T a d. *mille*, β. — *auctum*, a^2. *actum*, a^1 d. — *acciderit*, θ a d. *acciderítne*, β. — *ardenter*, T d.

§ 94. *ex*, a^2. *et*, a^1. *e*, d^2. Om. d^1. — *cinnamomo*, a. *cinnamo*, d $\beta\gamma$. — *interasili*, a. *et interrasili*, d. — *aurea*, a. — *patera*, a^2. — *imposita*, a^1. *impositae*, a^2 d^2. Om. d^1. — *ex qua guttae editae*, om. a.

§ 95. *casia*, d. *casiae*, θ a. V. Dioscor. 1, 12. — *crassiori*, d. *grassiori*, a. *crassiore*, $\beta\gamma$.

*

cortice quem contra atque in cinnamo labare et exinaniri
pretium est. Amplitudo frutici trium cubitorum, colos triplex:
cum primum emicat, candidus pedali mensura; dein rufe-
scit addito semipede, ultra nigricans. Haec pars maxume 96
laudatur ac deinde proxuma, damnatur vero candida. Con-
secant surculos longitudine binum digitorum, mox praesuunt
recentibus coriis quadripedum ob id interemptarum, ut pu-
trescentibus vermiculi lignum erodant et excavent corticem
tutum amaritudine. Probatur recens maxume et quae sit odo- 97
ris mollissimi gustuque quam maxume fervens potius quam
lento tepore leniter mordens, colore purpurae, quaeque plu-
ruma minumum ponderis faciat, brevi tunicarum fistula et
non fragili; ladam vocant talem barbaro nomine. Alia est
balsamodes ab odore simili appellata, sed amara ideoque uti-
lior medicis, sicut nigra unguentis. Pretia nulli diversiora;
optumae in libras X L, ceteris X V.

XX. His addidere mangones quam daphnoiden vocant, 98
cognominatam isocinnamon, pretiumque ei faciunt X CCC. Adulteratur styrace et propter similitudinem corticum laurus tenuissimis surculis. Quin et in nostro orbe seritur extremoque in margine inperi, qua Rhenus adluit, vivit in alveariis apium sata. Color abest ille torridus sole et ob id simul idem odor.

44. Ex confinio casiae cinnamique et cancamum ac tarum invehitur, sed per Nabataeos Trogodytas qui considere ex Nabataeis.

conteri, r. *atteri*, Dalec. — *cinnamomo*, codd. Bud. de asse p. 212. — *labare*, θTKd (codd. Bud. de asse.) *lavare*, a. *levare*, r. *levari*, βγ. V. § 92. — *et exinaniri*, om. r. — *frutici*, θad. *fruticis*, β. — *colos*, ad. *color*, γ. — *deinde*, β. — *rufescit*, θd. *rubescit*, aβγ.

§ 96. *Consecant*, ad. *cum secant*, T. *Tum secant*, K. — *digitorum*, Tad. *cubitorum*, β. V. Theophr. hist. plant. IX. 5, 3. — *ut*, ad. *ut iis*, βγ. — *cortice*, Ka^{2}. — *tutum*, a^{1}d. *tutom*, a^{2}. *tuto*, K.

§ 97. *gustuque*, STd. *gustuve*, aβ. — *potius quam*, codd. Barbari. *potius que*, ad. — *tempore*, r. — *purpurae*, θTadr. *purpureo*, β. — *ladam*, θ. *ladan*, T. *ladan////*, d. *laedam*, K. *laudant*, a. *lactam*, βγ. *achy*, Dalec. ex Dioscor. 1, 12. — *balsamodesaba odore*, a. *balsamoides*, K. — *Optimi*, ad.

§ 98. *mangones*, d. *mangonis*, S. *mangoniis*, θ. *mangoriis*, a. — *daphanidos*, a. *daphanidis*, d (codd. Salmas. exerc. p. 286. a. A.) *daphnidis*, θ (alii codd. Salmas.) *daphnitin*, Salmas. — *cognominatam isocannamon*, ad. *isocinnamon cognom.*, βγ. *mesocynamon*, codd. Barbari. — *ei*, θTad. *eius*, β. — *faciant*, a. — *corticum*, d. *corticem*, a. *cortice*, K. — *laurus*, θTad. *lauri*, β. — *tenerissimis*, r. — *margine imperii qua*, d. *margine* (*marginem*, a^{1}) *per id quae*, a.

XXI. 45. Eo conportatur et serichatum et gabalium quae 99
intra se consumunt Arabes, nostro orbi tantum nominibus
cognita sed cum cinnamo casiaque nascentia; pervenit tamen
aliquando serichatum et in unguenta additur ab aliquis; per-
mutatur in libras X vi.

46. Myrobalanum Trogodytis et Thebaidi et Arabiae quae 100
Iudaeam ab Aegypto disterminat conmune est, nascens un-
guento, ut ipso nomine adparet, quo item indicatur et glan-
dem esse arboris heliotropio quam dicemus inter herbas si-
mili folio. Fructus magnitudine abellanae nucis. Ex his in
Arabia nascens Syriaca appellatur et est candida, contra in
Thebaide nigra; praefertur illa bonitate olei quod exprimi-
tur, sed copia Thebaica. Inter haec Trogodytica vilissima 101
est. Sunt qui Aethiopicam his praeferant, glandem nigram
nec pinguem nucleoque gracili sed liquore qui exprimitur
odoratiori, nascentem in campestribus; Aegyptiam pingui- 102
orem esse et crassiore cortice rubentem et, quamvis in palu-
stribus nascatur, breviorem sicciioremque; e diverso Arabicam
viridem ac tenuiorem et, quoniam sit montuosa, spissiorem,
longe autem optumam Petraeam ex quo diximus oppido,
nigro cortice, nucleo candido. Unguentarii autem tantum
cortices premunt, medici nucleos tundentes adfusa paulatim
calida aqua.

XXII. 47. Myrobalano in unguentis similem proxumum- 103
que usum habet palma in Aegypto, quae vocatur adipsos,

margine per id quod Rhenus, r. — *vidit*, a d. *vidi* et *satam*, K. — *apium*, a. *apum*, d $\beta\gamma$. — *caseae cannamque ei*, a. — *qui—Nabataeis*, a d (codd. Gel.) *confines Nabataeis*, r. *confines qui considere*, K. Om. S. Ceterum vix dubitandum, quin *consedere* sit legendum; v. Wagner. ad Vergil. eclog. 7, 1.

§ 99. *consumit*, a. — *eum*, a. — *cinnamum*, a². — *cassiaque*, a. — *aliquis*, a d. *aliquibus*, $\beta\gamma$.

§ 100. *nascentibus*, a d. Ceterum v. Dioscor. 4, 157. — *nomini*, a. — *grandem eius*, r. — *arboris*, Barbar. *arborem*, a d r. An Plin. *arboream* scripsit? — *dicemus* 22, 57.

§ 101. *his*, a. *iis*, d $\beta\gamma$. — *grandem*, θ r. — *nec*, θ T a d r. *ac*, β. — *pingue*, a. *glande nigra ac pingui*, Dalec. — *odoratior.is.*, a. *odorationis*, d.

§ 102. *esse aiunt*, Dalec. — *crassiore*, θ a d. *crassiori*, β. — *rubenti*, Dalec. — *nascatur*, d. *nascitur*, θ a. — *Arabicam*; post h. v. in cod. a tres quattuorve litterae diligenter erasae. — *montuosa*, θ T a d r. *montosa*, β. — *spissiorem*, d. *ac spissior est*, a. — *diximus* 6, 144. — *tundunt*, r. Ceterum v. Theophr. l. l. IV. 2, 6., de odor. 15. — *paulatim*, θ T a d. *eis paulatim*, β. Varia in his mutat Dalec.

§ 103. *Myrobalano in*, d. *Myrobalancin in*, a¹. *Myrobalani*, a². Exscripsit haec Solin. 32, 36. coll. Dioscor. 1, 148.

viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno; colligitur autem
paulo ante quam incipiat maturescere; quod si relinquatur,
phoenicobalanus vocatur et nigrescit vescentisque inebriat.
Myrobalano pretium in libras X bini. Institores et faecem
unguenti hoc nomine appellant.

48. Calamus quoque odoratus in Arabia nascens conmunis 104
Indis atque Syriae est, in qua vincit omnis. A nostro mari
CL stadiis, inter Libanum montem aliumque ignobilem, non,
ut quidam existumavere, Antilibanum, in convalle modica
iuxta lacum, cuius palustria aestate siccantur, tricenis ab eo
stadiis calamus et iuncus odorati gignuntur. Sane enim di- 105
camus et de iunco, quamvis alio herbis dicato volumine,
quoniam tamen hic unguentorum materia tractatur. Nihil
ergo a ceteris sui generis differunt adspectu, sed calamus
praestantior odore statim e longinquo invitat, mollior tactu,
meliorque qui minus fragilis et qui assulose potius quam
qui raphani modo frangitur. Inest fistulae araneum quod 106
vocant florem; praestantior est cui numerosius. Reliqua pro-
batio, ut niger sit; damnantur albi; melior, quo brevior
crassiorque et lentus in frangendo. Calamo pretium in libras
XI, iunco XV; traduntque iuncum odoratum et in Campania
inveniri.

49. Discessimus a terris oceanum spectantibus ad con- 107
vexas in nostra maria. XXIII. Ergo Aethiopiae subiecta

autem; pro h. v. habent *aut enim* a, /////*enim* d, *enim* T. — *quod si relinquatur*, θTadr. *Quod relinquitur*, β. — *Myrobalano*, ad. *balanum*, R hinc rursus incipiens. — *bini*, R. *binis*, Tad. *bini asses*, Pint.

§ 104. *communes*, R. — *Indis_omnis* om. R. — *in qua vivit omnis*, K. — *A nostro_stadiis*; haec verba ad superiora referunt βγ; rectius interpunxit Dalec. Ceterum v. Theophr. l. l. IX. 6, 1. et Dioscor. 1, 17. — *centum L*, Rd (codd. Barbari.) *CI*, a. — *rigenis*, R. — *spatio*, Salmas. exerc. p. 741. a. E. — *odorati*, R. *odorate*, a. *odoratus*, d.

§ 105. *alio_volumine*, vicesimo secundo. — *quoniam tantum hic*, Pint. — *aspectus*, a. — *mollior_meliorque*, ad. *melliorquae*, R. — *minus_assulose* om. a. — *quam qui*, Barbar. R. *quam*, adβγ.

§ 106. *praestantior est*, ad. *praestantiorem*, R. — *numerosiquis*, R. — *Relinquã*, a. — *ne*, r. — *fit*, a. — *damnantur albi*, R. *damnatur alibi*, ad. *damnatur aliubi*, βγ. Multa in his tentant Dalec. et Hofmann. var. lect. 4, 19. — *quod*, ad. — *crassiorque et lentus*, Rθadr. *et crassior lentusque*, β.

§ 107. *devexas*, Dalec. *conversas*, alii apud eundem, quod praefert Hard. Ceterum v. Dioscor. 3, 88. — *lacrimam*, d. *lacrima*, Ra. — *inde*, RθTadr. *inde et*, Kβ. — *nomen*, K. — *etiam*, RθTadr. *etiam ab*, β. — *arborem*, R. — *quam* sc. *lacrimam*. Eodem nomine metopii galbanum liquorem dictum fuisse testatur

Africa hammoniaci lacrimam stillat in harenis suis — inde nomine etiam Hammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, — quam metopion appellant, resinae modo aut cummium. Genera eius duo: thrauston masculi turis similitudine, quod maxume probatur, alterum pingue et resinosum, quod phyrama appellant. Adulteratur harenis velut nascendo adprehensis; igitur quam minumis glaebis probatur et quam purissimis; pretium optumo in libras asses XL.

50. Sphagnos infra eos situs in Cyrenaica provincia ma- 108
xume probatur; alii bryon vocant; secundum locum optinet
Cyprius, tertium Phoenicius. Fertur et in Aegypto nasci,
quin et in Gallia, nec dubitaverim; sunt enim hoc nomine
cani arborum villi, qualis in quercu maxume videmus, sed
odore praestantes. Laus prima candidissimis atque altissimis,
secunda rutilis, nulla nigris; et in insulis petrisque nati in-
probantur omnesque quibus palmarum atque non suus odor sit.

XXIV. 51. Cypros in Aegypto est arbor ziziphi foliis, 109
semine coriandri, candido, odorato; coquitur hoc in oleo
premiturque postea, quod cypros vocatur. Pretium ei in li-
bras X v. Optumum e Canopica in ripis Nili nata, secun-
dum Ascalone Iudaeae, tertium Cypro insula odoris suavi-
tate. Quidam hanc esse dicunt arborem quae in Italia ligustrum
vocetur.

Dioscor. 2, 87. — *metopon*, T d (codd. Salmas. exerc. p. 249. a. A.) *metopona*, R. *metapoli*, θ a. Varia tentant Dalec. et Salmas. — *appellant*, T a. *appellat*, R. *vocant*, d β γ. — *cummium*, R. *gummium*, a[2]. *commiom*, a[1]. *commium*, d. *gummi*, Barbar. β γ. — *thrauston*, Barbar. *traston*, a d. *thasmum thon*, R. — *similitudinem*, R. — *phyrama*, Barbar. *phyranma*, R. *pyram*, a d. — *quamvis*, R. — *optimo*, R. *optimum*, a d. *optimi*, β γ. — *XL*, R a. *XXX*, T d r (codd. Bud, de asse p. 212.)

§ 108. *Spagnos*, R. *Sphacnos*, a. *Spacnos*, d. V. Dioscor. 1, 20. — *intra*, Dalec. — *Secundo loco*, R. — *carni*, a d. — *latissimis*, R. *longissimis*, Dalec. ex Theophr. hist. plant. III. 8, 6. et Plin. 16, 33. — *secunda rutilis*, d. *secundarum tulis*, R. *secunda ratilis*, a[1]. *secunda gratilis*, a[2]. — *quibus*, R. *quibusq;*, a d. — *plantarum*, Dalec. et Salmas. exerc. p. 236. b. E. — *odor sit*, R. *odor erit*, T. *odor////erit*, d. *oderit*, θ. *odor est*, a γ.

§ 109. *Cypros*, R θ a r (codd. Barbari.) *Cyprus*, d. *Cyprius*, β. — *candido*, R θ T a d. *flore candido*, Barbar. β, unde Dalec. statim infra *hic* coniicit. — *poster*, a. — *cypros*, R d. *cyprus*, a β γ. *cyprinum*, Dalec. — *XV*, R θ T a d. *quinque*, β. — *e*, R a. *est*, T d. *habetur*, β. — *Nili nata*, R d. *linata*, a. — *Ascolone*, a[1]. — *suavitas*, R a d (codd. Salmas. de hyle p. 120. b. D.,) qui *tertia in Cypro — suavitas* legit. *suavitate praecipuum*, Dalec. — *ligostrum*, a. — *vocatur*, Dalec.

52. In eodem tractu aspalathos nascitur, spina candida 110
magnitudine arboris modicae, flore rosae; radix unguentis
expetitur. Tradunt, in quocumque frutice curvetur arcus
caelestis, eandem quae sit aspalathi suavitatem odoris exsi-
stere, sed si in aspalatho, inenarrabilem quandam. Quidam
eum erysisceptrum vocant, alii sceptrum. Probatio eius in
colore rufo vel igneo tactuque spisso et odore castorei; per-
mutatur in libras X v.

53. In Aegypto nascitur et maron peius quam Lydium, 111
maioribus foliis ac variis; illa brevia ac minuta et odorata.

XXV. 54. Sed omnibus odoribus praefertur balsamum uni
terrarum Iudaeae concessum, quondam in duobus tantum
hortis, utroque regio, altero iugerum xx non amplius, altero
pauciorum. Ostendere arbusculam hanc urbi inperatores Ve-
spasiani, clarumque dictu, a Pompeio Magno in triumpho
arbores quoque duximus. Servit nunc haec ac tributa pendit 112
cum sua gente, in totum alia natura quam nostri externique
prodiderant; quippe viti similior est quam myrto. Malleolis
seri didicit nuper victa ut vitis et inplet collis vinearum
modo quae sine adminiculis se ipsae sustinent; tondetur si-
militer fruticans ac rastris nitescit properatque nasci, intra
tertium annum fructifera. Folium proxumum rutae, perpetua 113
coma; saeviere in eam Iudaei sicut in vitam quoque suam;

§ 110. *In_nascitur* om. R. — *spinae*, R. — *eandem quae*, R d. *eandemque que*, a. *eandem quaecumque*, r. — *aspalathi*, θ d r. *aspalati*, R a (ita semper.) *aspalatho*, codd. Gel. β. Ceterum v. Dioscor. 1, 19. — *sed si*, R a d (vet. cod. Salmas. exerc. p. 282. a. C.) *sed*, β. — *eum erysisceptrum*, R. *emerysisceptrum*, a d. *erisceptron* vel *irisceptron*, Salmas. — *vocant_sceptrum*, a. *alii sceptrum vocant*, d. Om. R. *vocant alii sceptrum Helysaei cuius probatio est in*, r. — *eius*, R. *est*, θ a d. — *tactu*, R. — *castore*, R. *castoria*, a^{1} d. *castorio*, a^{2}.

§ 111. *uni*, om. R. Ceterum v. Theophr. l. l. III. 9, 6. et Dioscor. 1, 18. — *duabus*, R. — *hores*, R. — *alterum*, R. — *arbutam*, R. *arbutum*, θ T a d. — *diximus*, a.

§ 112. *Servit*, R. *servi*, a. *servis*, d. Horum uterque codicum h. v. ad superiora refert. — *ac*, R θ. *a*, a^{1}. *ad*, a^{2}. In d rasura. *et*, β γ. Partim haec exscripsit Solin. 35, 5. — *in*, om. R. — *vitii*, R. — *sedri*, a^{1} (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 413. b. F.) — *didicit*, Pint. *dicit*, T a d (Rigalt.) *dicitur*, R β γ. — *victa*, T d^{2}. *dicta*, θ a d^{1} (Rigalt. et omnes codd. Salmas.) *iuncta*, K. *vincta*, R β. At v. statim sequentia et § 118. — *at nunc implet*, Dalec. — *fruticans*, R d. *frutificans*, θ r. *fructificans*, T a. — *rastri*, R. — *prope atque*, R.

§ 113. *proximum*, R (codd. Barbari.) *proxime*, θ T d. *proximae*, a. — *rutae*, Barbar. *rubet*, codd. Barbari. *tuburi*, R. *tuberi*, θ T a d. — *eam*, R θ T a d. *eandem*, β. — *et dimicatum*, R a. *dimicatumque*, T d. — *pro*, om. a. — *frutic*, a (littera *e* erasa.) — *eum*, θ a d. *ea*, R. *eam*, β. — *aut*, d. Omitt. R a. — *procerior*, om. R.

contra defendere Romani et dimicatum pro frutice est, se-
ritque nunc eum fiscus nec umquam fuit numerosior aut
procerior; proceritas intra bina cubita subsistit. Arbori tria 114
genera: tenui et capillacea coma, quod vocatur eutheriston;
alterum scabro adspectu, incurvom, fruticosum, odoratius;
hoc trachy appellant; tertium eumeces, quia est reliquis pro-
cerius, levi cortice; huic secunda bonitas, novissima euthe-
risto. Semen eius vino proxumum gustu, colore rufum nec 115
sine pingui; peius in grano quod levius atque viridius; ra-
mus crassior quam myrto. Inciditur vitro, lapide osseisve
cultellis; ferro vitalia laedi odit, emoritur protinus, eodem
amputari supervacua patiens. Incidentis manus libratur ar-
tifici temperamento, ne quid ultra corticem violet. Sucus e 116
plaga manat, quem opobalsamum vocant, suavitatis eximiae,
sed tenuis guttae ploratu; lanis parva colligitur in cornua;
ex his novo fictili conditur, crassiori similis oleo et in musto
candida; rufescit deinde simulque durescit e translucido.
Alexandro magno res ibi gerente, toto die aestivo unam 117
concham inpleri iustum erat, omni vero fecunditate e maiore
horto congios senos, e minore singulos, cum et duplo re-
pendebatur argentum. Nunc etiam singularum arborum lar-
gior vena; ter omnibus percutitur aestatibus, postea depu-
tatur. Et sarmenta quoque in merce sunt; $\overline{\text{DCCC}}$ HS. 118

§ 114. *tenue*, R. *tribui*, ad. — *capelleocea*, ad. — *vocatur*, Rθdr. *vocantur*, a. *vocant*, βγ. — *eutheriston*, codd. Barbari. *entheristru*, θr. *entheristrum*, ad. *henthesis cum*, R. — *scabro*, ad. *robro*, R. — *fructicosum*, R. — *trachy*, codd. Barbari. *thraci*, R. *traci*, a. *stracum*, d. — *eutheristo*, Barbar. *entheristo*, Rad.

§ 115. *eius*, Rd (hic in rasura.) *est*, aγ. *est et*, θ. — *vino—peius* om. R. — *ramos*, a[1]. *ramo*, a[2]. — *myrthy*, R. — *vitalia laedi odit*, ita scripsimus ex R, qui *vitalia laedite* habet. *laedi vitalia odit*, adβγ. — *emoritur*, d. *moritur*, R (v. supra) ar. — *eodem*, RTa. *eadem*, dβγ. — *superbaqua*, a[1]. *superbaequa*, a[2]. — *artifici*, Rd. *artificem*, a (codd. Salmas. exerc. p. 417. a. C.) — *que*, R.

§ 116. *tenuis guttae*, r. *tenui gutta*, Radβγ. *gutta. Ploratus*, K. Vocem *gutta* ex glossa vocis *ploratu* ortam esse censet Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 140. — *his*, Rθad. *iis*, β. — *nova*, θ. — *rufescit*, Rθd. *rubescit*, aβγ. — *e translucido*, d. *e tralucido*, a. *translucido*, R. *et translucida*, K.

§ 117. *erat*, ad sequentia refert β. Ceterum in h. l. varia tentarunt Bud. de asse p. 535. et Salmas. exerc. p. 417. a. E. b. B. — *e maiore*, d. *maiore*, R. *maior*, a. — *horto*, R. *horreto*, a. *horreo*, d. — *congios senos*, a. *congius senore*, R. *concios se nosse*, d. — *e minore*, T. *sę minore*, a. *minore*, Rd (quem v. statim supra) βγ. — *cum et*, RθTdr. *cum*, aβγ. — *argentum*, RθTadr. *argento*, β. — *largior*, R. *longior*, θTad.

§ 118. *sarmentis*, R. — *DCCC HS*, R. *DCCCIIII*, T. *DCCIII*, θad (meliores libri Salmas. exerc. p. 418. b. C.) *DCCCC*, K. *DCCC*, β. *DCC II1*, Salmas. *DCC HS*, γ. Numeris ego lineolam supraposui, ut sint octingenta sestertia.

amputatio ipsa surculusque veniere intra quintum devictae
annum. Xylobalsamum vocatur et coquitur in unguentis;
pro suco ipsum substituere officinae. Corticis etiam ad me-
dicamenta pretium est, praecipua autem gratia lacrimae,
secunda semini, tertia cortici, minuma ligno. Ex hoc buxo- 119
sum est optumum, quod et odoratissimum, e semine autem
maxumum et ponderosissimum, mordens gustu fervensque in
ore. Adulteratur Petraeo hyperico, coarguitur magnitudine,
inanitate, longitudine, odoris ignavia, sapore piperis. Lacri- 120
mae probatio, ut sit e pingui tenuis ac modice rufa et in
fricando odorata; secundus candido colos, peior viridis cras-
susque, pessumus niger, quippe ut oleum senescit. Ex omni
incisura maxume probatur quod ante semen fluxit. Et alias
adulteratur seminis suco vixque maleficium deprehenditur
gustu amariore; esse enim debet lenis, non subacidus, odore
tantum austerus. Vitiatur et oleo rosae, cypri, lentisci, ba- 121
lani, terebinthi, myrti, resina, galbano, cera Cypria, prout
quaeque res fuit, nequissime autem cummi, quoniam arescit
in manu inversa et in aqua sidit, quae probatio eius gemina
est. Debet sincerum inarescere, sed hoc cummi addita fra- 122

ipsa, Ra^1d. *ipsa e*, a^2. — *surculisque*, a. — *veniere*, Dalec. R. *venire*, θTad. *vaenit*, β. *veniit*, altera Dalec. coniectura, γ. — *devictae*, θSTad (codd. Salmas.) *devictua et*, R. *demum*, β. — *ipsum*, d. *ipso*, Ra. — *substituere officinae*, om. R.

§ 119. *buxeum*, Td. — *est optimum*, Ta. *optimum est*, d. *optimum*, R. — *quod et*, R. *quod est*, adβγ. — *e semine*, R. *et semine*, a. *et semini*, d. — *coarguitur*, R. *suoarguitur*, a^1. *suco arguitur*, a^2. *sua arguitur*, r. *quod coarguitur*, dβγ. — *inanitate latitudine ceu longitudine*, K.

§ 120. *e pingui*, RTd. *pingui*, a. *pinguis*, βγ. — *tenuis*, R. *tenui*, ad. *tenuique*, T. — *Secunda amcalido*, R. — *color*, d. — *viridi*, d. — *caesiusque*, Dalec. — *incisura*, R. *inclusura*, θad. — *seminis succo*, RθSTd. *semini suco*, a. *semine suo*, β. — *maleficium*—*lenis* omitt. ad. — *subacidis*, d.

§ 121. *cypri*, Rθadr. *cyperi*, β. — *terebinti*, a. — *calbano*, R. — *gummis*, R. — *quoniam*, RθSTad (codd. Salmas. exerc. p. 419. a. A.) *quoniam ipsum quoque*, β. — *arescit*, R. *marescit*, codd. Salmas. *amarescit*, Td. *inarescit*, θγ. *marcescit*, a. *inhaerescit*, β. — *in manu*, RθTad (codd. Salmas.) *manu*, β. — *eius*, R. *ẽ*, a. Omitt. Tdrγ. — *genuina*, Pint. — *est*, Ra. *eius*, d.

§ 122. *sincerum*, R. *sincerum et*, θadβγ. *enim sincerum*, K. — *inarescere*, RθTKad. *marescere*, codd. Salmas. *inhaerescere*, β. — *hoc cummi*, R. *haecoña*, a. *haec omnia*, Td (codd. Salmas.) *hoc et gummi*, β. *hoc e gummi*, Hard. γ. — *addita*, R. *addita arescere*, Tadγ. Participium non est ad *fragili crusta*, sed ad *cummi* referendum: *hoc* (sc. arescere), *cummi addita* (si cummis addita sive si balsamum adulteratum est), evenit modo crusta fragili. — *fragile*, ad. — *crustę venit*, ad. — *adulteratur: est*, θa (codd. Salmas.) *adulteratur*, *e*, r. — *nigrior et*, R. *nigriore*, θadβγ. *nigriori*, r. — *mutatur*, R. *mutatum*, adβγ. — *in manu*, R. *manu*, θSTadr. Om. β.

gili crusta evenit; et gustu deprehenditur, carbone vero
quod cera resinaque adulteratum est; nigrior et flamma. Nam
melle mutatur statim; in manu contrahit muscas. Praeterea 123
sinceri densatur in tepida aqua gutta sidens ad ima vasa,
adulterata olei modo innatat et si metopio vitiata est circulo
candido cingitur. Summa est probatio, ut lac coagulet, in
veste maculas non faciat. Nec manifestior alibi fraus; quippe
milibus denarium sextarii, empti vendente fisco tricenis de-
nariis, veneunt; in tantum expedit augere liquorem. Xylo-
balsamo pretium in libras X VI.

55. Proxuma Iudaeae Syria supra Phoenicen styracem 124
gignit circa Gabala et Marathunta et Casium Seleuciae mon-
tem. Arbor est eodem nomine, cotoneo malo similis, lacrimae
ex austero iucundi odoris, intus similitudo harundinis, suco
praegnans. In hanc circa canis ortus advolant pinnati vermi-
culi erodentes; ob id in scobe sordescit. Styrax laudatur 125
post supra dicta ex Pisidia, Sidone, Cypro, Cilicia, Creta
minume; ex Amano Syriae medicis, sed unguentariis magis.
Colos in quacumque natione praeferuntur rufus et pinguiter
lentus; deterior furfurosus et cano situ obductus. Adulteratur
cedri resina vel cummi, alias melle aut amygdalis amaris;

§ 123. *sinceri*, R. *sincere*, a d. *sincera*, r. — *vasa*, Rθ T a d. *vasis*, β. — *vitiatum*, r. *vitia*, a. — *est probatio*, R a. *probatio est*, d β γ. — *et in*, a. — *alibi*, a d. *in album*, R. — *tricenis*, R. *trecenis*, d. *trecentis*, a β γ. — *expedita licere auctorem liquorē*, R. Retinui scripturam vulgatam (a d β γ), quamquam certus aliud quid Plinium scripsisse et illam librariis verum scriptoris sensum non percipientibus deberi. Iam si meminimus, quantopere Plin. sermoni iuridico studuerit (v. ad 35, 4.), vix dubitabimus, quin h. l. scripserit: *in tantum expedit adicere* (i. e. *adiicere*) *auctorem liquorem*. Plin. scilicet quasi iocans graviter indignatur institorem, qui h. l. acerbe auctor dicitur, quatenus in vendendo balsamo adulterato spondet se genuinum vendere, genuino balsamo adiicere liquorem i. e. lac. De nomine *auctor* hoc sensu in foro adhibito v. praeter formulas, quales attulit Heinecc. antiquitt. Rom. IV. 6, 25., potissimum Cic. Verr. II. 5, 22. — *XVI*, R. *XV*, θ T a d r (codd. Salmas. exerc. p. 418. b. D.) *VI*, β. *X V*, γ.

§ 124. *Iudea et*, R. — *super*, r. Ceterum v. Dioscor. 1, 79. — *Phoenicem*, R a. — *feleucę e*, R. — *iucundi odoris*, R. *iucundioris*, a d β γ. — *simili modo*, T d. — *ortus*, Rθ a r. *ortum*, d β. — *corrodentes*, T. — *id in*, a. *id*, T. Omitt. R d. — *sordentes scit*, R.

§ 125. *Sidone*, a. *id e*, R. *Side*, θ (et optimi libri ap. Salmas. exerc. p. 384. b. E.) *sed et e*, d. *sed et*, T. Mihi Plin. *item e* videtur scripsisse. — *creta minima ex*, Dalec. Quae coniectura ipsa uti est perversa, ita nemo verba intuens dubitabit, quin, uti iam leguntur, vera esse non possint. Certe adverbium *minime* post *Creta* locum non habet, qua de causa illud, quamquam durius, cum Salmasio ad sequentia refero. — *praeferuntur*, R. *praefertur*, a d β γ. — *rufus, pingui et lentius*, Dalec. — *gummi alias*, R d. *cum milia*, a. *gummi alia*, Salmas. — *melle*, d. *velle*, R. *mille*, a. — *et*, Dalec.

omnia ea deprehenduntur gustu. Pretium optumo X xvii. Exit et in Pamphylia, sed aridior minusque sucosus.

56. Dat et galbanum Syria in eodem Amano monte e ferula quam eiusdem nominis resinae modo stagonitim appellant. Quod maxume laudant, cartilaginosum, purum ad similitudinem hammoniaci minumeque lignosum. Sic quoque adulteratur faba aut sacopenio. Sincerum si uratur fugat nidore serpentis; permutatur in libras X v. Medicinae hoc tantum. 126

XXVI. 57. Panacem et unguentis eadem gignit, nascentem et in Psophide Arcadiae circaque Erymanthi fontis et in Africa et in Macedonia; ferula sui generis quinque cubitorum, foliis primo quaternis, mox senis in terra iacentibus, ampla magnitudine rotundis, in cacumine vero oleagineis, semine in muscariis dependente ut ferulae. Excipitur sucus inciso caule messibus, radice in autumno; laudatur candor eius coacti. Sequens pallido statera; niger colos inprobatur. Pretium optumo in libras X bini. 127

58. Ab hac ferula differt quae vocatur spondylion foliis tantum, quia sunt minora et platani divisura; non nisi in opacis gignitur. Semen eodem nomine silis speciem habet, medicinae tantum utile. 128

59. Dat et malobathrum Syria, arborem folio convoluto, colore aridi foli, ex quo premitur oleum ad unguenta, fertiliore eiusdem Aegypto. Laudatius tamen ex India venit; in paludibus ibi gigni tradunt lentis modo, odoratius croco, 129

omnia, Ra. *omniaque*, dβγ. — *XXVII*, R. *XVIII*, Tad. *XIX*, β. *X VIII*, γ. — *aridior*, R (codd. Gel.) *acrior*, Tadr (codd. Salmas.) γ.

§ 126. *e ferula quam*, Barbar. d. *e ferulaeque*, R. *et feruleque*, a. Ceterum v. Dioscor. 3, 87. — *eiusdem* — *modo* post *ferula* collocat Dalec. — *stagonitim*, R. *stagoniti*, ad. *stagonitin*, βγ. — *appellans*, R. — *laudat*, R. — *Sic quoque*, ad. *Siccoque*, R. — *sacopenio*, Broter. e codd. *sacopemo*, a. *sacoponie*, d. *saco-p//ino*, R. *sagopome*, T. *sagapeno*, β. — *in odore*, d. — *XV*, RθTadr. *V*, β.

§ 127. *Panacen*, d. V. Dioscor. 3, 48. coll. Theophr. hist. plant. IX. 9, 2. — *eadem*, ad. *ea*, R. — *Psophide*, d. *prophide*, R. *ipso fine*, a. *Phenea*, K. *Psophide ac Pheneo*, Heins. ad Ovid. metam. 15, 332. — *primo ternis mox quinis*, Dalec. — *radice in*, a. *radicem*, R. *radice*, d. — *sta*, R. — *colos*, Ra. *color*, dβγ. — *X bini*, θadr (codd. Salmas. exerc. p. 418. b. E.) *XII*, R. *XIX*, T. *bini asses*, β.

§ 128. *spondilion*, Ra. V. Dioscor. 3, 80. — *et*, Ra. Omitt. dγ.

§ 129. *Dat et*, ad. *Date*, R. V. Dioscor. 1, 11. — *malobathrum*, Rad. *malobathron*, βγ. — *Syriae*, R. — *colore aridi foli*, θd[1]. *colore aridi folii*, R. *colore*

nigricans scabrumque, quodam salis gustu; minus probatur
candidum; celerrime situm in vetustate sentit. Sapor eius
nardo similis esse debet sub lingua, odor vero in vino sub-
fervefacti antecedit alios. In pretio quidem prodigio simile
est a X singulis ad X cccc pervenire libras, folium autem
ipsum in libras X LX.

XXVII. 60. Oleum et omphacium est. Fit duobus generi- 130
bus et totidem modis, ex olea et vite, olea adhuc alba ex-
pressa; deterius ex druppa; ita vocatur priusquam cibo
matura sit, iam tamen colorem mutans. Differentia, quod hoc
viride est, illud candidum. E vite psythia fit aut aminea,
cum sunt acini ciceris magnitudine, ante canis ortum. In 131
prima lanugine demetitur uva eiusque melligo; — reliquom
corpus sole coquitur, nocturni rores caventur, — in fictili
condita melligo colligitur, subinde et Cyprio aere servatur.
Optuma quae rufa acriorque et aridior. Pretium omphacio
in libras X VI. Fit et alio modo, cum in mortariis uva
inmatura teritur siccataque in sole postea digeritur in
pastillos.

XXVIII. 61. Eodem et bryon pertinet, uva populi albae. 132
Optuma circa Cnidum aut Cariam in sitientibus aut siccis
asperisque, secunda in Lyciae cedro. Eodem et oenanthe
pertinet, est autem vitis labruscae uva, colligitur cum floret
id est cum optume olet, siccatur in umbra substrato linteo
atque ita in cados conditur. Praecipua ex Parapotamia, se- 133

aridi folio, Td². *colore arido folio*, a. *arido colore*, βγ. — *premitur*, RTadr. *exprimitur*, βγ. *paratur*, Dalec. — *tamen*, om. r. — *in*—*gigni* om. R. — *ubi*, a. — *venustate sentu*, a. — *antecedet*, Ra. — *a*, omitt. Td. — *X singulis*, ar. *XI*, R. *XX*, Td. *singulis*, β. — *ad X*, θTad. *addendrios*, R. *ad*, β. — *CCCC*, R. *CCC*, θTadβγ. — *folium*, RθSTar. *oleum*, dβγ. — *X*, RTad. Om. β. — *LX*, RTad. *L.*, θ. *LXX*, r.

§ 130. *Unguentis idoneum et oleum omphacium est. Fit quidem omphacium duobus*, Dalec. V. Dioscor. 1, 29. — *et vite olea*, a. *tuita olea*, d. Om. R. — *ruppa*, R. — *cibo*, R. *in cibo*, T. *in cibum*, d. *cibum*, a. — *hoc*, om. R. — *viridis*, R. — *psitia fit*, Rad. *fit psythia*, βγ. — *aminnia*, R. *uminnia*, ad. — *sunt*, R. *sit*, a. *sint*, dβγ.

§ 131. *uva*, Rd. *iuba*, θTa. — *conditae*, Rad. — *colitur*, ar. — *et Cyprio*, R. *Cyprio*, adβγ. — *X VI*, r. *XVI*, RθTad. *XV*, codd. Salmasii exerc. p. 418. b. E. *VI*, β. — *degeritur*, β.

§ 132. *pupili*, ad. — *nidum*, R. — *Caria*, R. — *instituentibus*, ad. — *Lycia e*, „vetus lectio" Pintiani. *Lycia*, Barbar. — *Eadem*, d. — *oenanthe*, v. Dioscor. 5, 5. — *uva*, ad. *uue*, R. — *floret*, Rd. *flore*, θTKa. — *id est*, om. K. — *ita*, ar. Omitt. Rdβγ. — *cadis combitur*, r.

cunda ab Antiochia atque Laodicea Syriae, tertia ex montibus Medicis; haec utilior medicinae. Quidam omnibus his praeferunt eam quae in Cypro insula nascitur; nam quae in Africa fit ad medicos tantum pertinet vocaturque massaris. Omnis autem ex alba labrusca praestantior quam e nigra.

62. Est praeterea arbor ad eadem unguenta pertinens 134
quam alii elaten vocant, quod nos abietem, alii palmam, alii spathen. Laudatur Hammoniaca maxume, mox Aegyptia, dein Syriaca, dumtaxat in locis sitientibus odora, pingui lacrima quae in unguenta additur ad domandum oleum.

63. In Syria gignitur et cinnamum quod comacum ap- 135
pellant. Hic est sucus nuci expressus multum a suco illo veri cinnami differens, vicina tamen gratia. Pretium in libras asses XXXX.

§ 133. *Laodice sasyriae*, R. *Laudicae Assyriae*, a. *Laodicę Assyriae*, d. — *his*, Rd². *iis*, β. Omitt. ad¹γ. — *Nam que et in*, T. — *massaris*, codd. indicis libri 1. *Masyaris*, R. *masyris*, ad¹. *masaris*, d². — *Omnis*, R. *Omnibus*, θTadrγ. — *ex*, Ra. *est*, Td. — *e*, omitt. Td. — *nigra est*, a.

§ 134. *Est*, om. a. — *pertinent*, a. V. Dioscor. 1, 150. — *quam*, ad. *quod*, R. — *quod nos abietem*, ut suppositicia damnat Broter. — *spatam*, a. *spatum*, d. *spatham damnat*, R. — *mox*, Rd. *ex*, a. *et*, T. — *odora*, R. *odorata*, dβγ. *adorata*, a. — *unguenta*, Rd. *ungui ita*, a. — *donandum*, R. V. Schneid. ad Theophr. de odor. 22. p. 653.

§ 135. *In Arabia gignitur ut cinnamum quod*, Pint. Totum locum vitiosissimum dicit Schneider. ad Theophr. l. l. IX. 7, 2. p. 738. — *comacum*, Pint. et Salmas. exerc. p. 923. a. D., codd. indicis libri 1. *commacum*, R. *camacum*, θTad (codd. Salmas.) *caryopon*, codd. Barbari, β. — *id*, R. — *nucis*, r. — *a succo illo*, Pint. *a susculo*, R. *a masculo*, omnes codd. Salmas. *masculo*, θad. *a surculo*, β. *a succo*, Hard. γ. — *veri*, Pint. R. *vero*, θadγ. — *lib. tam*, R. — *XXXX*, Ra. *XXX*, Td. — *C. Plini Secundi naturae historiarum c lib. XII. editus post mortem explicit. Incipit liber XIII.*, R.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XIII.

PROOEM. SECT. 1. Hactenus in odoribus habent pretia § 1
silvae erantque per se mira singula; iuvitque luxuria omnia
ea miscere et e cunctis unum odorem facere: ita reperta
sunt unguenta. CAP. I. Quis primus invenerit, non traditur. 2
Iliacis temporibus non erant, nec ture supplicabatur; cedri
tantum et citri suorum fruticum et in sacris fumo convolu-
tum nidorem verius quam odorem noverant, iam rosae suco
reperto; nominatur enim hic quoque in olei laude. Unguen-
tum Persarum gentis esse debet; illi madent eo et accersita
conmendatione inluvie natum virus exstingunt. Primum, 3

Ad hunc librum toti sunt excussi R (§ 1—88.) ad.

§ 1. *uutque*, R. Cum haec sententia priori sit opposita, enclitica *que* mihi delenda videtur. — *luxuria*, RθTad. *luxuriam*, β. — *omnia ea*, RθTad. *ea omnia*, β. — *e*, om. R. — *facere ita. Ita rep.*, R. — *ita reperta sunt*, om. r. — *Unguenta quis*, ar.

§ 2. *prius*, Td. — *tradatur*, a. — *citri*, d. *citriis*, R. *in citri*, a. — *et*, RTad. Omitt. βγ. — *verius quam odorem*, R. Omitt. STadrγ. At v. Döderlein. *lat. Synonym. u. Etymol.* 3, 133. et Ian. in nuntt. litter. Mon. 1836. nr. 165. p. 275. — *nominatur—laude* om. K. Ceterum v. Homer. Il. ψ, 186. — *hic*, R. *id*, dβ. Omitt. aγ. — *gentis esse debet*, R. *gentis sedebat*, a[2]d (liber optimus Salmas. exerc. p. 665. a. G.) *gentes sedebat*, a[1]. *genti sedebat*, T. *genti se debet*, Salmas. γ. *Persarum esse debet gentis unguentum*, β. — *illi*, Rad. *sed et illi*, codd. Barbari. *sed batilli*, r. *sed et Parthi*, Barbar. *nam et illi*, Dalec. — *commendationem*, R. — *inluvie*, R (codd. Oudend. ad Appul. metam. p. 31.) *in lubi*, a[1]d. *inlumi*, a[2]. *ingluvie*, βγ.

quod equidem inveniam, castris Darii regis expugnatis in reliquo eius adparatu Alexander cepit scrinium unguentorum; postea voluptas eius a nostris quoque inter lautissima atque etiam honestissima vitae bona admissa est honosque et ad defunctos pertinere coepit, quapropter plura de eo dicemus. Quae ex his non erunt fruticum ad praesens nominibus tantum indicabuntur, natura vero eorum suis reddetur locis.

2. Unguentis cognomina dedere aliis patriae, aliis suci, 4
aliis arbores, aliis causae, primumque id scire convenit mutatam auctoritatem et saepius transisse gloriam. Laudatissimum fuit antiquitus in Delo insula, postea Mendesium, nec mixtura et compositione tantum hoc accidit, sed iidem suci
varie alibi atque alibi praevaluere aut degeneravere. Irinum 5
Corinthi diu maxume placuit, postea Cyzici, simili modo rhodinum Phaseli, quam gloriam abstulere Neapolis, Capua, Praeneste. Crocinum in Solis Ciliciae diu maxume laudatum est, mox Rhodi, oenanthinum in Cypro, deinde in Aegypto praepositum, post Adramytteo, amaracinum in Coo; postea eodem loco praelatum est melinum, cyprinum in Cypro, deinde in Aegypto, ubi Mendesium et metopium subito gra-
tius factum est. Mox haec abstulit Phoenice et cyprini lau- 6
dem Aegypto reliquit. Panathenaicon suum Athenae perseveranter optinuere. Fuerat et pardalium in Tarso, cuius etiam compositio et mixtura oblitterata est; narcissinum
quoque ex flore narcisso desiit componi. Ratio faciendi du- 7

§ 3. *Darei*, θa[1]. Transcripsit haec Solin. 46, 1. — *lautissima*, R. *laudatissima*, adβγ. — *honos quoque*, T. — *et*, RTadr. *is et*, β. — *dicemus, quamque ii noverunt. Frutices*, K. — *indicabuntur tantum*, d. — *naturae*, R. — *locis*, om. R.

§ 4. *mutatam auctoritatem*, Rd (codd. Gel.) *mutata auctoritate*, θar. *multa auctoritate*, K. *mutare auctoritatem*, T. — *et saepius*, θd (codd. Gel.) *et saepius et saepius*, R. *et peius*, a. *ad peius*, r. — *traxisse*, R. Plin. ex vestigiis codicum mihi scripsisse videtur *et saepius ad peius traxisse gloriam*, quo potissimum vox *degeneravere* infra posita ducit. — *Mendensium*, R. — *suciae*, R. — *alibi atque alibi*, ita scripsimus servata partim scriptura vulgata β, partim reiectis interpolationibus hinc natis. *alibi adque alibi*, R. *alibi atque alibi ad quaelibet*, β. *aliive ad quaelibet*, Td. *alibi at quaelibet*, a. *alibi ad quaelibet*, rγ. De ipsa locutione v. ad 34, 144.

§ 5. *Bryum*, K. *Bryinum*, Dalec. Transcripsit haec Plin. ex Apollonii (qui in indice huius libri male Apollodorus dicitur) libro de odoribus ap. Athen. 15. p. 688. — *Corinthi diu*, Rd. *Corinthi dium*, a. *Corinthidium*, θ. *Corinthium*, r. — *est*, RTadr. Omitt. βγ. — *deinde in Aegypto praepositum*; haec verba omitt. RTadγ, priora certe tria verba θSr, nisi error est Dalecampii postremam adnotare temere negligentis. Vid. Ian. l. l. nr. 167. p. 290. — *post*, R. *posita*, ad

plex: sucus et corpus; ille olei generibus fere constat, hoc
odorum. Haec stymmata vocant, illa hedysmata. Tertius inter
haec est colos multis neglectus; huius causa adduntur cin-
nabaris et anchusa. Sal adspersus olei naturam coercet;
quibus anchusa adiecta est, sal non additur. Resina aut
cummis adiciuntur ad continendum odorem in corpore; ce-
lerrime is evanescit atque defluit, si non sunt haec addita.
Unguentorum expeditissimum fuit primumque, ut verisimile 8
est, e bryo et balanino oleo, de quibus supra diximus; in-
crevit deinde Mendesium balanino, resina, murra magisque
etiamnum metopio; oleum hoc est amygdalis amaris expres-
sum in Aegypto, cui addidere omphacium, cardamomum,
iuncum, calamum, mel, vinum, murram, semen balsami, gal-
banum, resinam terebinthinam. E vilissimis quidem hodieque 9
est, ob id creditum et in vetustissimis esse, quod constat
oleo myrteo, calamo, cupresso, cypro, lentisco, maligranati
cortice. Sed divolgata maxume unguenta crediderim rosa
quae pluruma ubique gignitur; itaque simplicissima rhodini
mixtura diu fuit addito omphacio, flore rosae, crocino, cin-
nabari, calamo, melle, iunco, salis flore aut anchusa, vino.
Similis ratio et in crocino additis cinnabari, anchusa, vino, 10
similis et in sampsuchino admixtis omphacio, calamo; optu-
mum hoc in Cypro, Mytilenis, ubi pluruma sampsuchus.
Miscentur et viliora genera olei myrto, lauru, quibus addi-

(in utroque littera *a* sequentis nominis omissa.) *postea*, *βγ*. — *Adramitteo*, *θ*. — *postea*, ad. *post ex*, R. — *eadem* et *praelata*, a. — *subito*, om. r.

§ 6. *Reliqua*, a. — *Panathenaicon* (*-aicum*, a) *suum Athenae*, ad. *panthene*, R. — *ex*, RTd. *et*, a. — *narcisso*, RθTad. *narcissi*, *β*.

§ 7. *Faciendi ratio*, d. — *duplus*, ad. — *stymmata*, d (codd. Barbari.) *stigmata*, a. *statimmata*, R. *partim stymmata vocant partim hedysmata*, Dalec. — *color*, d. — *cinnabaris*, RTadr. *cinnabari*, *β*. — *commis*, d. *gummis*, Ra. *gummi*, *βγ*. — *sunt*, Rθadr. *sint*, *β*.

§ 8. *e*, ad. *et*, R. — *de quibus supra diximus*, R. Omitt. θTadrγ. V. 12, 108. 100. — *increvit*, θadr. *et increvit*, R. — *indesium*, R. — *resinā*, R. — *murra*, R. *myrra*, ad. *mixta*, *βγ*. — *metopio*, v. Dioscor. 1, 71. *metopium*, Dalec. — *cardamomum*, om. T.

§ 9. *E*, RθTadr. *Et e*, *β*. — *hodieque*, RθTadr. *hodie*, S*β*. — *creditur*, S. — *et in*, R. *et id*, a. *et id e*, Td. *et id in*, *β*. — *quod*, om. R. — *cypressio*, R. — *maligranati*, R. *mali granatici*, a. *cum maligranati*, d. *malogranati*, *βγ*. — *divulgato*, ad. — *rosa*, Ra. *rosae*, dγ. — *addito*, ita nos scripsimus. *addita*, R. *additis*, ad*βγ*. — *croco*, Dalec. — *angusta*, ad. — *uno*, R.

§ 10. *Similis ratio* — *vino* omitt. ad. — *samphsuco*, R. — *Cypro*, Rad. *Cypro et*, *βγ*. — *sambucus*, d. — *elei*, R. — *myrto*, Rad. *e myrto*, *βγ*. — *lauru*, R. *lauro*, ad*βγ*.

tur sampsuchum, lilium, fenum Graecum, murra, casia, nar-
dum, iuncus, cinnamomum. E malis quoque cotoneis et 11
strutheis fit oleum, ut dicemus, melinum quod in unguenta
transit admixtis omphacio, cyprino, sesamino, balsamo, iunco,
casia, habrotono. Susinum tenuissimum omnium est; constat
ex liliis, balanino, calamo, melle, cinnamomo, croco, murra;
et idem cyprinum ex cypro et omphacio et cardamomo, ca-
lamo, aspalatho, habrotono. Aliqui et in cyprinum addunt 12
et murram et panacem; hoc optumum Sidone, mox Aegypto,
si non addatur sesaminum oleum; durat et quadriennio, ex-
citatur cinnamomo. Telinum fit ex oleo recenti, cypiro, ca-
lamo, meliloto, feno Graeco, melle, maro, amaraco. Hoc erat 13
celeberrimum Menandri poetae comici aetate; postea multo
successit propter gloriam appellatum megalium ex oleo ba-
lanino, balsamo, calamo, iunco, xylobalsamo, casia, resina.
Huius proprietas ut ventiletur in coquendo, donec desinat
olere; rursus refrigeratum odorem suum capit. Singuli quo- 14
que suci nobilia unguenta faciunt, in primis malobathrum,
postea iris Illyrica et Cyzicena amaracus, herbarum utraque;
vel pauca his et alia alii miscent; qui pluruma, alterutri
mel, salis florem, omphacium, agni folia, panacem, externa
omnia. Prodigiosa cinnamomino pretia; adicitur cinnamo ba- 15
laninum oleum, xylobalsamum, calamus, iunci, balsami se-

sampsuchum, Dalec. *sampsucum*, R. *samsucium*, a. *sampsuchinum*, dβγ. — *illium*, ad. — *fenum Graecum*, a. *fenograecum*, d. Om. R. — *cassia*, R.

§ 11. *Et*, R. — *struteis*, R. *struthiis*, θadrγ. — *dicimus*, ad. V. 23, 103. — *admixtis*, om. R. — *sesamino*, Barbar. *Samio*, Rθad. — *habrotono*, R. *habrotano*, a. *abrotano*, dβγ. — *Susinum*, v. Dioscor. 1, 62. — *balanino*, RθSTad. *balano*, β. — *melle cinnamomo*, omitt. RSTad. — *murra*; huic voci addunt *aspalatho* codd. Barbari, β, quod omitt. Radr. — *isdem*, R. *itidem* vel *et item*, Pint. V. Theophr. de odor. § 26. et Dioscor. 1, 65.

§ 12. *in*, om. R. — *cyperium*, d. *cyprum*, a. *cuprum*, R. — *et*, Rθad. Omitt. βγ. — *myrram*, a. *myrum*, θd. *maix*, R. — *opopanacem*, Dalec. — *Telinnum*, R. — *cypiro*, R. *cypro*, adr. *cypero*, Barbar. βγ. — *melio loto*, R. — *melle*, Radr (codd. Barbari.) *melle melino*, β.

§ 13. *multo erat*, R. Mihi quidem haec lectio ita praeferenda videtur, ut infra deleatur adverbium *multo*, cui nullus prorsus locus, id quod sensit Dalec. *multo post* coniiciens. Adverbium illud, quo eadem ratione et collocatione usus est Plin. 17, 2., casu ex superiore loco delatum in inferiorem. — *megalium*, v. Theophr. de odor. § 29. et Diosc. 1, 69. — *balsamo*, om. a. — *Huius*, ad. *ius*, R. — *olere*, R. *colere*, d. *colore*, a. *calere*, r.

§ 14. *Singulis*, R. — *et*, Rd. *ex*, a. — *herbarum*, RTad (codd. Salmas. exerc. p. 332. b. D.) *Herbarii in*, Barbar. β. — *vel*, R. Omitt. Tadβγ. Singuli succi vel per se unguenta faciunt, vel pauca iis adduntur. — *his et*, RTad (codd. Salmas.) *sed*, Barbar. β. — *alii miscent*, Barbar. *amiscent*, R (quod ex

mina, murra, mel odoratum; unguentorum hoc crassissimum;
pretia ei a X xxxv ad X ccc. Nardinum sive foliatum con-
stat omphacio aut balanino, iunco, costo, nardo, amomo,
murra, balsamo. In hoc genere conveniet meminisse her- 16
barum quae nardum Indicum imitarentur species novem a
nobis esse dictas; tanta materia adulterandi est. Omnia
autem acutiora fiunt costo, amomo, quae maxume naris fe-
riunt; crassiora murra suavioraque, medicinae autem utiliora
croco; acerrima per se amomo; hoc et capitis dolores facit.
Quidam satis habent adspergere quae sunt pretiosissima, ce- 17
teris decoctis, inpendio parcentes; sed non eadem est vis
nisi una decoctis. Murra et per se unguentum facit sine
oleo, stacte dumtaxat; alioqui nimiam amaritudinem adfert.
Cyprino viride fit, susino unguinosum, Mendesio nigrum,
rhodino candidum, murra pallidum. Haec sunt antiquae in-
ventionis genera et postea officinarum furta; nunc dicetur
cumulus ipse deliciarum et summa auctoritas rei.

II. Ergo regale unguentum appellatum, quoniam Partho- 18
rum regibus ita temperatur, constat myrobalano, costo, amo-
mo, cinnamo comaco, cardamomo, nardi spica, maro, murra,
casia, styrace, ladano, opobalsamo, calamo iuncoque Syriis,
oenanthe, malobathro, serichato, cypro, aspalatho, panace,
croco, cypiro, amaraco, loto, melle, vino. Nihilque eius rei

alimiscent est ortum.) *aliis miscent*, Tad. — *agni folia*, R. *hacnipolia*, ad. *ac in poliam*, codd. Barbari. *ac Peliam panacem*, Barbar. — *omnia*; post hanc vocem inserunt *et* RθTadrβ cum sequenti voce iungentes. At cum illae plantae profecto nihil prodigiosi habeant et infra pretia huius unguenti sane ingentia referantur, ego potius cum recentioribus editoribus a *Prodigiosa* novam enuntiationem incipiendam et post *et* unam alteramve vocem excidisse arbitror, quae similitudine cum proxime sequenti librarios in errorem solitum deduxerit.

§ 15. *cinnamomino*, RθTd. *cinnamomo*, a. *cinnamomi*, r. — *pretia*, RθTadr. Om. β. — *addicitur*, a. Ceterum v. Dioscor. 1, 74. — *cinnamo*, Rθadr. *cinnamomino*, ST. Om. β. — *iunci*, R. *tum ci*, d. *tunsi*, a. *iuncus*, βγ. — *ei a*, ad. *eis*, R. — *XXXXV*, θ. *denaris XXXV*, R. *X xxv*, adγ. *XXXV*, β. — *X*, a. *denario*, R. Omitt. Td. — *aut*, R. Omitt. adβγ.

§ 16. *imitarentur*, RTadr. *imitentur*, βγ. — *dictas* 12, 42 sqq.

§ 17. *habet*, R. — *a ceteris*, a. — *impendio — decoctis*, R (qui tamen *in pedio* habet.) Omitt. adrγ iniuria; v. Ian. in nuntt. litter. Monac. 1886. nr. 165. p. 276. — *alioquin*, dβ. — *inguinosum*, ad. — *iste*, r.

§ 18. *constat*, om. R. Ceterum v. Theophr. hist. plant. IX. 7, 3. — *cinnamo*, Rθad. *cinnamomo*, β. — *comaco*, RθSTadr. *caryopo*, K. *comaro*, β. — *nardi spica*, d. *nardis spica*, a. *nardis*, R. — *iuncoque Syris* (i. e. *Syriis*), R. *iuncoque Syrio*, β. *iunco*, θTadγ. — *sericatho*, R. *sericaton*, ad. — *cypro*, RTad. *cypero*, β. — *cypiro*, Ra. *cyprio*, dr. *cyprino*, θ. — *loto*, RθTd. *lato*, a. *colato*, β.

causa in Italia victrice omnium, in Europa vero tota praeter irim Illyricam et nardum Gallicum gignitur; nam vinum et rosa et myrti folia oleumque conmunia fere omnium terrarum intellegantur.

3. Siccis odoribus constant quae diapasmata vocantur; 19
nam faecem unguenti magma appellant. Inter omnis potentissimus odor quisquis novissime additur. Unguenta optume servantur in alabastris, odores in oleo, quod diuturnitati eorum tanto utilius est, quanto pinguius, ut ex amygdalis. Et ipsa unguenta vetustate meliora; sol inimicus his, quamobrem in umbra conduntur plumbeis vasis. Experimentum eorum inversa manu capitur, ne carnosae partis calor vitiet.

III. 4. Haec est materia luxus e cunctis maxume super- 20
vacui; margaritae enim gemmaeque ad heredem tamen transeunt, vestes prorogant tempus, unguenta illico exspirant ac suis moriuntur horis. Summa conmendatio eorum ut transeunte femina odor invitet etiam aliud agentis, exceduntque quadringenos denarios librae. Tanti emitur voluptas aliena; etenim odorem qui gerit ipse non sentit; tamen et haec
aliqua differentia signanda sint. In M. Ciceronis monimentis 21
invenitur unguenta gratiora esse quae terram quam quae crocum sapiant, quando etiam conruptissimo in genere ma-

irim, R. *iri in*, a. *irin*, d$\beta\gamma$. — *yllirica*, a. — *nam*, ad. *etiam*, R. — *vinum et*, ad. *vinum etiam et*, R. — *intellegantur*, RTad. *intelliguntur*, $\beta\gamma$.

§ 19. *faecus*, r. — *magma appellant*, d. *magna appellant*, aβ. *magna appellant. Magma appellant*, R. *magmata appellant*, r. — *omne potentissimos*, R. — *optime*, Rd. *optima*, θTa. — *diuturnitate*, ad. — *conduntur*, Chifflet. coll. Theophr. de odor. § 41. *coquuntur*, Rad$\beta\gamma$. Ceterum magis etiam probanda quam Chiffletii emendatio prorsus necessaria videtur mihi esse eorum sententia, qui, ut Dalec. refert, *coquuntur et conduntur* legendum esse dicunt, quod ex Theophrasti locis inter se collatis prodit. — *duplicibus*, Cornar. ad Galen. compos. med. sec. loca p. 425. V. Schneid. ad Theophr. de odor. 22. p. 655. 40. p. 665. — *calore vitientur*, K. *color vitietur*, r.

§ 20. *lusus*, a. — *ad heredem*, ad. *addere dem*, R. — *ventes*, R. — *prorogant*, Rad (codd. Gel.) *prolongant*, r. — *heris*, Ferrar. elect. 2, 3. — *transeunte*, ad (codd. Gel.) *transeunt*, R. *transeuntem*, r. — *femina* et *agentes*, Rad (codd. Gel.) *feminam* et *agentem*, r. — *excedunt*, r. — *quadringenos*, R. *quadrigenos*, T. *quadragenos*, θadγ. — *Tanti*, Rd. *Tantum*, ar. — *sentit; tamen*, ita nos scripsimus. *sent sitamen*, R. *fecit. si tamen*, a. *sentit si tamen*, T. *sed tamen*, r. *sentit; sed*, d$\beta\gamma$. — *differentie*, R. — *sint*, R. *sunt*, ad$\beta\gamma$.

§ 21. *esse quae*; pro his vv. dat *quae* R, *ti* a, *in* d. — *terram*; v. 17, 38. *ceram*, Scaliger in Scaligerr. p. 110. et Salmas. exerc. p. 749. a. B. Apud Cicer. de orat. III. 25, 99. multi codd. *ceram* habent, quod nonnulli interpp. praetulerunt; apud Plin. quoque 36, 142. *terra* et *cera* confunduntur. — *quam*, om. R. — *sapiant*, ad. *sapiunt*, θ. *faciant*, R. — *vitiis*, R. — *spissum*, R (codd.

gis tamen iuvat quaedam ipsius vitii severitas. Sed quosdam
crassitudo maxume delectat, spissum appellantis, linique iam,
non solum perfundi unguentis gaudent. Vidimus etiam ve- 22
stigia pedum tingui, quod monstrasse M. Othonem Neroni
principi ferebant, quaeso ut qualiter sentiretur iuvaretque
ab ea parte corporis? Nec non aliquem ex privatis audimus
iussisse spargi parietes balnearum unguento atque Gaium
principem solia temperari ac, ne principale videatur hoc
bonum, et postea quendam ex servis Neronis. Maxume ta- 23
men mirum est hanc gratiam penetrasse et in castra; aqui-
lae certe ac signa, pulverulenta illa et cuspidibus horrida,
unguntur festis diebus, utinamque dicere possent, quis pri-
mus instituisset. Ita est, nimirum hac mercede conruptae
orbem terrarum devicere aquilae; ista patrocinia quaerimus
vitiis, ut per hoc ius sub casside unguenta sumantur.

5. Quando id primum ad Romanos penetraverit, non fa- 24
cile dixerim; certum est Antiocho rege Asiaque devictis,
urbis anno DLXV., P. Licinium Crassum L. Iulium Caesarem
censores edixisse ne quis venderet unguenta exotica: sic
enim appellavere. At Hercules, iam quidam etiam in potus 25
addunt, tantique est amaritudo ut odore prodigo fruantur

Gel.) *isipsum*, θad. *esipsum*, Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 330. b. B. *id ipsum*, r (alii codd. Salmas.) *stypsin*, Salmas. — *appellantis*, R. *appellantes*, aβγ. *appellant*, d. *approbantes*, r. — *linique*, Rθad (veterr. cod. Leid. ap. Oudend. ad Suet. Oth. 12.) *linirique*, Sr. — *iam solum sed et*, r. — *unguentis*, om. R.

§ 22. *monstrasse M. Othonem*, R. *monstrasse m. cithonem*, ad. *M. Othonem monstrasse*, βγ. — *ut qualiter*, v. Gronov. ad Liv. 40, 13. et Lobeck. ad Soph. Aiac. 77. ed. 2. *ut sentiretur qualiter iuvaret ab*, Pint. — *iuvaretque*, Rd. *iuvaret*, θTa. — *ab*, om. θ. — *aliter*, R. — *et*, Rad. — *audimus*, R. *audivimus*, adβγ. — *iussire*, R. — *balnearum*, ad. *balinearum*, βγ. — *solium*, r.

§ 23. *certe ac signa*, R. *certe ea digna*, d. *certa ea digna*, a. — *ex*, ar. — *cuspidibus*, R. *custodibus*, θTadγ. *custodiis*, β. V. Suet. Caes. 62. ibique Casaub. — *unguntur*, Ra. *iunguntur*, d. *inunguntur*, βγ. — *utinamque — instituisset* om. r. — *dice*, R. — *possent*, R. *possemus*, ad (codd. Gel.) βγ. — *Ita est nimirum. Hac*, r. — *orbem terrarum*, Rad. *terr. orbem*, βγ. — *ius sub*, ita scripsimus ex vestigiis R, qui habet *sus su*, et ex ipsa vulgata βγ, quae pariter *ius sub* habet, sed ita, ut vox *sumantur* utrique voci media inseratur, quae nunc ex auctoritate R extrema huius periodi legitur. In Tad *sub* omittitur.

§ 24. *DLXV.*, ad. *DLVI.*, R. *DCLXV.*, Salmas. exerc. p. 666. a. G. probante Clint. fastt. Hell. III. p. 453. At v. Becker. antt. Rom. II. 2, 229. — *Licinum*, a. — *C.*, R. — *censorem se dixisse*, ad.

§ 25. *Hercules*, Rad (Leid. pr. pluresque codd. ap. Oudend. ad Appul. met. p. 180.) *Hercule*, β. — *iam*, om. R. — *potu*, r. — *tantaque*, r. *nec tanta amaritudo odorum est, ut prodigi non fruantur utraque*, Dalec. — *est amaritudo*, Rad. *amar. est*, βγ.

ex utraque parte corporis. L. Plotium L. Planci bis consulis censorisque fratrem, proscriptum a triumviris, in Salernitana latebra unguenti odore proditum constat, quo dedecore tota absoluta proscriptio est. Quis enim non merito iudicet periisse talis?

6. Cetero terrarum omnium Aegyptus adcommodatissima 26
unguentis; ab ea Campania est copia rosae. IV. Iudaea vero
incluta est vel magis palmis, quarum natura nunc dicetur.
Sunt quidem et in Europa volgoque Italia, sed steriles; ferunt in maritimis Hispaniae fructum, verum inmitem, dulcem in Africa, sed statim evanescentem; contra in oriente.
Ex his vina gentiumque aliquis panis, plurumis vero etiam 27
quadripedum cibus, quamobrem iure dicentur externae. Nulla est in Italia sponte genita nec in alia parte terrarum nisi in calida, frugifera vero nusquam nisi in fervida.

7. Gignitur levi sabulosaque terra, maiore in parte et ni- 28
trosa; gaudet riguis, totoque anno bibere cum amet, anno sitienti a fimo quidam etiam laedi putant, Assyriorum pars aliqua, si non rivis misceat. Genera earum plura, et prima fruticem non excedentia, sterilem hunc, aliubi et ipsum fer-
tilem brevique ramorum orbe foliosum. Tectori vicem hic 29

ex utraque — corporis, „intus potando, foris liniendo." HARDUIN. — *Policium*, θ a d. — *Planci bis*, a d. *Plancibus*, R. — *consulis*, R. *tor*, a d. — *censoresve*, a d. — *Salurnitana*, R a. *Salumitana*, d. — *quod et decore*, R. — *iudices*, a. — *periisset*, a. *perisset*, d.

§ 26. *Cetero*, R θ d. *Cetera*, a. *Ceterum*, β. — *accommodissima*, θ a. — *vero*, omitt. T a. — *dicitur*, a. — *et in*, R. *in*, a d. — *fuerunt*, R. — *eviescentem*, Heins. adv. p. 460.

§ 27. *aliquis*, R a d, *aliquibus*, β γ. — *quadripedo*, R. — *sponte — alia* retinui ex β. Pro his habet *sponte et ratio* R; totam clausulam omitt. T a d. *Nulla est in alia parte*, Pint. — *galida*, R. *calica*, d. *gallica*, a. — *in fervida*, a d. *int fruidā*, R.

§ 28. *gaudet*, R. *gaudet et*, a d β γ. — *rigus*, R. — *anno sitienti*, a d. *sitienti*, R. *sitientia* omisso *a*, r. Ceterum a vv. *A fimo* novam periodum incipiunt β γ. — *quidam*, R. *quaedam*, a d. *quidem*, β γ. — *Assyriorum*, R. *et Assyr.*, a d β γ. — *misceat*, R a r. *misceatur*, d β γ. Totum locum, qui, ut vulgo legebatur, neque a sententia neque a grammatica commendatur (v. Schneid. ad Theophrast. l. l. II. 6, 3. p. 119.) et cui iam Pint. coniectura infelici succurrebat, ex vestigiis codicis R emendatum dedi; *quidam* sunt intelligendi Rhodii secundum Theophrastum; ad vv. *Assyr. pars aliqua* ex superioribus *palmas a fimo laedi putat* supplendum. — *plura et*, om. r. — *frutice*, R a d. — *alibi*, d. — *brevique — foliosum*, codd. Gel. *brevemque rami orbem foliosum*, R. *brevesque ramorum orbe foliosum*, d. *brevesque rami obref. oliorum*, a. *breves ramis obire umbra foliorum*, r. Quamquam lectio vulgata aperte est interpolata, malui tamen eam

parietibus plerisque in locis praestat contra aspergines. Est
procerioribus silva, arbore ex ipsa foliorum aculeo fruticante
circa totas pectinatim, quas silvestris intellegi necesse est;
incerta tamen libidine etiam mitioribus se miscent. Reliquae
teretes atque procerae densis gradatisque corticum pollicibus
aut orbibus facilis ad scandendum orientis se populis prae-
bent vitilem sibi arborique inductis circulum mira pernici-
tate cum homine subeuntem. Coma omnis in cacumine et 30
pomum est, non inter folia hoc ut in ceteris, sed suis inter
ramos palmitibus racemosum, utraque natura uvae atque
pomi. Folia cultrato mucrone, lateribus in sese bifidatis, bella
primum demonstravere gemina; nunc ad funis vitiliumque
nexus et capitum levia umbracula finduntur. Arboribus, immo 31
potius omnibus quae terra gignat herbisque etiam utrumque
esse sexum diligentissimi naturae tradunt, quod in plenum
satis sit dixisse hoc in loco; nullis tamen arboribus mani-
festius. Mas in palmite floret, femina citra florem germinat
tantum spicae modo, utrisque autem prima nascitur pomi
caro, postea lignum intus hoc est semen eius; argumentum,
quod parvae sine hoc reperiuntur in eodem palmite. Est au- 32

retinere, cum ex variis coniecturis, quas nostri codices suppeditant, nondum ulla mihi ipsi satisfecerit.

§ 29. *vice*, d. — *aspergines*, Rθr. *asparagine*, ad. — *Est*, θad. *Est et*, R. Omitt. rβγ. — *silva*, R. *silvae*, adr. — *ipso*, r. — *fruticante*, R. *fructificante*, Tar. *frutificante*, d. — *incesta*, Sr. — *sed*, ad. — *gradatisque*, Rd. *tradat hisque*, a. *tradatisque*, cod. Salmas. exerc. p. 934. a. E. — *cochlicibus*, Reines. var. lect. 2, 9. p. 205. — *aut orbibus*, RT. *aucorbibus*, d[2]. *auctoribus*, ad[1]. *auctioribus*, cod. Salmas. *ut orbibus*, βγ. — *faciles — orientis se*, Rar (cod. Salmas.) *facile — orientis*, d. *faciles se — orientis*, βγ. — *populi*, ad. — *praebent vitilem*, Palmer. exercitt. p. 578. Confirmat T. *praebenti vitilem*, d. *praebenti utilem*, a (cod. Salmas.) *praebent utilem*, Rrβ. — *arborique*, Palmer. R. *arboremque*, θTd (cod. Salmas.) *arboremquae*, ar. *arborisque*, β. — *inductis*, ar (cod. Salmas.) *inducitis*, R. *indutis*, Palmer. θTdγ. *induviis*, β. Palmerii huius loci emendationem Wesseling. quoque ad Diod. Sic. 2, 53. p. 165. probat. — *cum*, Rad (cod. Salmas.) *tum*, βγ. — *homine*, ad (cod. Salmas.) *homines*, R. — *subeuntem*, ad. *subeunte*, R (cod. Salmas.) βγ.

§ 30. *hoc*, RTad (cod. Salmas. exerc. p. 291. b. A.) Om. β. — *ut in*, Tad (cod. Salmas.) *inter*, R. — *se*, R. — *suos*, r. — *racemosum*, a. *ramosum*, d. *racemosos*, R. — *naturae*, R. — *in sese bifidatis*, ad. *ereb; fidata*, R. — *bella*, d. *bellas*, Raβ. — *gemina*, Rd. *geminas*, Ta. *gemmas*, β. Locum similem 10, 28. attulit Hard.

§ 31. *gignat*, R. *gignit*, θTad. — *etiam utrumque*, om. R. — *esse sexum*, R. *esse secum*, a. *esse s; cum*, d. *sexum esse*, βγ. — *quod*, Rd. *hoc*, a. — *plexum*, R. — *germana*, a. Ceterum haec desumpta sunt ex Theophr. h. pl. II. 6, 6. — *spicae*, RK (meliores libri ap. Salmas. exerc. p. 934. b. C.) *spinae*, adβ. — *utriusque*, ar. V. Theophr. l. l. II. 6, 1.

tem oblongum, non ut olivis orbiculatum, praeterea caesum
a dorso pulvinata fissura et in alvo media plerisque umbili-
catum; inde primum spargitur radix. Seritur autem pronum
et bina iuxta composita semina superque totidem, quoniam
infirma singulis planta est, quaternae coalescunt. Multis can- 33
didisque lignum hoc a carnibus discernitur tunicis, aliis cor-
pori adhaerentibus, laxeque distans, tantum cacumini filo ad-
haerens. Caro maturescit anno, quibusdam tamen in locis, ut
in Cypro, quamquam ad maturitatem non perveniat, grato
sapore dulcis; et folium ibi latius, fructus quam reliquis ro-
tundior, nec ut devoretur corpus verum ut exspuatur, suco
modo expresso. Et in Arabia languide dulces traduntur esse 34
palmae, quamquam Iuba apud Scenitas Arabas praefert omni-
bus saporibus quam vocant dablan. Cetero sine maribus non
gignere feminas sponte edito nemore confirmant circaque sin-
gulos pluris nutare in eum pronas blandioribus comis; illum 35
erectis hispidum adflatu visuque ipso et pulvere etiam reli-
quas maritare, huius arbore excisa viduas post sterilescere
feminas. Adeoque est veneris intellectus ut coitus etiam ex-
cogitatus sit ab homine e maribus flore ac lanugine, interim
vero tantum pulvere insperso feminis.

8. Seruntur autem palmae et trunco ad duum cubitorum 36
longitudinem a cerebro ipso arboris fissuris diviso atque de-
fosso. Et ab radice avolsae vitalis est satus et ramorum te-
nerrimis. In Assyria ipsa quoque arbor strata in solo umido

§ 32. *caesum a*, Rd (codd. Gel.) *summa a*, S. *summa*, a. *summo*, r. *summo a*, Pint. — *pulvinata*, Rd (codd. Gel.) *pulvinato*, Sr. *pulminato*, a. — *fissura*, RSa² (codd. Gel.) *fistura*, a¹d. Post *media* collocat r. — *inde*, R. *unde*, adβγ. — *radix spargitur*, a. — *infirma*, d. *infirmae*, a. *infirme*, R.

§ 33. *discernitur*, RTd. *disceditur*, a. *discinditur*, Dalec. — *unicis*, R. — *cacuminis*, RTad. — *filio*, Ra. *folio*, Td. — *adhaerens*, Tad. *adhaerentibus*, R. *adhaeret*, βγ. — *quibus*, Ra. — *tamen*, om. r. — *ut*, om. a. — *quam*, R. — *dulcis*, Tadr. *dulcis est*, Rβγ. — *fructus quam*, Rθadr. *fructusque*, β.

§ 34. *languide*, om. R. — *palmam*, a. — *Enitas*, R. — *dablan*, RθTadr. *dabulam*, β. — *Cetera*, a. — *sine maribus non*, RTad (optimus liber ap. Salmas. exerc. p. 939. a. D.) *non sine maribus*, β. — *feminas*, R (liber Salmas.) *feminae*, Td¹. *femina*, ad². — *confirmanete*, R. — *naturae*, ad.

§ 35. *etiam illis maritari*, Dalec. — *vidi uui o*, R. *bidu//// post*, d¹. *biduo post*, Tad². Servavi scripturam vulgatam, sed perquam mihi est probabile omisso adverbio *post* legendum esse *viduvio*, quae vox hucusque tantum ex Sidonio Apollinari epist. 6, 2. et inscriptione ap. Donat. cl. 10. nr. 51. innotuit. — *ut* —*excogitatus* om. R. — *e*, R. *ex*, adβγ.

§ 36, *trunco ad*, ita nos scripsimus. *truncū erat*, R. *trunco*, adβγ. — *duum*, RTad. *duorum*, r (cod. Salmas. exerc. p. 984, a. D.) — *cubitum*, cod. Salmas.

tota radicatur, sed in frutices, non in arborem; ergo plan-
taria instituunt anniculasque transferunt et iterum bimas;
gaudent enim mutatione sedis, verna alibi, in Assyria au-
tem circa canis ortus. Nec ferro attingunt ibi novellas, sed 37
religant comas ut in altitudinem exeant; robustas deputant
crassitudinis gratia, semipedalis ramorum truncos relinquen-
tes, qui decisi alibi necant matrem. Diximus salsum ab his 38
solum diligi; ergo ubi non est tale, salem adspergunt non
radicibus, sed longius paulo. Quaedam in Syria et in Ae-
gypto in binos dividunt se truncos, in Creta et in ternos
quaedamque et in quinos. Quaedam ferunt statim in trimatu,
in Cypro vero, Syria, Aegypto quadrimae, aliae quinquen-
nes altitudine hominis, nullo intus pomi ligno, quamdiu sunt
novellae, ob id spadonum accepto nomine.

9. Genera earum multa. Sterilibus ad materias operumque 39
lautiora utitur Assyria et tota Persis. Sunt et caeduae pal-
marum quoque silvae, germinantes rursus ab radice succisae;
dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appel-
lant, exemptaque vivont, quod non aliae. Vocantur autem
chamaerepes, folio latiore ac molli, ad vitilia utilissimo; co-
piosae in Creta, sed magis in Sicilia. E palmis prunae vi-
vaces ignisque lentus. Fructiferarum aliis brevius lignum in 40
pomo, aliis longius, his mollius, illis durius, quibusdam os-
seum lunatumque, dente contra fascinantis religione politum,
aliud pluribus vestitum paucioribusve tunicis, aliud crassi-

— *longitudinem*, a. *longitudine*, Rdβγ. — *arboris*, RθSTadr (cod. Salmas.) *arboris viridi*, β. — *defesso*, ad. — *a*, d. — *avulso*, R. — *tenerrimus*, Tad. — *quoque*, ad. *que*, R. — *stracta*, a. — *in*, om. a. — *solum*, a. — *humida*, Rad. — *tota*, Rad[2]. *to*, d[1]. — *bimas*, d. *hubimas*, R. *binas*, a. Ceterum v. Theophr. h. pl. II. 6, 4. — *mutatione sedis*, a. *mutationes enis*, R. *mutatione sed his*, d. — *salibe*, d. *sabile*, a. — *ortus*, RθTadr. *ortum*, β.

§ 37. *feruantingunt*, a. *fervattingunt*, d. — *Robusta*, ad. — *truncos relinquentes*, Rad. *relinq. trunc.*, βγ.

§ 38. *Diximus* § 28. — *et in*, Rd. *et*, aβγ. — *in binos*, om. R. — *se dividunt*, d. — *et in*, RθTadr. *et*, β. — *quaedamque*, RθTad. *quaedam*, β. — *et in*, a. *in*, Rd. *et*, θ. — *Quaedam*, R. Omitt. adβγ. — *aliae*, R. *aliquae*, Tadγ. *aliae aliae*, β. — *nomine accepto*, Td.

§ 39. *Genera earum—putatur ex huius* (§ 42.) om. R. — *operaque*, r. — *rursus germinantes*, a. — *exemptoque*, θ. — *chamaerepes*, Hard. *chameropes*, STadβ. *chamerpes*, Lobeck. paralip. gr. Gr. 1. p. 134. *chamaeriphes*, Barbar. et Pint. Ceterum v. Theophr. l. l. II. 6, 11. — *mollia diutilia*, a. *mollia diu utilia*, d. — *Ex*, r. — *signisque lentas*, a. *segnisque levitas*, r.

§ 40. *illius*, a. — *lunatumque*, d (codd. Barbari.) *limatumque*, θa. *lunatuque dente festinanter*, r. — *contra*, om. a. — *fastinantes*, a.

oribus tenuioribusve. Ita fiunt undequinquaginta genera, si
quis omnium persequi velit nomina etiam barbara vinorum-
que ex iis differentias. Clarissimae omnium, quas regias ap- 41
pellavere ab honore, quoniam regibus tantum Persidis ser-
varentur, Babylone natae uno in horto Bagou; ita vocant
spadones, qui apud eos etiam regnavere. Hortus ille num-
quam nisi dominantis in aula fuit. At in meridiano orbe
praecipuam optinent nobilitatem syagri proxumamque mar-
garides. Hae breves, candidae, rotundae, acinis quam balanis 42
similiores, quare et nomen a margaritis accepere. Una ea-
rum arbor in Chora esse traditur, una et syagrorum, mi-
rumque de ea accepimus cum phoenice ave, quae putatur
ex huius palmae argumento nomen accepisse, iterum mori
ac renasci ex seipsa, eratque cum haec proderem fertilis.
Pomum ipsum grande, durum, horridum et ceteris generibus 43
distans sapore quodam ferinae in apris, evidentissime quae
causa nominis. Quarta auctoritas sandalidum a similitudine
appellatarum. Iam in Aethiopiae fine quinque earum qui
plurumas arbores tradunt, non raritate magis quam suavitate
mirabilis. Ab his caryotae maxume celebrantur, et cibo qui- 44
dem sed et suco uberrimae, ex quibus praecipua vina orienti,
iniqua capiti, unde pomo nomen. Sed ut copia ibi atque fer-
tilitas, ita nobilitas in Iudaea, nec in tota sed Hiericunte
maxume, quamquam laudatae et Archelaide et Phaselide at-

his, a.

§ 41. *servarentur*, θTad. *servabantur*, β. — *ob honorem*, a. — *Bagoi*, Barbar. — *ita*, ad. *ita enim*, βγ. — *nunquam fuit nisi*, r. — *fiunt*, a[1].

§ 42. *Hae*, θad. *Eae*, β. — *Charace*, Pint. — *accepimus*, a. *accipimus*, θTd. — *ave*, d. *uel*, a. — *iterum mori*, θTad. *inter non*, R. *emori*, β. *mori ac iterum renasci*, Pint. — *re ipsa*, R. — *erantque*, R. — *cum haec*, codd. Gel. *quam haec*, a. ////*quem*, d. *cum*, R. — *fertilis*, codd. Gel. *fertis*, ad.

§ 43. *Pomum ipsum*, Rad. *Ipsum pomum*, βγ. — *et*, R. *et a*, adβγ. — *sapore*, om. d[1]. — *quodam*, ita nos scripsimus. *quidam*, R. *quem*, Tad. *ferino quem*, βγ. — *ferinae*, R. *ferine*, a. *ferme*, Tdβγ. — *apris*, Rad. *apris novimus*, Tβγ. — *evidentissime quae*, ita nos scripsimus. *seventissimoquae*, a. *videntissimeque*, R. *eventissimoque*, d. *evidentissimeque*, βγ. — *causa*, Rad. *causa est*, βγ. — *sandalidum*, Barbar. a. *sandolidum*, R. *sandalium*, d. — *harum*, Sad. — *qui plurimas*, R. *plurimas*, Sad. *nec plures*, βγ.

§ 44. *uberrima*, ad. — *ut*, ad. *et*, R. — *nobilitas*, R. *nobilitates*, Tad. — *laudata*, Ra. — *et ex Cappadociae Archelaide*, Dalec. — *Leviade*, ad. — *iis*, a. — *ut in*, Dalec. — *praedulce*, R.

§ 45. *ex hoc*, Tad. *exoc*, R. *in hoc*, βγ. — *nicaloi*, a. — *cubitum*, Salmas. exerc. p. 928. b. D. *cubitum unum*, Hard. — *et*, Tadr. Omitt. Rβγ. — *adel-*

que Liviade, gentis eiusdem convallibus. Dos his praecipua
suco pingui lactentibus quodamque vini sapore in melle prae-
dulci. Sicciores ex hoc genere nicolai, sed amplitudinis prae- 45
cipuae, quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Minus
speciosae sed sapore caryotarum sorores et ob hoc adel-
phides dictae proxumam suavitatem habent, non tamen ean-
dem. Tertium ex his genus, patetae, nimio liquore abundat
rumpitque se pomi ipsius, etiam in sua matre, ebrietas, cal-
catis similis. Suum genus e sicciore turba dactylis est, prae- 46
longa gracilitate curvatis interim; nam quas ex his honori
deorum damus, chydaeos appellavit Iudaea, gens contumelia
numinum insignis. In totum arentes Thebaicae atque Ara-
biae macroque corpore exiles adsiduo vapore torrente cru-
stam verius quam cutem obducunt. In ipsa quidem Aethiopia 47
friatur, haec tanta est siccitas, et farinae modo spissatur in
panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio
latiore, pomo rotundo sed maiore quam mali amplitudine;
coicas vocant. Triennio maturescunt semperque frutici po-
mum est subnascente alio. Thebaidis fructus extemplo in 48
cados conditur cum sui ardoris anima; ni ita fiat, celeriter
exspirat marcescitque non retostus furnis. Ex reliquo genere
plebeiae videntur et quas tragemata appellant; nam in alia
parte Phoenices Ciliciaeque populari etiam nomine a nobis
appellantur balani; eorum quoque plura genera. Differunt 49

phidis, ad. — *patetae nimio*, Td. *patete nimio*, θ. *patet aenimi ob*, a. *parieteni mio*, R. *pateton nimio*, Barbar. β. — *suam matrem*, a.

§ 46. *e*, R. *se*, d. *sed*, a (codd. Salmas. exerc. p. 929. b. C.) — *dactylis*, R. *iacens*, θTad (codd. Salmas.) *iunceis*, Hard. γ. De dactylidis specie balanorum v. Artemidor. 5, 89. et Suid. s. v. Dactuli nicolai commemorantur in edicto Diocletiani p. 17, 81. ed. Mommsen, quem v. p. 63. sq. — *est*, ita nos scripsimus. *et*, R. Omitt. Tadβγ. — *in terram*, Broter. ex ed. pr., γ. — *quas*, Brot. Rd. *quos*, aβ. — *damus*, Rad. *dicamus*, βγ. — *cydaeos*, R. — *Thebaicae*, revocavi hoc ex β. *Thebaidae*, ad. *Thebaidi*, R. *Thebaidis*, Hard. γ. — *Arabiae*, Rθad (codd. Salmas. exerc. p. 335. a. B.) *Arabicae*, β. — *e magroque*, R. — *exiles assiduo*, Pint. *exiles et assiduo*, Radβγ. — *torrente*, Pint. R. *torrentes*, adβγ.

§ 47. *fricatur*, a. — *haec*, RTad. Omitt. βγ. — *tota*, a. — *pane*, R. — *coicas*, codd. Hard. *coecas*, Rθad (Rigalt. et alii libri ap. Salmas. exerc. p. 574. b. G.) *coetas*, T. *cycas*, Barbar. β. V. Schneid. ad Theophr. l. 1, II. 6, 10. p. 123. — *et*, R. — *subnascente*, R. *subnascenti*, ad.

§ 48. *anima ni*, R. *animi*, ad. — *fiet*, ad. — *E*, ad. — *et quas*, R. *Syri et s*, ad. *Syri et Iuba*, βγ. — *alia*, RθTadr. *aliqua*, β. — *Syriaeque*, Spanhem. de usu et praest. num. 1, 348.

figura rotunditatis aut proceritatis, differunt et colore, nigriores ac rubentes, nec pauciores fico traduntur colores; maxume tamen placent candidi. Distant et magnitudine, prout multi cubitum effecere; quidam sunt non ampliores faba. Servantur hi demum qui nascuntur in salsis atque sabulosis, ut in Iudaea et Cyrenaica Africa, non item in Aegypto, Cypro, Syria, Seleucia Assyriae, quamobrem sues
et reliqua animalia ex his saginantur. Vitiati aut vetusti eius 50
pomi signum est cecidisse candidam verrucam qua racemo adhaeserint. Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt; in Gedrosis id factum est pomi genere, alibi copia evenit; est enim tanta suavitas musteis ut finis mandendi non nisi periculo fiat.

V. 10. Syria praeter hanc peculiaris habet arbores: in 51
nucum genere pistacia nota — prodesse adversus serpentium morsus traduntur et potu et cibo —, in ficorum autem caricas et minores eiusdem generis, quae cottana vocant, item pruna in Damasco monte nata et myxa, utramque iam familiarem Italiae; e myxis in Aegypto et vina fiunt.

11. Iuniperi similem habet Phoenice cedrum minorem. Duo 52
eius genera, Lycia et Phoenicia, differunt folio; nam quae durum, acutum, spinosum habet oxycedros vocatur, ramosa et nodis infesta; altera odore praestat; fructum ferunt myrti

§ 49. *figurarum*, R. — *odore*, R. — *Nam*, Td. — *fico*, R θ T a d. *ficu*, β. V. Theophr. h. pl. II. 6, 6. *τὸ δὲ ὅλον οὐχ ἐλάττω χρώματά φασιν εἶναι τῶν συκῶν.* — *efficere*, R. — *Quidem*, a d. — *amplius*, a. — *Servatur*, a. — *hi demum*, R d. *item non*, a. *item*, r. — *Syria Seleucia*, R. *Syriae Seleucia*, a d. *Syria et Seleucia*, β γ. — *Assyria*, R.

§ 50. *eius*, R. *est*, a. *est eius*, d. — *est*, R a. Om. d. — *cecidisse*, R θ T a d. *decidisse*, Pint. β. — *qua*, Pint. R a. *quae*, d β γ. *quae ex*, Dalec. — *adhaeserint*, R a. *adhaeserunt*, T. *adhaeserit*, d β γ. — *Caedrosis*, R. — *copiae*, d. — *evenit*, R. *evenient*, a. *evenientem*, θ. *////venient*, d. — *suavitas musteis*, R d. *suavitas monstri sunt* omisso *ut*, a. *musteis suavitas*, β γ.

§ 51. *habet arbores*, om. R. — *serpentum*, d. — *morsus traduntur*, R a. *traduntur morsus*, d β γ. — *ficiarum*, R. — *e*, a. — *minoris*, a d. — *eiusdem*, R. *eius*, a d β γ. — *quae*, d. *quat*, a. *quos*, R. — *cottana*, R a (codd. Turnebi adv. 24, 28.) *cotana*, d. — *missa*, a d. — *virramque*, R. — *Italiae*, R. *aliae*, a d. — *e*, R a d. *ex*, β γ.

§ 52. *Iunipiri*, R. Hacc sumpta sunt cx Theophr. h. pl. III. 12, 3. — *similem*, a d. *similitudine*, r. Om. R. — *habet*, R. *habent*, a d β γ. — *Phoenice*, R. *Phoenicum*, a d. *Phoenices et*, β γ. — *Duo cedri*, Dalec. — *eius sunt*, T d. — *Lycia*, Barbar. R. *Lyciae*, a d. — *Phoeniceae*, d. — *differunt—ferunt* om. R. — *agatum*, a. — *oxycedrus*, d. — *nodis*, d. *nidos*, a[1]. *nidis*, a[2]. *nidore*, r. — *infecta*, d. — *praestans*, T a d. — *ferunt*, a[1] d. *fert*, a[2]. — *saporem*, R.

magnitudine, dulcem sapore. Et maioris cedri duo genera; 53
quae floret fructum non fert; fructifera non floret et in ea
antecedentem fructum occupat novos; semen eius cupresso
simile. Quidam cedrelaten vocant. Ex hac resina laudatissima;
materiae vero ipsi aeternitas, itaque et simulacra deorum
ex ea factitaverunt. Cedrinus est Romae in delubro Apollo
Sosianus Seleucia advectus. Cedro similis in Arcadia est
arbor; in Phrygia frutex vocatur cedrys.

VI. 12. Syria et terebinthum habet; ex his mascula est 54
sine fructu; feminarum duo genera: alteri fructus rubet
lentis magnitudine, alteri pallidus cum vite maturescit, non
grandior faba, odore iucundior, tactu resinosus. Circa Iden
Troadis et in Macedonia brevis arbor haec atque fruticosa,
in Damasco Syriae magna. Materies ei admodum lenta ac
fidelis ad vetustatem, nigri splendoris, flos racemosus olivae
modo sed rubens, folia densa. Fert et folliculos emittentis
quaedam animalia ceu culices lentoremque resinosum qui ex
cortice erumpit.

13. Et rhus Syriae mascula fert, sterili femina, folio ulmi 55
paulo longiore et piloso, foliorum semper inter se contrariis
pediculis, gracili brevique ramo. Pelles candidae conficiun-
tur iis. Semen lenti simile cum uva rubescit, quod vocatur
ros, medicamentis necessarium.

§ 53. *fructifera*, R a d. *frugifera*, βγ. — *nobis*, R. — *eius*, R. *est*, a^1 (codd. Salmas. de hyle p. 167. b. F.) *anno eius*, T $a^2 d^1$. *anno*, d^2. — *cedrelaten*, R. *cedrelaton*, codd. Salmas. *sedrelatent*, a d. — *materiae—aeternitas*, a d. *mater niter*, R. — *Sossianus*, R. *Sosiannus*, a d. — *cedrys*, R. Omitt. a d βγ.

§ 54. *mascula est*, R. *masculae*, θ a d. *mascule*, T. V. Theophr. l. l. III. 15, 3. — *tactu*, Pint. R d. *tractu*, a r (codd. Salmas. exerc. p. 419. b. B.) — *Iden*, a (codd. Salmas.) *Idem*, R d. *Idam*, βγ. — *Troadis et*, Pint., codd. Salmas. *Troadi sed*, a d. *Troadis sent*, R. *Troadis. Sed*, β. — *fruticosa. In Damasco Syriae* omisso *magna*, r. — *Materies*, a d r. *Materiae*, R. — *ei*, a. *rei*, R. *eius*, d. — *ad vetustatem*, R θ T d. *ac vetustatem*, a β. *ac vetustate*, r. *lenta et fidelis admodum ad vetustatem*, Pint. — *nigri splendoris*, R S T. *nigri splendoribus*, a d. *nigris splendoribus*, θ r.· *eximii ac nigri splendoris*, β. Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. nr. 167. p. 291. verba *ad vetustatem eximii ac* (sive potius ut librarius scripserit *eximia*) ut glossema voci *fidelis* adscriptum putat. — *flos*, a d r. Om. R. — *folia—et* om. R. — *emittentes*, R. *mittentes*, a r. *emittens*, d. — *culix*, d. *culis*, a. — *ex*, R T d. *et*, a β. — *corticem rumpit*, r.

§ 55. *Et*, R θ T a d. *Etiam*, βγ. — *rhus*, θ T d. *rus*, R. *hrus*, a. *thus*, β. V. Theophr. l. l. III. 18, 5. — *porulo*, R. — *semper inter se*, a. *semper inter re*, R. *inter se semper*, d βγ. — *pedeculis*, R. — *gracili*, om. R. — *conficiunt*, R. — *his*, a. — *lentis*, R. — *ros*, R θ a d. *rhus*, βγ. — *medicamentis*, R. *medicamentum*, T a d r (cod. Salmas. de hyle p. 75. a. F.)

VII. 14. Et Aegypto multa genera quae non alibi, ante 56
omnia ficus ob id Aegyptia cognominata. Arbor moro simi-
lis folio, magnitudine, adspectu; pomum fert non ramis sed
caudice ipso, idque ficus est praedulcis, sine granis interi-
oribus, perquam fecundo proventu, scalpendo tantum ferreis
unguibus; aliter non maturescit. Sed cum hoc factum est, 57
quarto die demetitur alio subnascente, septeno ita numerosa
partu, per singulas aestates multo lacte abundante. Subna-
scitur, etiamsi non scalpatur, fetus quater aestate priorem-
que expellit inmaturum. Materies proprii generis inter uti-
lissimas. Caesa statim stagnis mergitur — hoc est eius siccari
— et primo sidit, postea fluitare incipit certoque eam sugit
alienus umor qui aliam omnem rigat; cum innatare coeperit,
tempestivae habet signum.

15. Huic similis quadamtenus quae vocatur Cypria ficus 58
in Creta; nam et illa caudice ipso fert pomum et ramis, cum
in crassitudinem adulevere, sed haec germen emittit sine
ullis foliis radici simile. Caudex arboris similis populo, fo-
lium ulmo. Fructus quaternos fundit; totiens et germinat;
sed grossus eius non maturescit nisi incisura emisso lacte.
Suavitas et interiora fici, magnitudo sorbi.

VIII. 16. Similis et quam Iones cerauniam vocant, trunco 59

§ 56. *Et*, Radr. *Et in*, β. V. Theophr. h. pl. IV. 2, 1. et Solin. 32, 34. — *ipso*, R. Omitt. Tad. — *idque*, R. *idque ipse*, Tad. *idque ipsum*, βγ. — *secundo*, ad. — *aliter*, om. ad.

§ 57. *hoc*, R. Omitt. adβγ. — *dementur*, R. — *se septeno*, ad. — *aetates*, Rθad. At v. Dioscor. 1, 180. *ὀπίζεται δὲ τὸ δένδρον πρὶν χαρποφορεῖν ἔαρος πρώτου.* — *lacte*, R. *iactu*, ad. — *abundat*, Dalec. — *aeate*, R. — *Mater his*, a. — *utilis*, R. — *ei siccari*, Dalec. *ei exsiccari*, Salmas. exerc. p. 329. a. C. — *eam sugit*, ad. *am sugit*, R. *sugit eam*, βγ. — *qui alvum omnem*, Barbar. — *coepit*, ar. — *tempestivae uvae*, a.

§ 58. *quaedam item*, d. — *et*, om. d. — *illa*, R. *in illa*, ad. *illa in*, βγ. — *fert*, ad. *fonde fer*, R^1. *fronde fer*, R^2. — *germen*, R. *germine*, Td. *germina*, aβγ. — *emittit*, R. *mittit*, ar. *mitis*, Td. — *solis*, R. — *radici*, RT. *radice*, θadrγ. *radicis*, β. — *simile*, RTd (ad marg. al. m.) *similis*, θaγ. *similia*, β. Omitt. r. — *Caudex arboris*, d (ad marg. al. m.) *caude ex arbor*, R. Omitt. arγ. — *similis*, hanc vocem ex β a nobis revocatam omitt. Radγ, post vocem *populo* collocat r. Lectionem a nobis receptam plane confirmat Theophr. l. l. IV. 2, 3. coll. Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. nr. 165. p. 276.; cum Harduino γ faciunt Rigalt. et alii codd. Salmas. exerc. p. 328. a. F. — *populum*, R. — *quaterno*, R. — *sorbi*, a^2d. *sobi*, a^1. *solvit*, R.

§ 59. *Similis*, Barbar. Rd. Superiori capiti iungit a. — *et quam*, RθSTadr (codd. Salmas. exerc. p. 326. a. C.) *his siliqua quam*, β. — *cerauniam*, ST (codd. Salmas.) *ceraunia*, ad. *ceraunum*, R. Add. codd. in ind. libri 1. *cero-*

et ipsa fertilis; pomum siliquae. Ob id quidam Aegyptiam ficum dixere errore manifesto; non enim in Aegypto nascitur sed in Syria Ioniaque et circa Cnidum atque in Rhodo, semper comantibus foliis, flore candido cum vehementia odoris, plantigera imis partibus et ideo superficie flavescens, sucum auferente subole. Pomo antecedentis anni circa canis ortus detracto statim alterum parit; postea floret per arcturum, hieme fetus nutriente.

IX. 17. Aegyptus et Persicam arborem sui generis habet, 60
similem piro, folia retinentem. Fertilitas adsidua ei, subna-
scente crastino fructu, maturitas etesiarum adflatu. Pomum
longius piro, inclusum amygdalae putamine et corio, colore
herbido; sed ubi nux illi, huic prunum differens brevitate
ac mollitia et quamvis blandiatur praedulcis suavitas inno-
cuum. Materies bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihilo 61
differens a loto; simulacra ex ea factitavere. Non eadem
gratia, quamquam fideli materie, ex arbore quam balanum
appellavimus, magna ex parte contorta; navalis itaque tan-
tum est.

18. At e diverso cuci in magno honore, palmae similis, 62
quando et eius foliis utuntur ad textilia; differt, quod in
bracchia ramorum spargitur. Pomo magnitudo quae manum

niam, Pint. et Turneb. adv. 17, 12. ex Theophr. l. l. IV. 2, 4., γ. Plin. malam Theophrasti scripturam secutus esse aut ipsum librum negligentius inspexisse videtur. — *pomum*, R. *sed pomum*, θ T a d (codd. Salmas. l. l. p. 327. a. F.) *sed pomo*, βγ. — *siliquae*, θ a d (codd. Salmas.) *siliqua*, R T. *pomo in siliqua*, Pint. *pomosiliqua* vel *pomo siliquato*, Dalec. — *Cnidum*, a. *Gnidum*, d βγ. *Cersannium*, R. — *plantigerat*, d. — *et*, omitt. a d. — *ortus*, R a. *ortum*, T d. — *detracto*, R a d. *detracto quod placuit*, r. — *statim*, R d. *statim placuit*, T a. — *floret*, Pint. R r. *flore*, T a d. *florem*, βγ. — *autumnum*, Pint. — *fetus*, R. *fetus est*, a. *fetus eius*, T d. — *nutriente*, T a d. *nutrienta*, R. *enutriente*, βγ.

§ 60. *perseam*, Pint. ex Theophr. l. l. IV. 2, 5. — *adsidui*, a[1]d. — *et*, R. *eius*, a d r. Verba *Fertilitas—subnascente* bis deinceps posita in R, ubi altero loco *eis* pro *ei* legitur. — *longius par* vel *aequum piro*, Pint. — *amamusgdalae*, R. — *prunum*, Pint. et Turneb. adv. 17, 12. Confirmant R a d (vet. cod. Salmas. exerc. p. 328. b. E.) *primum*, S T (codd. Turnebi.) *pomum*, β. — *mollicia*, R. *mollitie*, a d βγ. — *et*, omitt. a d. — *innucum*, a d. *in nucleo*, r.

§ 61. *nihilo*, R. *nihil*, a d βγ. — *quamquam*, R. *quam*, a d (codd. Salmas. exerc. p. 329. a. A.) β. — *ex*, R a d. *ut ex*, β. Varia in his vv. tentant Pint. et Dalec. — *appellavimus* 12, 103. — *contortae*, R. — *navalis*, R. *navallis*, a d[2]. *////vallis*, d[1]. *novalis*, β.

§ 62. *est. At e diverso*, R (codd. Barbari.) *aestate diverso*, a d (ad priora referentes.) V. Theophr. l. l. IV. 2, 7.

inpleat, colos fulvos, conmendabili suco ex austero dulci. Lignum intus grande firmaeque duritiae, ex quo velaris detornant anulos; in eo nucleus dulcis, dum recens est; siccatus durescit ad infinitum ut mandi non possit nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantiae et ob id Persis gratissima.

19. Nec minus spina celebratur in eadem gente dumtaxat 63
nigra, quoniam incorrupta etiam in aquis durat, ob id utilissima navium costis; candidae facile putrescunt. Aculeus spinarum et in foliis, semen in siliquis, quo coria perficiunt gallae vice; flos et coronis iucundus et medicamentis utilissima. Manat et cummis ex ea; sed praecipua utilitas, quod caesa anno tertio resurgit. Circa Thebas haec, ubi et quercus et persea et oliva, ccc a Nilo stadiis, silvestri tractu et
suis fontibus riguo. X. Ibi et prunus Aegyptia, non dissi- 64
milis spinae proxume dictae, pomo mespili, maturescens bruma nec folia dimittens. Lignum in pomo grande, sed corpus ipsum natura copiaque messium instar incolis; pur-
gatum enim tundunt servantque eius offas. Silvestris fuit et 65
circa Memphim regio tam vastis arboribus ut terni non quirent circumplecti, unius peculiari miraculo, nec pomum propter usumve aliquem sed eventum. Facies est spinae; folia habet ceu pinnas quae tactis ab homine ramis cadunt protinus ac postea renascuntur.

colos, Ra. *color*, d$\beta\gamma$. — *commendabili*, R. *commendabilis*, ad$\beta\gamma$. — *velares*, ad. *valares*, R. — *dulce*, R. — *siccatu*, R. — *nisi*, R. Omitt. Tadr.

§ 63. *spina*, ad (codd. Barbari.) *Syria spina*, R. V. Theophr. h. pl. IV. 2, 8. — *candide*, RT. *candida*, ad$\beta\gamma$. — *putrescunt*, RTa. *putrescit*, d$\beta\gamma$. — *perficiunt*, Ra. *perficiuntur*, d$\beta\gamma$. — *utilis sima nat*, R, unde locum restitui. *utilis. Manat*, ad$\beta\gamma$. — *cummis*, R. *cumis*, d. *cum his*, a. *gummi*, $\beta\gamma$. — *persea*, Pint. Ta (omnes codd. ap. Salmas. exerc. p. 427. a. C.) *persia*, R. *persica*, Barbar. d$\beta\gamma$. — *et oliva*, Ra. *oliva*, Td. — *silvestris*, β.

§ 64. *et*, om. a. V. Theophr. l. l. IV. 2, 10. — *spina*, a. — *proxima edicta*, a. — *mespile*, R. — *demittens*, T. — *incolis*, Rd. *colis*, a. Om. r.

§ 65. *fuit*, R. Omitt. STad (codd. Salmas. exerc. p. 381. a. B.) γ. — *arbore regio*, R. — *non quirent*, RTad. *nequirent vel*, β. *vel terni nequirent*, Pint. — *circumplecti*, R (codd. Salmas.) *circumflecti*, Tad. — *usumve*, R. *usum ut*, a. *usum*, Td. — *est*, RSa. *eius*, Td. *ei est*, libri Salmas. *enim*, β. V. Theophr. l. l. IV. 2, 11. — *habent*, T.

§ 66. *Cummim*, Ra. *Commim*, Td. *Gummi*, $\delta\vartheta\rho\varphi\beta$. *Gummam*, r. V. Salmas. de hyle p. 175. a. F., Gronov. ad 22, 23. et Weichert. poet. Lat. vet. p. 201. coll. ad 32, 27. — *optimam—vermiculatam—puram—adhaerentem*, RTadpr (cod. Salmas. exerc. p. 376. b. E.) *optimum—vermiculatum—purum—adhaerens*, β. — *Deterior*, Radp. *Deterius*, β. — *pessima e*, ita nos scripsimus. *pessimae*, p. *pessime*, Rad. *pessimum ex*, $\beta\gamma$.

XI. 20. Cummim optumam esse ex Aegyptia spina con- 66
venit, vermiculatam, colore glauco, puram, sine cortice, den-
tibus adhaerentem; pretium eius in libras X III. Deterior
ex amygdalis amaris et ceraso, pessuma e prunis. Fit et 67
in vitibus infantium ulceribus aptissima, et aliquando in olea
dentium dolori, ulmo etiam in Coryco monte Ciliciae ac
iunipero ad nihil utiles; ex ulmi vero cummi et culices ibi
nascuntur. Fit et e sarcocolla — ita vocatur arbor — cummis
utilissima pictoribus ac medicis, similis pollini turis, et ideo
candida quam rufa melior; pretium eius quod supra.

21. Nondum palustria attingimus nec frutices amnium; 68
prius tamen quam digrediamur ab Aegypto et papyri natura
dicetur, cum chartae usu maxume humanitas vitae constet,
certe memoria. Et hanc Alexandri magni victoria repertam
auctor est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria; ante
ea non fuisse chartarum usum, in palmarum foliis primo
scriptitatum, dein quarundam arborum libris. Postea publica 69
monimenta plumbeis voluminibus, mox et privata linteis con-
fici coepta aut ceris; pugillarium enim usum fuisse etiam
ante Troiana tempora invenimus apud Homerum. Illo vero
prodente ne terram quidem ipsam totam fuisse quae nunc
Aegyptus appelletur intellegitur, cum in Sebennytico et Saite

§ 67. *Fit*, R. *Fuit*, d. *Folii*, ap. *Fluit*, $\beta\gamma$. — *in*, Radp. *ex*, $\beta\gamma$. Om. r. — *vilibus*, r. — *infantibus*, adp. — *aptissima*, Rad. *aptissimum*, β. — *in olea*, R. *involea*, ad. *olea*, r. *ex olea*, $\beta\gamma$. — *Coryco*; verba Theophr. h. pl. III. 14, 1. pessime a Plinio accepta esse post alios docet Schneid. ad IX. 1, 2. p. 708. et ad Nicandr. Alex. 108. — *iunipiro*, R. — *utiles*, Radr. *utile*, β. *utilis*, γ. — *alibi*, r. — *e*, Ra. *ea*, d. *ex*, $\beta\gamma$. — *gummi*, β. *et cummis*, Rad. — *utilissima*—*similis*—*candida*—*rufa*, *melior*, Rad. Neutrum genus ubique exhibet β. — *etiam ideo*, R.

§ 68. *attingimus*, Ra. *attigimus*, d$\beta\gamma$. Ceterum in hac et seqq. paragraphis, quae de papyro eiusque usu agunt, tot tamque futiles coniecturae a viris doctis sunt propositae, ut modo delectum earum agere satius ducam. In nullo fere loco aeque Plinium ipsum emendare studuerunt. — *chartae*, Rd. *parte*, a. — *constet*, ad. *constet et*, R$\beta\gamma$. — *certe*, R. Omitt. ad$\beta\gamma$. — *Alexandrea*, R. — *ante ea*, R. *antea*, ad$\beta\gamma$. — *in*, om. r. — *dein*, Rad. *deinde*, $\beta\gamma$.

§ 69. *ceris*, R. *cedis*, ad[1]. *scedis*, Td[2]. *schedis*, r (codd. Barbari et cod. Cuiac. ap. Scaliger. opuscc. p. 17.), quod praefert Oudend. ad Suet. Lucan. p. 996. — *Homerum*, Il. ζ, 169. — *terram*—*ipsam*, Rd. *terra*—*ipsa*, ar (cod. Cuiac. ap. Scaliger. opuscc. p. 24.) γ. — *totam fuisse*, hoc ex β revocavi. *tota fuisse*, r. Omitt. RTad (cod. Cuiac. ap. Scalig. p. 23.) γ. — *appelletur*, R. Omitt. ad$\beta\gamma$. — *Sebennytico*, Barbar. *Sebent nytico*, R. *Sebentiustico*, ad. *Saitico*, Guilland. de papyro p. 49. — *et Saite*, R. *estaltem*, ad. *saltem*, $\beta\gamma$.

eius nomo omnis charta nascatur, postea adaggeratam Nilo; si- 70
quidem a Pharo insula, quae nunc Alexandriae ponte iungitur, noctis dieique velifico navigi cursu terram abfuisse prodidit. Mox aemulatione circa bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis, supprimente chartas Ptolemaeo, idem Varro membranas Pergami tradit repertas. Postea promiscue patuit usus rei qua constat inmortalitas hominum.

22. Papyrum ergo nascitur in palustribus Aegypti aut 71
quiescentibus Nili aquis, ubi evagatae stagnant duo cubita non excedente altitudine gurgitum, bracchiali radicis obliquae crassitudine, trianguli lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigatum, thyrsi modo cacumen includens nullo semine aut usu eius alio quam
floris ad deos coronandos. Radicibus incolae pro ligno utun- 72
tur, nec ignis tantum gratia sed ad alia quoque utensilia vasorum; ex ipso quidem papyro navigia texunt et e libro vela tegetesque, nec non et vestem, etiam stragulam ac funis; mandunt quoque crudum decoctumque, sucum tantum
devorantes. Nascitur et in Syria circa quem odoratus ille 73
calamus lacum, neque aliis usus est quam inde funibus rex Antigonus in navalibus rebus, nondum sparto conmunicato. Nuper et in Euphrate nascens circa Babylonem papyrum intellectum est eundem usum habere chartae, et tamen adhuc malunt Parthi vestibus litteras intexere.

omnis, R. *nonnis*, a d (cod. Cuiac.) *nonnisi*, Tγ. — *adaggeratam*, R a d. *adaggerata*, rγ.

§ 70. *navigo*, R. — *abfuisse*, Guilland. de papyro p. 49. *arifuisse*, R. *fuisse*, a d$\beta\gamma$. — *prodidit*, Odyss. δ, 354. — *supra mente*, a d. — *Pergameni*, d. — *tradit*, R. *tradidit*, a d$\beta\gamma$. — *permiscue*, a d.

§ 71. *Papyrum*, a d. *paphi IX*, R. V. Theophr. l. l. IV. 8, 1. — *radicis*, d. *radices*, a. *radice*, R. — *trianguli*, R. *triangulis*, a d$\beta\gamma$. — *decem non*, a d. *non de*, R. — *gracilitate*, R. — *fastigatum*, R T a d. *fastigiatum*, β. — *nullo semine*, R T a d. *semine nullo*, $\beta\gamma$. — *haud*, T (vet. scriptura ap. Salmas. exerc. p. 379. b. G.) — *usum*, R. — *quam*, om. Scaliger opuscc. p. 32. — *foris*, a. — *eos*, d.

§ 72. *ad*, R d. *et*, a. — *navigia texunt et e*, a. *navigia texunt et a*, R. *navigat exeunte*, T d. — *tegatesque*, a d. — *etiam stragulam*, R. *et quam strangula*, a d. *atque stragula*, r. — *crudum*, a d. *utensilia crudum*, R.

§ 73. *in Syriae—lacu*, Broter. Ceterum v. 12, 104.

§ 74. *Praeparatur*, a r. — *chartae*, d. *charet*, a. *charta*, R r. — *latissime*, R. *lautissimas*, d. — *philuras*, Barbar. R[2] a d. *philitras*, R[1]. — *atque*, a d. *atque ate*, R. Inde colligo Plinium *aequato* scripsisse. — *indiscissurae*, a d. — *adulatione*, R. *ab adulatione*, β. *ablutione*, T a r (codd. Turnebi adv. 5, 2.) γ. *abolitione*, Cuiac. ap. Scaliger. p. 38., qui probat. *ab////utione*, d. *in honorem*, Isidor. origg. VI. 10, 1. — *Augusti*, R T a d. *Augustini*, β. — *Livia*, d.

XII. 23. Praeparantur ex eo chartae diviso acu in prae- 74
tenuis sed quam latissimas philuras. Principatus medio at-
que inde scissurae ordine. Hieratica appellabatur antiquitus,
religiosis tantum voluminibus dicata, quae adulatione Au-
gusti nomen accepit, sicut secunda Liviae a coniuge eius;
ita descendit hieratica in tertium nomen. Proxumum amphi- 75
theatricae datum fuerat a confecturae loco. Excepit hanc
Romae Fanni sagax officina tenuatamque curiosa interpo-
latione principalem fecit e plebeia et nomen dedit ei; quae
non esset ita recurata in suo mansit amphitheatrica. Post 76
hanc Saitica ab oppido, ubi maxuma fertilitas, ex vilioribus
ramentis propiorque etiamnum cortici Taeniotica a vicino
loco, pondere iam haec, non bonitate venalis; nam empo-
retica inutilis scribendo involucris chartarum segestriumque
mercibus usum praebet, ideo a mercatoribus cognominata.
Post hanc papyrum est extremumque eius scirpo simile ac
ne funibus quidem nisi in umore utile. Texitur omnis ma- 77
dente tabula Nili aqua; turbidus liquor vim glutinis prae-
bet. In rectum primo supina tabulae scheda adlinitur longi-
tudine papyri, quae potuit esse, resegminibus utrimque
amputatis; transversa postea crates peragit; premitur deinde
prelis et siccantur sole plagulae atque inter se iunguntur,

§ 75. *amphitheatritica*, R. — *Fanni*, a. *Fani*, d. *famis agax*, R. — *interpolatione*, a d. *interpotatione*, R¹. *interpretatione*, R². — *dedit ei*, R. *ei dedit*, a d β γ. — *Qui*, R. — *sua*, a. — *amphitheatritica*, R.

§ 76. *Taeniotica*, Barbar. coll. Athen. 1, 33. E. *Teneotice*, R. *Taneotica*, θ. *Leneotica*, S T a d γ. — *segestriumque*, R T. *segestriumquem*, a d. *segestriumque in*, β γ. — *ideo a*, R. *idea*, d. *et ideo a*, a. — *mercibus*, R. — *Post hanc*, R a d. *Postea*, T. — *extimumque*, K. — *eius*, R a. *est*, d. — *funibus quidem*, a d. *simile quidem funibus*, R. — *in*, om. d.

§ 77. *Texitur omnis*, T. *Texuitur omnis*, d. *Texitur omnibus*, R. *Texuitur omnes*, a. *Texuntur omnes*, codd. Turneb. adv. 5, 2., β γ. — *madente tabula*, R T a d (codd. Turnebi.) *tabula madente*, r. *tabulae madentes*, β. — *liquor vim*, hoc ex β revocavi. *liquorum*, R. *liquor in*, a. *liquor*, d γ. — *glutinus*, r. — *In rectum primo*, R. *inrecum primo*, S T a r. *virecum primo*, d. *cum primo*, β. *vicem*. *Cum primo*, Guilland. et Salmas. ad histor. Aug. p. 444. b. C., γ. V. ad 8, 8. — *tabulae*, R (codd. Turnebi.) *tabula*, a d β γ. — *scheda*, d. *sceda*, a. *scid*, R. — *resigminibus*, a d. — *peragit*, a d r. *pergit*, R¹. *pargit*, R². *peragitur*, β. Ex scriptura R², quae correcturae debita eademque nullum sensum praebens certe interpolationis speciem prae se non fert, Plinium scripsisse credo *cratē spargit* littera sequentis vocis prima priori adiecta. Transversa scilicet papyrus rectae superimposita cratem spargere i. e. spargendo efficere dicitur, similitudine a radiis sibi invicem appositis, altero alterum excipiente, petita. Similiter Sil. 55, 5. Solis equos *spargere diem* dicit.

proxumarum semper bonitatis deminutione ad deterrimas.
Numquam plures scapo quam vicenae.

24. Magna in latitudine earum differentia: XIII digitorum 78
optumis, duo detrahuntur hieraticae; Fanniana denos habet
et uno minus amphitheatrica, pauciores Saitica, nec malleo
sufficit; nam emporeticae brevitas sex digitos non excedit.
Praeterea spectatur in chartis tenuitas, densitas, candor, le-
vor. Primatum mutavit Claudius Caesar; nimia quippe Au- 79
gustae tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis; ad hoc
transmittens litteras liturae metum adferebat ex aversis et
alias indecoro visu pertranslucida. Igitur secundo corio sta-
tumina facta sunt et primo subtemina. Auxit et latitudinem; 80
pedalis mensura erat et cubitalis macrocollis, sed ratio de-
prehendit vitium, unius schedae revolsione pluris infestante
paginas. Ob haec praelata omnibus Claudia, Augustae in
epistulis auctoritas relicta; Liviana suam tenuit, cui nihil
e prima erat sed omnia secunda.

25. Scabritia levigatur dente conchave, sed caducae lit- 81
terae fiunt. Minus sorbet politura charta, magis splendet. Re-
bellat saepe umor incuriose datus primo malleoque depre-
henditur aut etiam odore, cum fuerit indiligentior. Depre-
henditur et lentigo oculis, sed inserta mediis glutinamentis

deminutione, R (codd. Leidd. ap. Oudend. ad Suet. Caes. 5.) *diminutione*, ad$\beta\gamma$. — *plures philurae*, K. — *vicinae*, d.

§ 78. *in*, om. d. — *cubitorum*, R. — *duae*, R. — *amphitheatritica*, R. — *mallio*, R. *in alio*, d. *alio*, a (Cuiac. ap. Scaliger. p. 45.;) qui *non alio* per *minus* explicat. — *spectatur*, R. *spectantur*, ad$\beta\gamma$. — *levor*, a.

§ 79. *mutuavit*, ad. — *tolerandis*, R. *tenerandis*, a (Cuiac. ap. Scalig. p. 46.) *tenendis*, Td. *temperandis*, S (Cuiac. a. m. sec.) *tenuandis*, Pint. *temperatis*, Salmas. ad hist. Aug. p. 449. b. A. D. — *tramittens*, a. — *ex aversis*, RSar (Cuiac.) *ex adversis*, TKd. *adversis*, β. — *pertralucida*, a. — *secundo*, Rad. *et secundo*, Kβ. *e secundo*, γ. V. ad 35, 48. — *statumina*, RSTad (codd. Barbari.) *stamina*, Pint. K. — *et*, a. *ut*, K. *e*, Rd$\beta\gamma$. — *subtemina*, Rd. *soptemina*, a. *subtegmina*, K. *subtegmine*, β. *et secundae corio statumina facta sunt e primae subtemine*, Scaliger p. 48.

§ 80. *Ausi et ita*, R. — *pedali*, Rad. — *mensura erat*, Rad. *erat mensura erat*, T. *erat mensura*, $\beta\gamma$. — *macrocollis*, RTadr. *macrocolis*, β. — *scedae*, a. *scide*, R. — *revosiones*, R. — *ampliores*, K. — *hoc*, β. — *e prima*, R. *prima*, ad (Cuiac. ap. Scalig. p. 49.) *primum*, Sr. *primae*, Scaliger, γ. — *secunda*, RSTadr (Cuiac.) *e secunda*, β. *secundae*, Scaliger, γ.

§ 81. *levigatur*, a. — *primo malleoque*, RTd (Cuiac. ap. Scalig. p. 52.) *primo malleoquae*, a. *primo malieo qui et*, S. *primoque malleo*, β. — *aut*, d. *aui*, a. *a vi*, S. *et vi*, r. *aut etiam*—*Deprehenditur* om. R. — *odore*, ad. *odoris*, Sr. *udore*, Salmas. et Scaliger. — *fuerit*, d. *fuit*, Ta. *fuerit ars*, K. — *indulgentior*, Sal-

taenia, fungo papyri bibula, vix nisi littera fundente se; tantum inest fraudis. Alius igitur iterum texendis labor.

26. Glutinum volgare e pollinis flore temperatur fervente 82
aqua, minumo aceti adspersu; nam fabrile cummisque fragilia sunt. Diligentior cura mollia panis fermentati colata aqua fervente; minumum hoc modo intergerivi, atque etiam lini lenitas superatur. Omne autem glutinum nec vetustius
esse debet uno die nec recentius. Postea malleo tenuatur et 83
iterum glutino percurritur iterumque constricta erugatur atque extenditur malleo. Ita sint longinqua monimenta Tiberi Gaique Gracchorum manus, quae apud Pomponium Secundum vatem civemque clarissimum vidi annos fere post CC; iam vero Ciceronis ac divi Augusti Vergilique saepenumero videmus.

XIII. 27. Ingentia exempla contra M. Varronis senten- 84
tiam de chartis reperiuntur. Namque Cassius Hemina, vetustissimus auctor annalium, quarto eorum libro prodidit Cn. Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem effodisse arcam, in qua Numa qui Romae regnavit situs
fuisset; in eadem libros eius repertos P. Cornelio L. F. Ce- 85
thego M. Baebio Q. F. Tamphilo coss., ad quos a regno Numae colliguntur anni DXXXV; hos fuisse e charta, maiore etiamnum miraculo, quod tot infossi duraverint annis, qua-

mas. — *taenia*, codd. Gel. *tenea*, Rad. *ceu taenia*, K. — *fungo*, Rd (codd. Gel.) *funco*, a. *iunco*, Kr (codd. Barbari, Turnebi, Salmasii.) — *bibula*, Rad (codd. Gel.) *bibulo*, K. *bubulo*, codd. Barbari. *glutinamentis ina e iunco papyri bibulo*, Salmas., quod probant Scaliger ad Fest. s. v. *exiles* p. 417. ed. Lind., qui tamen opuscc. p. 52. vulgatae magis assentiens alia proponit, et Gesner. chrestom. p. 508. Varia tentant Pint., Guilland., Dalec. — *vix nisi*, Rad (codd. Gel.) *vis nisi*, ST. *ibi vix*, K. — *tantum est fraudi*, Scaliger. — *texendis*, R. *tetendis*, a. *tenendis*, Td. *tenuandis*, Pint.

§ 82. *cummiscuae*, a. — *fragilior*, R. — *mollia*, RTad. *molli*, β. — *intergerivi*, ita scribendum fuit ex R, qui *interge///iui* habet. *intergeri*, Ta (codd. Gel.) *intergerii*, dβγ. — *lini lenitas*, Tad. *llenitas*, R. *Nili lenitas*, β, quod probat Gesner. chrestom. p. 509. *aquae etiam Nili levitas*, Salmas. — *superata*, Td. — *recentius. Postea malleo*, R. *postea malleo recentius*, ad.

§ 83. *iterum*, d. Omitt. RTa. — *conscripta erugatur*, R. *conscriptae rugat*, ad. — *sint*, Rad. *sunt*, βγ. — *manu*, Ambr. II. — *quae*, d. Omitt. Ra. — *altem*, ad. — *fere*, om. R. — *Vergilique*, R[1].

§ 84. *Ingentia*, RTadr. *Ingentia quidem*, β. — *M.*, R. Omitt. adβγ. — *respirantem*, R[1]. — *effodisse*, R. *offendisse*, adβγ.

§ 85. *eodem*, ad. — *Tamphilo*, Sigon. ad Liv. 40, 18. *Pamphilio*, R. *Pamphilo*, adβγ. — *ad*, ad. *a*, R. — *hos*, Rad. *et hos*, βγ. — *e*, omitt. ad. — *tot*, om. R. *quod*, ad. — *duraverint*, Rar. *duraverunt*, dβγ. — *annis*, om. d.

propter in re tanta ipsius Heminae verba ponam. Miraban-
tur alii, quomodo illi libri durare potuissent; ille ita ratio-
nem reddebat: „lapidem fuisse quadratum circiter in medio
arcae vinctum candelis quoquoversus; in eo lapide insuper 86
libros insitos fuisse; propterea arbitrarier non conputuisse;
et libros citratos fuisse; propterea arbitrarier tineas non te-
tigisse. In his libris scripta erant philosophiae Pythagoricae,
eosque conbustos a Q. Petilio praetore, quia philosophiae
scripta essent." Hoc idem tradit Piso censorius primo con- 87
mentariorum, sed libros septem iuris pontificii totidemque
Pythagoricos fuisse; Tuditanus quarto decumo Numae de-
cretorum fuisse; libros duodecim fuisse ipse Varro huma-
narum antiquitatum septumo, Antias secundo libros fuisse XII
pontificalis Latinos, totidem Graecos praecepta philosophiae
continentis; idem tertio ponit, quo conburi eos placuerit.
Inter omnis vero convenit Sibyllam ad Tarquinium Super- 88
bum tris libros attulisse, ex quibus sint duo cremati ab
ipsa, tertius cum Capitolio Sullanis temporibus. Praeterea
Mutianus ter consul prodidit nuper se legisse, cum praesi-
deret Lyciae, Sarpedonis ab Troia scriptam in quodam
templo epistulae chartam, quod eo magis miror, si etiam-
num Homero condente Aegyptus non erat; aut cur, si iam 89
hic erat usus, in plumbeis linteisque voluminibus scriptita-

in re tanta, Rd. *in re tenta*, a. *hic retenta*, r. — *possent*, Rad. — *medio arcae*, r. *media arcae*, R. *mediae arcae*, ad. *medio arcte*, codd. Barbari. *media arca*, βγ. — *catellis*, vir doctus ap. Barbar. — *quoque versus*, a. *quaquaversum*, r.

§ 86. *insitos*, R. *in se positos*, ad. *impositos*, βγ. — *arbitrarier*, d (in rasura.) *arbitranter*, R. *arbitrari ea*, a. *arbitrarier eos*, β. *arbitrari eos*, γ. — *computuisse*, R. *potuisse*, a. *computruisse*, dβγ. — *citratos*, RTad. *cedratos*, β, de quo v. Beckmann. *Beiträge zur Gesch. d. Erfind.* 2, 382. *ceratos*, Fée ad h. l. T. IX. p. 132. — *propter*, a. — *tinias*, Ra. — *contigisse. Nulla in iis libris scripta erant nisi*, K. — *scripti*, R. — *philosophiae—praetore* om. d. — *Pythagoricae —essent* om. a. — *quia*, R. *quae*, d.

§ 87. *Piso*, Td. *Physo*, R. *ipse*, a. *C. Piso*, β. *L. Piso*, Hard. γ. — *Caesonianus*, Merkel. ad Ovid. Fast. p. LXXX. — *sed*, om. d. — *pontifici*, a. — *totidem*, d. — *Uditanus*, ad. — *XIIII*, R (unde ego *quarto decumo* scripsi.) *tertio decumo*, adγ. *decimo tertio*, β. — *fuisse*, Rad. Om. r. — *libros duodecim fuisse*, r. Omitt. RTadγ, librarii oculis ab uno *fuisse* ad alterum delapsis. — *ipse vero Varro*, T. — *VII* (i. e. *septimo*), R. *VI*, Tr. *sexto*, adγ. *quinto*, K. *quinque*, β. — *secundo libros fuisse XII*, R. *secundos libros fuisse ex his*, ad. *secundo duos*, βγ. — *idest*, a. — *tertios*, ad. *tertio & s. c.*, R. Cum ex Gellio VII. 9, 17. sciamus Valerii annales certe septuaginta quinque libros comprehendisse, in scriptura codicis R compendium significationis posterioris alicuius libri latere videtur. — *placuerit eos*, d.

tum constet? cur et Homerus in ipsa illa Lycia Bellero-
phonti codicillos datos, non epistulas prodidit? Sterilitatem
sentit hoc quoque factumque iam Tiberio principe inopia
chartae ut e senatu darentur arbitri dispensandae; alias in
tumultu vita erat.

XIV. 28. Aethiopia Aegypto contermina insignis arbores 90
non fere habet praeter laniferas, quarum natura in descri-
ptione Indorum atque Arabiae dicta est; propior tamen huic
natura lanae maiorque folliculus granati modo mali, similes-
que et inter se arbores ipsae. Praeter hanc palmae, qualis
retulimus. Insularum arbores ambitu Aethiopiae et nemora
odorata in mentione earum dicta sunt.

XV. 29. Atlas mons peculiari proditur silva, de qua 91
diximus. Confines ei Mauri, quibus pluruma arbor citri et
mensarum insania, quas feminae viris contra margaritas re-
gerunt. Exstat hodie M. Ciceronis in illa paupertate et,
quod magis mirum est, illo aevo empta HS. $\overline{x}$; memoratur
et Galli Asini HS. $\overline{xi}$. Venumdatae sunt et duae a Iuba 92
rege pendentes, quarum alteri pretium fuit HS. $\overline{xii}$, alteri
paulo minus. Interiit nuper incendio a Cethegis descendens
HS. $\overline{xiiii}$ permutata, latifundi taxatione, si quis praedia tanti
mercari malit. Magnitudo amplissima adhuc fuit unius con- 93
missae ex orbibus dimidiatis duobus a rege Mauretaniae
Ptolemaeo, quattuor pedum et semipedis per medium ambi-

§ 88. *Sibullam*, R. *Sibylla*, a d. — *sint*, R. *inibi*, S. *in his*, a. *igni*, d $\beta\gamma$. — *consul prodidit*; his in vv. desinit R incipiens rursus a libro XXI. Scriba adiecit verba: „*hic deficiunt VII libri*", et eorum inscriptiones et principia addidit. — *ab*, a d. *a*, $\beta\gamma$.

§ 89. *in plumbeis—cur et Homerus*, T a d r. Omitt. codd. Gel. $\beta\gamma$. — *dispensandae*, θ T a d. *dispensandi*, β.

§ 90. *liniferas*, a d. — *natura in descriptione*, omitt. a d. — *Arabica*, d. *Arabia*, a. — *dicta est* 12, 38. 39. — *retulimus* § 39. sqq. — *dicta sunt* 6, 198. sqq.

§ 91. *diximus* 5, 12. sqq. — *citri*, r (codd. Barbari.) *citrei*, a d. *cedri*, γ. — *empta*, Rigalt. ap. Salmas. ad Tertull. de pall. p. 434. *emptae*, a d (duo codd. ap. Bud. de ass. p. 287.) — *his* omisso numero *X*, omnes codd. modo allati. — *HS. XI*, codd. Harduini. *XI*, d (duo codd. Bud.) *gallias. in IIXI*, a.

§ 92. *Venundatae*, a β. — *a Iuba rege pendentes*, S a d (omnes codd. ap. Oudend. ad Suet. Claud. 9.) *Iuba rege pendentes*, T. *Iuba rege vendente*, β. *Iuba rege pendente*, Gronov. miscell. p. 848. — *his XII*, a d. *HS XV*, β. — *a Cethegis*, d (codd. Gel.) *a cetegus*, a. *ac tegus*, duo codd. Bud. — *HS XIIII*, codd. Gel. *his XIIII*, a d. *his*, duo codd. Bud. — *permutata*, a (codd. Gel.) *permutati*, T d (duo codd. Bud.) — *taxatione*, duo codd. Bud. *taxationes*, a d.

§ 93. *amplissimis*, a d. — *a rege duobus*, a d. — *pedes*, d. — *semipedum*, a. — *per medium ambitum*, delet Ciaccon. de triclin. p. 11.

tum, crassitudine quadrantali, maiusque miraculum in ea
est artis latente iunctura, quam potuisset esse naturae; so- 94
lida autem a Nomio Tiberi Caesaris liberto cognomen tra-
hente, tribus sicilicis infra quattuor pedes totidemque infra
semipedem crassitudinis. Qua in re non omittendum vide-
tur Tiberio principi mensam quattuor pedes sextante et
sicilico excedentem, tota vero crassitudine sescunciali, operi-
mento lamnae vestitam fuisse, cum tam opima Nomio li-
berto eius esset, cuius materia erat tuber. Hoc est radicis 95
vitium maxumeque in eo laudatum, quod sub terra totum
fuerit et rarius quam quae superne quaeque gignuntur etiam
in ramis, proprieque quod tanti emitur arborum vitium est,
quarum amplitudo ac radices aestumari possunt ex orbibus.
Sunt autem cupresso feminae etiamnum silvestri similes
folio, odore, caudice. Ancorarius mons vocatur citerioris
Mauretaniae, qui laudatissimam dedit citrum, iam exhaustus.

30. Mensis praecipua dos in venam crispis vel in ver- 96
tices parvos. Illud oblongo evenit discursu ideoque tigrinum
appellatur, hoc intorto et ideo tales pantherinae vocantur.
Sunt et undatim crispae, maiore gratia si pavonum caudae
oculos imitentur. Magna vero post has gratia extra prae- 97
dictas crispis densa veluti grani congerie, quas ob id a si-
militudine apiatas vocant; summa vero omnium in colore;
hic maxume mulsi placet, venis suis refulgens. Post haec

latente iunctura, delet Ciaccon. — *naturae*, ad. *natura*, β.

§ 94. *solida*, T. *solidae*, adγ. Etiam β id habet referens ad superiora. — *autem*, Tad. *item*, codd. Gel. β. — *Tiberii* omitt. Tadγ. — *trahente*, Tad. *trahentis*, βγ. — *semipedem*; pro h. v. habet *sede* a, *sed* d. — *sesconcili*, d. *esse concili*, a. *conchylii et*, K. — *per medium vestitam*, K. — *optima*, Tadr. — *cuius materia erat tuber*, v. Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. nr. 166. p. 286. *Tuber*, Tadγ novam hinc periodum incipientes.

§ 95. *vitium* et *in eo* omitt. Tadγ. — *superne quaeque*; pro his vv. habet *superque* a, *super*////// d. — *feminae*, d[2]. *atque*, d[1]. *feminae atque*, a. — *Anchorarius*, a. — *citrum*, Tad. *cedrum*, β. — *exhaustis mensis. Praecipua*, cod. Ursin. ap. Ciaccon. de tricl. p. 148.

§ 96. *in venam*, STadr. *in venas*, K. *in vena*, β. — *vertices parvos*, Tad. *verticem parvis*, S. *vertices parvis*, r. *vertice variis*, β. *vortices sparsis*, Dalec. *perviis* vel *variis*, Barbar. — *tigrinum*, adr. *tigrinae*, β. — *appellantur*, dβ. — *intortum*, cod. Ursini.

§ 97. *verum*, ad. — *crispi*, ad. — *densas*, d. — *voluti*, K. — *a*, omitt. ad. — *venis suis refulgens*, adr. *suis refulgens venis*, βγ. — *est*, ad. *et*, ST. — *toti caudices*, Tad. *totius caudicis*, β. — *iuvant*, codd. Hard. *iuvat*, Tad. Novam a voce *iuvant* periodum incipit β. — *pluresque in una. Mensae vitia*, STad. *plura quoque in una mensa vitia*, β. *etiam totius caudicis iuvat. Plura quoque*, r.

amplitudo est; iam toti caudices iuvant pluresque in una.
Mensae vitia lignum — ita vocatur materia surda et indi- 98
gesta simplicitas aut platani foliorum modo digesta —, item
ilignae venae similitudo vel coloris et, quibus maxume ob-
noxias fecere aestus ventique, rimae aut capillamenta rimas
imitata; postea murena nigro transcurrens limite variisque
corvum punctis adprehensus, papaverum nodo et in totum
atro propior colos maculaeve discolores. Viridis terra con- 99
dunt barbari et inlinunt cera, artifices vero frumenti acervis
inponunt septenis diebus, totidem intermissis, mirumque
ponderi quantum ita detrahatur. Naufragia docuere nuper
hanc quoque materiam siccatam mari duritie incorrupta spis-
sari, non ullo modo vehementius. Nutriuntur optume splen-
descuntque manu sicca fricatae a balneis maxume, nec vinis
laeduntur ut his genitae.

XVI. Inter pauca nitidioris vitae instrumenta haec arbor 100
est, quapropter insistendum ei quoque paulum videtur. Nota
etiam Homero fuit; thyon Graece vocatur, ab aliis thya.
Hanc itaque inter odores uri tradit in deliciis Circes quam
deam volebat intellegi, magno errore eorum qui odoramenta
in eo vocabulo accipiunt, cum praesertim eodem versu ce-
drum laricemque una tradat uri, in quo manifestum est de
arboribus tantum locutum. Theophrastus, qui proxumus a ma- 101
gni Alexandri aetate scribit circa urbis Romae annum CCCCXL.,

§ 98. *item*, d (in rasura.) *tem*, a. — *ilignae venae*; pro his vv. dant *lignave nec* ad. — *aestu*, ad. — *tramite*, Dalec. — *coruum*, a. *corticum*, dβ. *cornicum*, Hard. γ. *corium p. apprehensum*, r. Mensae citreae damnabantur, quae corvorum puncta referebant, i. e. talia puncta, qualia efficiuntur unguibus corvorum terrae impressis (*gesprenkelt*). De forma genitivi v. ad 34, 1. — *nodo*, Tadr. *modo*, β. *corium punctis aspersum aut tuberum nodis*, Dalec. — *colos*, a. *color*, dβ. — *maculaeque*, T.

§ 99. *intermitis*, ad. — *detrahatur*, STad. *detrahant*, β. — *docere*, ad. — *duritie et*, r^1. *duritate*, r^2. — *non ullo*, d. *non nullo*, a. *nullo*, T. — *fricatae*, codd. Gel. *fricatur*, ad. — *binis*, ad. *a vinis*, codd. Gel. βγ. — *laeduntur*, codd. Gel. *ledantur*, βγ. — *uti*, codd. Gel.

§ 100. *thyon Graece*, Dalec. *θεῖον Graece*, β. *trogethe*, a. *trogeche*, d. *thia*, cod. ap. Scalig. ad Theophr. h. pl. p. 45. — *itaque*, θTadr. *igitur*, β. — *tradit*, Odyss. ε, 60. — *Circes*, codd. Salmas. exerc. p. 667. b. F. *Circae*, ad. — *tradat uri*, Salmas. *tradatur*, ad (codd. Salmas.) βγ.

§ 101. *proxumus*, ita nos scripsimus. *primus*, adβγ, quod cum per se inepte dicatur, tum emendatio nostra stabilitur verbis Plinii 21, 48. *proximi a morte Alexandri magni auctores.* Adiectiva vero *primus* et *proximus* saepe confundi docet Drakenb. ad Liv. V. 47, 5. — *scribit circa*, ita nos scripsimus. *scribit quae circa*, βγ. V. notam sequentem. — *annum CCCCXL.*, ad. *CCCCXL. gesta sunt annum*, βγ. Recepi ego codicum scripturam spreta interpolatione vulgari,

magnum iam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes quandamque inmortalitatem materiae in tectis contra vitia omnia
incorruptae; radice nihil crispius nec aliunde pretiosiora 102
opera, praecipuam autem esse eam arborem circa Hammonis delubrum, nasci et in inferiore Cyrenaicae parte. De mensis tamen tacuit; et alias nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est, quae noviciae adparent.

31. Alia est arbor eodem nomine, malum ferens exsecra- 103
tum aliquis odore et amaritudine, aliis expetitum, domus etiam decorans, nec dicenda verbosius.

XVII. 32. Eadem Africa, qua vergit ad nos, insignem 104
arborem loton gignit quam vocant celtim, et ipsam Italiae familiarem sed terra mutatam. Praecipua est circa Syrtis atque Nasamonas; magnitudo quae piro, quamquam Nepos Cornelius brevem tradit. Incisurae folio crebriores, quae ilicis videntur; differentiae plures, eaeque maxume fructibus
fiunt. Magnitudo huic fabae, color croci, sed ante maturita- 105
tem alius atque alius sicut uvis. Nascitur densus in ramis myrti modo, non ut in Italia cerasi, tam dulcis ibi cibo ut nomen etiam genti terraeque dederit nimis hospitali advenarum oblivione patriae; ferunt ventris non sentire morbum
qui eum mandant. Melior sine interiore nucleo, qui in altero 106
genere osseus videtur. Vinum quoque exprimitur illi simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos,

qua effectum est, ut in βγ legatur *quae circa*, ubi pronomen delendum fuit. Intuenti vero vulgatam hucusque scripturam inepta quaedam loquacitas et abundantia in oculos incurrat, necesse est, cum ita duabus Plinius enuntiationibus utatur ad eam rem notandam, quae multo simplicius continua oratione effertur. Et mire profecto Theophrastus dicitur aetate fere Alexandri magni in libro aliquo ea descripsisse, quae eadem aetate Romae gesta sunt; et quisnam tandem fuit ille liber? Certe eo loco, quem Plinius respicit (h. pl. V. 3, 7.), tale quid non affertur. Huc accedit, quod *scribit ea quae gesta sunt* parum Latine dicitur. Similem temporis significationem habes 33, 113. — *memorata*, ad. — *templorum*, om. Pint. — *omnia*, θ Tadr. *omni*, β. — *incorrupta*, Tad.

§ 102. *oraculum*, Td. — *in*, omitt. ad. — *inferiore*, adr. *interiore*, β. Neutrum agnoscit Theophr. — *quae*, Tadr. *ex quo*, β. — *novitiae apparent*, θ. *novitiae apparet*, ad. *novitia apparet*, Trγ.

§ 103. *fereus*, d. *tereus*, a. *tenens*, r. — *aliquis*, ad. *aliquibus*, βγ. — *domus*, a. *domos*, dβγ.

§ 104. *et*, omitt. ad. Ceterum v. Theophr. h. pl. IV. 3, 1. — *Nepos*, fragmm. p. 375. ed. Heus. — *tradit*, θ a. *tradat*, dβγ. — *Incisura et folia breviora*, r. *Incisuras habent folia* omisso *crebriores*, Pint. — *quae*, r. *qui*, a (cod. optim. ap.

bacasque concisas cum alica ad cibos doliis condi. Quin et exercitus pastos eo accepimus ultro citroque conmeantis per Africam. Ligno colos niger; ad tibiarum cantus expetitur; e radice cultellis capulos brevisque alios usus excogitant; haec ibi natura arboris. Est autem eodem nomine et herba 107
et in Aegypto caulis in palustrium genere; recedentibus enim aquis Nili riguis provenit similis fabae caule foliisque densa congerie stipatis, brevioribus tantum gracilioribusque, cui fructus in capite papaveri similis incisuris omnique alio modo; intus grana ceu milium. Incolae capita in acervis 108
putrefaciunt, mox separant lavando et siccata tundunt eoque pane utuntur. Mirum est quod praeter haec traditur, sole occidente papavera ea conprimi et integi foliis, ad ortum autem aperiri, donec maturescant flosque qui est candidus decidat.

XVIII. Hoc amplius in Euphrate tradunt et caput ipsum 109
et florem vespera mergi usque in medias noctis totumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu possit inveniri; verti deinde paulatimque subrigi et ad exortum solis emergere extra aquam ac florem patefacere atque etiamnum insurgere, ut plane ab aqua absit alte. Radicem lotos haec 110
habet mali cotonei magnitudine, opertam nigro cortice, qualis et castaneas tegit. Interius candidum corpus, gratum cibis, sed crudo gratius decoctum sive aqua sive pruna; nec aliunde magis quam purgamentis eius sues crassescunt.

Salmas. exerc. p. 730. b. A.) *alioqui*, d. *alioquin*, β. — *ilicis*, dr (cod. Salmas.) *ilices*, Ta. — *videntur*, Pint. *viderentur*, Tadrβ.

§ 105. *Magnitudo huic fabae*, om. a. — *uvis*, a. *in uvis*, dβγ. — *cerasi* (sc. *modo*), βγ. *cerasis*, ad. — *dulcis*, ad. *dulci*, βγ. — *morbum*, ar. *morbo*, d. *morbos*, β.

§ 106. *in Italico genere*, Sabell. — *binos*, Pint. At v. Polyb. XII. 2, 1. — *concisas*, θTad. *contusas*, β. — *alica*, Barbar. *aliqua*, a. *aqua*, Td (codd. Barbari.) — *accepimus*, a. *accipimus*, θTd. — *citro* om. a. — *color*, d. — *e*, om. a. — *arborum*, d.

§ 107. *et herba*, ad². *herba*, d¹. — *caulis*, v. Herod. 2, 98., Theophr. h. pl. IV. 8, 9., Dioscor. 4, 113. — *residentibus*, Salmas. exerc. p. 688. a. A. — *enim*, ad. *autem*, T. — *gracilioribusque*, d. Encliticam omitt. θa. — *gratę a milium*, d. *grantę humilium*, a.

§ 108. *capite non acervis*, a. — *decidit*, a.

§ 109. *et caput ipsum*, Td. *escapulissum*, a. *et scapum ipsum*, β. — *vespera*, a. *vespere*, Td. — *totumque*, d. *totum*, a. *tantumque*, r. — *dimissa*, ad. — *insurgere*, θTad. *exsurgere*, β. — *alte absit*, d.

§ 110. *haec*, a. Omitt. STd. — *magnitudinem*, a. — *opertam*, d. *opere*, a. — *sed*, a. *et*, Td. — *crudum*, Tad.

XIX. 33. Cyrenaica regio loton suae postponit paliuro; 111
fruticosior haec fructuque magis rubens, cuius nucleus non
simul mandatur, iucundus per se atque suavior e vino, quin
et vina suco suo conmendans. Interior Africa ad Garaman-
tas usque et deserta palmarum magnitudine et suavitate
constat, nobilibus maxume circa delubrum Hammonis;
34. sed circa Carthaginem Punicum malum cognomine sibi 112
vindicat; aliqui granatum appellant. Divisit et in genera
apyrenum vocando cui lignosus nucleus abest; sed candidior
ei natura et blandiores sunt acini minusque amaris distin-
cti membranis; alia structura eorum quaedam ut in favis.
Conmunis nucleos habentium quinque species: dulcia, acria, 113
mixta, acida, vinosa; Samia et Aegyptia distinguntur ery-
throcomis et leucocomis. Corticis maior usus ex acerbis ad
perficienda coria. Flos balaustium vocatur et medicinis ido-
neus et tinguendis vestibus quarum color inde nomen accepit.

XX. 35. In Asia et Graecia nascuntur frutices epipactis, 114
quem alii elleborinen vocant, parvis foliis quae pota contra
venena prosunt sicut erices contra serpentis; XXI. et in
quo nascitur granum Cnidium quod aliqui linum vocant,
fruticem vero thymelaeam, alii chamelaeam, alii pyros achnen,
aliqui cnestron, alii cneorum; est similis oleastro, foliis an-
gustioribus, cumminosis si mordeantur, myrti magnitudine,
semine, colore et specie farris, ad medicinae tantum usum.

§ 111. *Cyrenaice*, θ. V. Theophr. h. pl. IV. 3, 5. et Dioscor. 1, 151. — *fructuquã*, a (litterae ultimae suprascriptum *e* manu recentiore.) — *magis*, a. *est magis*, T d. — *mandatur*, θ T a d. *manditur*, β. — *suo*, om. β. — *praestat*, Dalec.

§ 112. *malum*, d. Omitt. a r. — *cognomine*, d (codd. Gel.) *eo gramine*, a. — *vendicat*, T (codd. Gel.) — *apyrenum*, S T d. *apsrenum*, a. *apyrinon*, β. — *ligno*, a. — *abest; sed*; pro his vv. habent *abesse* a d. — *sunt acini*; pro his vv. habet *incini* d, *est incini*, a. Varia tentant Pint., Dalec. et Schneid. ad Nic. Alex. p. 339. — *amaris*, d. *amari* (quattuor praeterea litteris post h. v. erasis), a. — *alia*, inepte dicitur, cum de apyrenorum structura nondum sit dictum; legendum *alias* i. e. *praeterea*, coll. 2, 100. 111. 8, 89. 13, 102. 20, 213. 23, 52. 37, 40. — *strictura*, a d[1]. — *eorum*, θ T r. *earum*, a d. — *quaedam*, θ T a d r. Om. β. — *in favis*, Barbar. *infamis*, T a d.

§ 113. *Communis* ad sequentia recte trahit Barbar., ad superiora referunt nullo sensu a d β γ. — *mixta*, a. *mitia*, T d. — *erythrococcis et leucococcis*, Dalec., quod probat Schneider. — *glaucocomis*, Barbar. — *balastium*, a d. — *medicis*, a d.

§ 114. *epipactis*, Barbar. *epicactis*, a d β. V. Dioscor. 4, 107. — *elleborinen*, Gesner. de herb. lunar. p. 32. *embolinen*, a β. *embolinem*, d. — *venena*, a. *serpentes*, d. — *et*, om. d[1]. — *pyrosachnen*, Barbar. *pyrosachen*, a d. V. Dioscor. 4, 170. — *aliqui*, a d. *alii*, β γ. — *cnestron*, Barbar. *dnestorem*, a. *enestorem*, d.

36. Tragion fruticem sola Creta insula gignit, terebintho 115
similem et semine quod contra sagittarum ictus efficacissimum tradunt; eadem et tragacanthen spinae albae radice, multum praelatam apud Medos aut in Achaia nascenti; pretium eius in libras X III.

37. Tragon et Asia fert sive scorpionem, veprem sine 116
foliis, racemis rubentibus, ad medicinae usum; myricen et Italia, quam alii tamaricen vocant; Achaia autem bryam silvestrem insignem, quod in ea sativa tantum ferat gallae similem fructum. In Syria et Aegypto copiosa haec est, cuius infelicia ligna appellamus, quae tamen infeliciora sunt
Graeciae; gignit enim arborem ostryn quam et ostryam vo- 117
cant, solitariam circa saxa aquosa, similem fraxino cortice et ramis, folio piri, paulo tamen longioribus crassioribusque ac rugosis incisuris quae per tota discurrunt, semine hordeo simili et colore; materies est dura atque firma, qua in domum inlata difficilis partus fieri produnt mortisque miseras.

XXII. 38. Nec auspicatior in Lesbo insula arbor quae 118
vocatur euonymos, non absimilis Punicae arbori, inter eam et laurum foli magnitudine, figura vero et mollitia Punicae, flore candidiore, statim pestem denuntians. Fert siliquas sesamae similis; intus granum quadrangula figura, spissum,

— *cneorum*, Barbar. d. *hicneorum*, a. — *cumminosis*, T a d. *gummosis*, *β*. *gumminosis*, *θγ*. — *foris*, Barbar. K.

§ 115. *Tragion*, v. Diosc. 4, 49. — *tragacanthen*, v. Theophr. h. pl. IX. 1, 3. — *praelata*, *θ* T a d *γ*. — *Achaia*, codd. Barbari. *cai*, a²d. *caucaso*, a¹.

§ 116. *Tragon*, Gesner. hist. anim. 1, 294. Confirmant *θ* d. *Tracon*, a. *Tragion*, *β*. — *racemis*, Barbar. d. *ramis*, T a. — *subeuntibus*, a r. — *myricem*, d. V. Dioscor. 1, 116. — *alii*, d. Omitt. a (codd. Salmas. exerc. p. 116.) — *bryam*, d. *bryan*, a *β*. — *insignem*, S T. *insignẽ*, a. *insigne*, d *βγ*. — *quod in ea*, T a²d. *quod eam*, a¹. *quod*, S. *in ea quod*, *βγ*. — *fert*, d. — *similiter*, a. — *et*, a d. *et in*, *βγ*. — *appellat vulgus*, Pint. — *quae*, ego corruptum habeo, cum statim infra Plin. dicat brya silvestri infeliciorem etiam esse ostryn; hinc scribendum videtur *qua*, ubi si quis *quibus* i. e. *lignis* exspectat, non videt Plinium non de infelicibus lignis universis, sed de certarum plantarum lignis loqui.

§ 117. *ostryn*, Barbar. *ostrin*, a. *ostrim*, d. V. Theophr. h. pl. III. 10, 3. — *ostryam*, Barbar. *ostriam*, a. *astroam*, d. — *saxa et aquosa*, Pint. — *oxyae*, Pint. — *pilis*, a d. — *rugosis*, a. *mucosis*, T. *mucrosis*, d. *rugosis*. *Incisuraeque per*, Pint. — *materies*, d. *et materie*, a. *Materie*, *γ*. *Decolore materie est*, Pint.

§ 118. *enonymos*, a d. *anonymos*, Barbar. V. Theophr. l. l. III. 18, 13. — *mollitia*, a d. *mollitie*, *γ*. — *candidior est*, a. *candido, odore*, Pint. *candido violae*, Salmas. de hyle p. 103. b. C. — *siliquas sesamae*, *θ*. *siliquas sesami*, *β*. *silicu assem*, a d. — *quadriangula*, a¹d.

letale animalibus; nec non et folio eadem vis; succurrit aliquando praeceps alvi exinanitio.

39. Alexander Cornelius arborem eonem appellavit, ex qua 119
facta esset Argo, similem robori viscum ferenti, quae nec aqua nec igni possit conrumpi, sicuti nec viscum, nulli alii cognitam, quod equidem sciam.

40. Andrachlen omnes fere Graeci porcillacae nomine in- 120
terpretantur, cum sit herba et andrachne vocetur unius litterae diversitate. Cetero andrachle est silvestris arbor neque in planis nascens, similis unedoni, folio tantum minore et numquam decidente, cortice non scabro quidem sed qui circumgelatus videri possit, tam tristis adspectu est.

41. Similis et coccygia folio, magnitudine minor; propri- 121
etatem habet fructum amittendi lanugine — pappum vocant —, quod nulli alii arborum evenit. Similis et apharce, bifera aeque quam andrachle; priorem fructum incipiente pubescere uva peragunt, alterum initio hiemis; qualis eos non traditur.

42. Et ferulam inter externas dixisse conveniat arborum- 122
que generi adscripsisse, quoniam quarundam naturae, sicut distinguimus, lignum omne corticis loco habent hoc est forinsecus, ligni autem loco fungosam intus medullam ut sambuci, quaedam vero inanitatem ut harundines. Ferula calidis 123

animalibus, *θ* T a d. *animantibus*, *β*. — *et*, a d. *et in*, *βγ*. — *in eodem*, a d.

§ 119. *robori buscon*, a. *roboribus*, d. — *possit*, *θ* a d. *posset*, *β*. Multa in his mutat Dalec.

§ 120. *Andrachlen*, ita nos scripsimus. *Andraclen*, d. *Andraden*, a. In indice huius libri veram scripturam exhibet T, *andrachie* R a, *andrachye* d. Et *andrachle* quidem est silvestris arbor, eaque scriptura e codd. est restituenda Theophrasto h. pl. IV. 15, 2. (coll. Schneid. ind. Theophr. s. v. *ἀνδράχνη* p. 311.), *andrachne* vero „unius litterae diversitate" herba porcillaca dicta; v. Theophr. h. pl. III. 16, 5. — *porcillacae*, ita nos scripsimus ex 20, 210., ubi V *procillaca* habet. *porciliacae*, d. *porciliaee*, a[2]. *porciliae*, a[1] (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 362. a. D.) *portulacae*, *βγ*. — *cum*, a d (Rigalt.) *cum illa*, *βγ*. — *Cetero*, d. *Cetera*, a. *Ceterum*, *βγ*. — *andrachle*, ita nos rursus. *andracle*, a d. *adrachne*, *βγ*. — *lanis*, a d.

§ 121. *coccygia*, Salmas. exerc. p. 362. a. F. Confirmat d. *coccígya*, T. *coggygya*, a[2]. *coggya*, a[1]. *coggrygia*, codd. Barbari. *coccygria*, *β*. *coccymelaeae*, Pint. ex Theophr. h. pl. III. 16, 6. — *pampum*, a[1]. — *arbori*, a. — *apharce*, Barbar. *parche*, a d. — *andrachle*, a. *andracle*, d (codd. Barbari.) *adrachne*, *βγ*. — *peragunt*, *θ* T a d. *peragit*, *β*.

§ 122. *ferulas*, r. — *conveniat*, *θ* a d. *conveniet*, *β*. — *sicuti*, d. — *distinguimus*, T a d. *distinguemus*, Barbar. *β*. — *omnino*, Dalec. — *ut sambuci*, d. *ui sambuci*, a. — *harundinis*, a.

§ 123. *nartheciam*, a. *inartheciam*, d. *narthechiam*, *β*. *narthecyan*, *γ*. V. Theophr. h. pl. VI. 2, 7. — *exeunt folia*, *maxima ut*, Dalec. — *Cetera*, a r. *Flo-*

nascitur locis atque trans maria, geniculatis nodata scapis; duo eius genera: nartheca Graeci vocant adsurgentem in altitudinem, narthecyam vero semper humilem. A genibus exeuntia folia maxuma, ut quaeque terrae proxuma; cetero natura eadem quae anetho, et fructu similis. Nulli fruticum levitas maior; ob id gestatu facilis baculorum usum senectuti praebet.

43. Semen ferulae thapsiam quidam vocavere decepti eo, 124
quoniam ferula sine dubio est thapsia, sed sui generis, foliis feniculi, inani caule nec excedente baculi longitudinem; semen quale ferulae, radix candida. Incisa lacte manat et contunsa suco; nec corticem abdicant. Omnia ea venena; quippe etiam fodientibus nocet; si minuma adspiret aura, intumescunt corpora faciemque invadunt ignes sacri; ob id cerato prius inlinunt. Quibusdam tamen morbis auxiliari di- 125
cunt medici permixtam aliis; item in alopeciis suggillatisque ac liventibus, ceu vero remedia desint ut scelera contractent. Ista praetexunt noxio instrumento tantumque inpudentiae est ut venenum artis esse persuadeant. Thapsia in Africa vehementissima. Quidam caulem incidunt per messis et in ipsa excavant radice, quo sucus confluat, arefactumque tollunt. Alii folia, caulem, radicem tundunt in pila et sucum in sole 126

ris nat. ead. q. an. et fructus, Dalec. — *aneto*, a. — *gestata*, r. — *facilis*, Pint. *facilius*, θ a d r. *facilior*, $\beta\gamma$.

§ 124. *Speciem ferulae*, Dalec. — *tapsiam*, a bis. V. Dioscor. 4, 154. — *ei*, a. In d rasura. — *thapsia sed sui*; pro his vv. habet *thapsi assidui* d, *tapsi assiduis* a. — *inane*, a d. — *quasi*, r. — *ne corticem*, a. *nec orticem*, d (codd. Barbari.) — *venenata*, codd. Barbari. Ceterum v. Theophr. h. pl. IX. 8, 5. — *illiniunt*, d.

§ 125. *aliopisces*, a d. — *desunt*, a. — *ut cessetlera*, a d. Hac ex scriptura colligo scribendum esse *VT VICISSIM ET SCELERA*, adverbio *vicissim* eo sensu posito, quo legitur apud Cic. de N. D. II. 7, 19. *possetne uno tempore florere, deinde vicissim horrere terra*; v. adnot. seq. — *contractent*; hanc scripturam ex β revocavi, cum *non tractent*, quod θ T a d γ habent, sententiae loci prorsus adversetur. Plin. enim dicit remedia bona non eo usque deesse, ut propterea vicissim i. e. per vices, alio tempore, ad scelera i. e. remedia noxia confugiendum sit; et cum in protasi ad reiiciendam alienam sententiam formula negationis ironicae utatur, par est in apodosi negationi locum non esse. *contrectent*, Dalec. Sed iusta scribendi ratio invenitur apud Lucret. 6, 584. et ex codice optimo restituenda est Plauto mil. glor. IV. 2, 61. — *Ista*, T a. *Sed ista*, d $\beta\gamma$. — *est*, om. r. — *in Africa*, a d. *est in Africa*, $\beta\gamma$.

§ 126. *folii*, a d. Postea in eodem d tota vox lineola traducta. — *caulem*, d. *caulem incidunt per messes*, a. — *radicem tundunt*, a. *incidunt*, d. — *insolatu*, Dalec.

coactum dividunt in pastillos. Nero Caesar claritatem ei dedit initio inperi, nocturnis grassationibus converberata facie inlinens sibi cum ture ceraque et secuto die contra famam cutem sinceram circumferens. Ignem ferulis optume servari certum est easque in Aegypto praecellere.

XXIII. 44. Ibi et capparis, firmioris ligni frutex seminis- 127
que et cibi volgati, caule quoque una plerumque decerpto. Cavenda eius genera peregrina, siquidem Arabium pestilens, Africum gingivis inimicum, Marmaricum volvis et omnium inflationibus; Apulum vomitus facit, stomachum et alvom movet. Quidam id cynosbaton vocant, alii ophiostaphylen.

45. Frutectosi est generis et saripha circa Nilum nascens, 128
duorum ferme cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique manditur modo; radice ferrariis officinis praecipua carbonis usu propter duritiam.

XXIV. 46. Non omittendum est et quod Babylone seritur 129
in spinis, quoniam non alibi vivit, sicut et viscum in arboribus; sed illud in spina tantum quae regia vocatur. Mirum, quod eodem die germinat quo iniectum est; inicitur autem ipso canis ortu et celerrime arborem occupat. Condiunt eo vinum et ideo serunt. Spina illa nascitur et Athenis in longis muris.

47. Frutex est et cytisus ab Aristomacho Atheniensi mi- 130
ris laudibus praedicatus pabulo ovium, aridus vero etiam

converberata facie, a (omnes codd. ap. Oudend. ad Suet. Oth. 12.) *converberata faciem*, d. *converberatam faciem*, *βγ*. *converberatae faciei*, Oudend. — *inlinens*, a. *//////linens*, d. — *sibi cum*; pro his vv. dant *siccum* STad, unde Oudend. *fucum* legit. Mihi potius scribendum videtur *ei* (faciei) *cum*, littera *s* ex participio praegresso repetita. — *caeraque*, a. *cerussaque*, Mercur. var. lect. 2, 1. ex Plinio Valer. 3, 47. — *sequenti*, r. — *ferens*, a.

§ 127. *Ibi*, a. *Ob*, d. — *id*, ad. — *cappuris*, a². V. Dioscor. 2, 204. — *Arabium*, *θ*ad. *Arabicum*, *β*. Multa in his vv. mutat Dalec. — *atritum*, a. — *sed*, a. — *vomitum*, d. — *movet*, r. *facit*, ad. *solvit*, *β*. — *ophiostaphylen*, ita nos scripsimus. *opios staphylen*, d. *opusstaphilen*, a. *opheostaphylen*, *βγ*.

§ 128. *Frutectosi*, *θ*ad (codd. Salmas. exerc. p. 706. a. F. et Oudend. ad Appul. metam. p. 237.) *Fruticosi*, *βγ*. — *saripha*, d (codd. indicis libri primi.) *sarifa*, a. *sarisa*, *θ*. *sari*, *βγ*. V. Theophr. h. pl. IV. 8, 2. 5. — *papaveri*, a¹. *papari*, a².

§ 129. *estque sicut et*, K. Ceterum v. Theophr. de caus. pl. II. 17, 3. — *alibi*, Td. *aliubi*, a*βγ*. V. Hand. Tursell. 1, 277. — *et sicut*, a. *et sicut////*, d. Particulam *et*, quae in d bis posita esse videtur, librariis deberi arbitror. — *eadem*, ad. — *quod*, K. — *inicitur*, a. *initiatur*, d. — *vinum*, ar. *vina*, d*β*. — *seritur*, K.

suum, spondetque iugero eius annua HS. MM vel mediocri
solo reditus. Utilitas quae ervo, sed ocior satias, perquam
modico pinguescente quadripede, ita ut iumenta hordeum
spernant. Non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior,
super omnia pecudum medicina a morbis omni usu prae-
stante. Quin et nutricibus in defectu lactis aridum atque in 131
aqua decoctum potui cum vino dari iubet; firmiores celsio-
resque infantis fore; viridem etiam gallinis aut, si inaruerit,
madefactum. Apis quoque numquam defore cytisi pabulo
contingente promittunt Democritus, Aristomachus. Nec aliud 132
minoris inpendi est. Seritur cum hordeo aut vere semine
ut porrum, vel caule autumno ante brumam; si semine, ma-
didum et, si desint imbres, satum spargitur; plantae cubi-
tales praeferuntur scrobe pedali. Seritur per aequinoctia te-
nero frutice, perficitur triennio, demetitur verno aequinoctio,
cum florere desinit, vel pueri vel anus vel vilissima opera.
Canus adspectu breviterque, si quis exprimere similitudinem 133
velit, angustioris trifoli frutex. Datur animalibus post bi-
duum semper, hieme vero quod inaruit madidum. Satiant
equos denae librae et ad portionem minora animalia, obiter-
que inter ordines alium et caepe seri fertile est. Inventus 134
est hic frutex in Cythno insula, inde translatus in omnis
Cycladas, mox in urbis Graecas, magno casei proventu,
propter quod maxume miror rarum esse in Italia. Non ae-

§ 130. *Antilomaco*, θa. *Anthiloco*/////, d. Ceterum v. Dioscor. 4, 111. — *Atheniense*, θa. — *ovium*, Sabell. et Barbar. *omnium*, ad. — *vero*, om. d. — *annua HS. MM*, revocavi hoc ex β. *annuans*, ad. *annuos per plures*, K. *annua HS*, γ. — *soli reditu*, Dalec. — *ervo*, codd. Gel. *ergo*, STad. *herbae*, Pint. — *et doctior*, ad. — *satias*, θTad. *satietas*, codd. Gel. βγ. — *quadripedi*, a. — *maior*, d. *melior*, a. — *pecudum*, θTadr. *pecorum*, β. — *a*, a^2. Om. a^1; in d rasura. *medicinae in omni morbo*, K^1. *medicinae et ovium morbis*, K^2.

§ 131. *iubet*, d. *iuvet*, a. *iuvat*, r. — *et firmiores*, r. — *inaruerit*, θTad. *aruerit*, βγ. — *de flore*, d. — *pabulum contingentes*, r. — *Aristomachus*, ad. *et Arist.*, βγ.

§ 132. *est minoris impendii*, d. — *desinit*, ad. — *imber*, d. — *praeferuntur*, θr. *perferuntur*, Tad. *seruntur*, βγ. *transferuntur*, Dalec. — *post*, K. — *aequinoctium*, Dalec. — *desinit*, ar. *desiit*, θd. — *vel anus vel*, θ. *anus vel*, ad. *vel anus*, βγ. *manu vel*, r.

§ 133. *Canus—frutex* omitt. ad. — *amplioris*, K. — *ad portionem*, θTd. *portionem*, a. *portione*, β. — *maiora*, r. — *et caepe seri*, d (codd. Gel.) *capessere*, a.

§ 134. *est*, θTd. Omitt. aβγ. — *citano*, ad. — *in omnes*, ar. *est in omnes*, dβγ. — *magno*, om. r. — *praeterea quod*, θad. Ex hac scriptura colligo quaedam verba intercidisse, ita ut scribendum sit *magno casei proventu, praeterea*

stuum, non frigorum, non grandinum aut nivis iniuriam expavescit; adicit Hyginus, ne hostium quidem propter nullam gratiam ligni.

XXV. 48. Nascuntur et in mari frutices arboresque, mi- 135
nores in nostro; rubrum enim et totus orientis oceanus
refertus silvis. Non habet lingua alia nomen, quod Graeci
vocant phycos, quoniam alga herbarum magis vocabulum in-
tellegitur, hic autem est frutex. Folia lata colore viridi gi-
gnit, quod quidam prason vocant, alii zostera. Alterum genus 136
eiusdem capillaceo folio, simile feniculo, in saxis nascitur,
superius in vadis haud procul litore, utrumque verno, et in-
terit autumno. Circa Cretam insulam nato in petris purpu-
ras quoque inficiunt, laudatissimo a parte aquilonis ut spon-
geis. Tertium est gramini simile, radice geniculata et caule
qualiter calami.

49. Aliud genus fruticum bryon vocatur, folio lactucae, 137
rugosiore tantum, iam hoc interius nascens; in alto vero
abies et quercus cubitali altitudine; ramis earum adhaerent
conchae. Quercu et tingui lanas tradunt; glandem etiam
quasdam ferre in alto; naufragis haec deprehensa urinanti-
busque. Et aliae traduntur praegrandes circa Sicyonem; vi- 138
tis enim passim nascitur, sed ficus sine foliis, rubro cortice.

— —, *propter quod.* Et ipse loci habitus docet lacunam hic esse agnoscendam; nam ipse magnus casei proventus efficere non potuit, ut Plinius cytisum in Italia rarum esse miraretur. Quid autem fere exstiterit, clare docet Columella, unde haec Plinius sumpsit, qui V. 12, 2., postquam varia cytisi commoda enumeravit, ita pergit: *praeterea in quolibet agro quamvis macerrimo celeriter comprehendit, omnem iniuriam sine noxa patitur.* His iam egregie concinunt ea quae apud Plinium statim sequuntur, ita ut fere talia exciderint: *magna omnis iniuriae patientia.* Et patientiam opacitatis quidem etiam spadoniae tribuit Plin. 15, 130. — *non grandinum*, om. T. — *ne nostram quidem*, Salmas. de hyle p. 102. a. C.

§ 135. *refertus*, a d. *refertus est*, βγ. Ceterum v. Theophr. h. pl. IV. 6, 2. — *habent*, a d. — *haila*, a. *hiala*, d. — *hic autem frutex folia*, Dalec. — *Folia lata*, d. *Folio lato*, T a. — *quem*, Dalec. et Schneid. curae posterr. ad Theophr. h. pl. IV. 6, 2. T. II. p. 482. — *prason*, Barbar. *grasson*, a d.

§ 136. *eiusdem genus*, d. — *invadit aut*, a d. — *utrumque verno*, a d. *verno utrumque*, βγ. Multa h. l. desiderari ait Pint. — *quoque inficiunt*, a. *conficiunt*, d. — *ut*, Pint. et Schneid. l. l. IV. 6, 5. T. II. p. 484. *aut*, S T a d (lib. optimus ap. Salm. exerc. p. 806. b. A.) γ. *aut cum*, Barbar. β. — *spongeis*, S T a d. *spongiae*, lib. optimus Salmas.

§ 137. *in terra*, Barbar. Ceterum v. Theophr. h. pl. IV. 6, 6. — *cunctae*, a. — *et*, T a d. *etiam*, β. — *linas*, a d[1]. — *urinantibus. quae et*, a. *urinantibus. Quaedam et*, d. *naufragis urinantibusque et aliae*, Pint. mediis omissis.

§ 138. *vitis*, codd. Barbari. *vilis*, a d. — *sed et*, K. — *ficus*, a K (codd. Bar-

Fit et palma fruticum generis. Extra Herculis columnas
porri fronde nascitur frutex et alius lauri ac thymi, qui
ambo eiecti in pumicem transfigurantur.

50. At in oriente mirum est statim a Copto per solitu- 139
dines nihil gigni praeter spinam quae sitiens vocatur, et
hanc raram admodum, in mari vero rubro silvas vivere, lau-
rum maxume et olivam ferentem bacas et cum pluat fun-
gos qui sole tacti mutantur in pumicem. Fruticum ipsorum
magnitudo ternum cubitorum est, caniculis referta, vix ut
prospicere e nave tutum sit, remos plerumque ipsos inva-
dentibus.

51. Qui navigavere in Indos Alexandri milites frondem 140
marinarum arborum tradidere in aqua viridem fuisse, ex-
empta sole protinus in salem arescente; iuncos quoque la-
pideos perquam similis veris per litora et in alto quasdam
arbusculas colore bubuli cornus ramosas et cacuminibus ru-
bentis, cum tractarentur vitri modo fragilis, in igni autem
ut ferrum inardescentis, restinctis colore suo redeunte. Eo- 141
dem tractu insularum silvas operit aestus, quamquam altiores
platanis populisque altissimis. Folia iis laurea, flos violae et
odore et colore; bacae ut oleis et ipsae odoris iucundi, au-
tumno nascentes, foliis numquam deciduis. Harum minores

bari.) *phycos*, d. — *foliis*, a d. *spoliis*, β. — *Fit et*, a d. *Est et ibi*, K. — *lauri*, S T. *lauro*, a d. *lauro et thymo similis*, Barbar. Alia vult Pint. — *ac*, a d. *et*, β γ. — *pumice*, a d.

§ 139. *cocto*, d. V. Theophr. l. l. IV. 7, 1. — *olivas*, d. — *ferentes*, a. *ferentibus*, d. — *cum pluat*, d. *conpluat*, a. — *pumice*, d. — *ternum cubitorum est*, θ T a d. *ternorum est cubitorum*, β. — *cuniculis*, a^2. — *referta*; post h. v. excidisse *maria* suspicatur Pint. ex Theophr. l. l. IV. 7, 2. Mihi probabilius videtur scribendum esse *referto*, ita ut ex superioribus *mari* suppleatur. — *vis ut*, a d. *ut vix*, β γ. — *prospicere*, codd. Gel. *rospicere*, a^1. *respicere*, K a^2 d. — *e*, om. a. — *nave*, a^2 d. *nive*, a^1. *navi*, β γ. — *tortum*, a d. — *invadentibus*, Barbar. d. *invadentium*, a.

§ 140. *navigavere*, T a d. *navigare*, β. V. Theophr. l. l. IV. 7, 3. — *ex Indis*, Pint. *ab Indis*, Dalec. *in Indo*, Freinshem. ad Curt. IX. 9, 20. — *exemta* et *arescente*, a d. *exemtam* et *arescentem*, β γ. Sed alii quoque apud Plinium loci inveniuntur, ubi ablativi absoluti ponuntur loco participii praedicati; v. 2, 193. *Praecedit sonus — — exilius grassante —, eodem rauco — resultante — fremente — fluctuante — fervente*; 8, 129. *Procedunt vere, sed mares praepingues, cuius rei causa non prompta est, quippe ne somno quidem saginatis*; v. Haas. ad Reisig. schol. grammat. Lat. § 431. p. 759. sqq. — *simili*, a d. — *ramosa*, a d. — *cum tractarentur*, d. *contractarentur*, a. Mihi *cum contract.* scribendum videtur, quia hoc verbum ad sequentia quadrat. — *igni*; a d. *igne*, β γ.

§ 141. *iis*, d. *his*, T. Om. a. — *laurea*, θ T a d r. *lauri*, β γ. — *ipse*, a^2. *ipsa*, a^1 d. — *autumni*, a d.

*

totas integit mare; maxumarum cacumina exstant, ad quae naves religantur et, cum recessit aestus, ad radices. Alias quoque arbores in alto ab eisdem accepimus eodem in mari visas, semper folia retinentis, fructu earum lupino simili.

52. Iuba tradit circa Trogodytarum insulas fruticem in 142
alto vocari Isidis crinem, curalio similem sine foliis, praecisum mutato colore in nigrum durescere, cum cadat frangi; item alium qui vocetur chariton blepharon, efficacem in amatoriis; spatalia eo facere et monilia feminas; sentire eum se capi durarique cornus modo et hebetare aciem ferri; quod si fefellerint insidiae, in lapidem transfigurari.

adquę, a[1]. *atquę*, a[2]. *atque*, d. — *recess* cum spatio quattuor litterarum, a. — *aestas*, d. — *similem*, d.

§ 142. *Isidis*, θTad. *Isidos*, β. — *crinem*, θTad. *plocamon*, Barbar. β. — *curalio*, ad. *corallio*, βγ. — *vocetur*, θTad. *vocatur*, βγ. — *chariton blepharon*, θT. *charitonolepharon*, ad. *charitoblepharon*, βγ. — *spatalia*, Salmas. exerc. p. 537. a. G. atque ita a. *spathalia*, dβγ. — *hebetari*, a.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XIV.

SECT. 1. Externae arbores indocilesque nasci alibi quam § 1
ubi coepere, et quae in alienas non conmeant terras, hacte-
nus fere sunt licetque iam de conmunibus loqui quarum
omnium peculiaris parens videri potest Italia. Noscentes tan-
tum meminerint naturas earum a nobis interim dici, non
culturas, quamquam et colendi maxuma in natura portio est.
Illud satis mirari non queo, interiisse quarundam memoriam 2
atque etiam nominum quae auctores prodidere notitiam. Quis
enim non conmunicato orbe terrarum maiestate Romani in-
peri profecisse vitam putet conmercio rerum ac societate
festae pacis omniaque etiam quae ante occulta fuerant in
promiscuo usu facta? At Hercules, non reperiuntur qui norint 3

Ad hunc librum toti sunt excussi acd (in c lacuna est a § 73—92. et codex prorsus desinit in § 124.), passim adhibitus D, cuius lectiones, cum in longe plurimis cum ceteris codicibus conspiret, tum demum adnotavi, ubi ab illis discedebant.

§ 1. *quam*, d². *quae*, acd¹. — *fere narratae sunt*, Dalec. — *maxima*, d. *maxime*, acrγ.

§ 2. *interisse*, β. — *ante occulta*, acd. *occulta ante*, βγ.

§ 3. *Hercules*, Tacd (codd. Oudend. ad Appul. metam. p. 180.) *Hercule*, β. — *non*, ac. *nunc*, Td. — *norint*, a. *norunt*, Tcd. In his verbis corruptela latere videtur, cum tota enuntiationis conformatio potius positivam

multa ab antiquis prodita; tanto priscorum cura fertilior
aut industria felicior fuit, ante milia annorum inter prin-
cipia litterarum Hesiodo praecepta agricolis pandere orso
subsecutisque non paucis hanc curam eius, unde nobis cre-
vit labor, quippe cum requirenda sint non solum postea in-
venta verum etiam ea quae invenerant prisci, desidia rerum
internecione memoriae indicta. Cuius somni causas quis alias 4
quam publicas mundi invenerit? Nimirum alii subiere ritus
circaque alia mentes hominum detinentur et avaritiae tantum
artes coluntur. Antea inclusis gentium inperiis intra ipsas
ideoque et ingeniis quadam sterilitate fortunae necesse erat
animi bona exercere regesque innumeri honore artium cole-
bantur et in ostentatione has praeferebant opum, inmortali-
tatem sibi per illas prorogari arbitrantes, quare abundabant
et praemia et operae vitae. Posteris laxitas mundi et rerum 5
amplitudo damno fuit. Postquam senator censu legi coeptus,
iudex fieri censu, magistratum ducemque nihil magis exor-
nare quam census, postquam coepere orbitas in auctoritate
summa et potentia esse, captatio in quaestu fertilissimo ac
sola gaudia in possidendo, pessum iere vitae pretia omnes-
que a maxumo bono liberales dictae artes in contrarium ce-
cidere ac servitute sola profici coeptum. Hanc alius alio 6
modo et in aliis adorare, eodem tamen habendique ad spes
omnium tendente voto; passim vero etiam egregii aliena
vitia quam bona sua colere malle. Ergo, Hercules, voluptas
vivere coepit, vita ipsa desiit. Sed nos oblitterata quoque 7
scrutabimur nec deterrebit quarundam rerum humilitas, sicut

quam negativam sententiam flagitet; hinc Plinium scripsisse puto: *At Hercules, nunc reperiuntur qui ignorent multa ab antiquis prodita*, quibus iam sequentia optime concinunt. Vulgata si retineatur, certe *multa* delendum. — *tantum*, K. — *agricolis*, θ a c d. *agricolae*, β. — *internicione*, T. — *indicta*, θ T a c d. *inducta*, Barbar. β γ. *Indicere* h. l. idem quod *edicto imponere*. Liv. 1, 60. *Tarquinio exsilium indictum*. Suet. Calig. 26. *Caligula horreis clausis populo famem indixit*. Ceterum de synchysi verborum v. ad 2, 110.

§ 4. *somni*, codd. Barbari. *summi*, a c. *vitii*, T d. — *aliis subire*, d. — *videoque*, a c d. — *ingentis*, a c. — *regesque*, a c d (Murbac.) *reges*, r. — *ostensione*, c. — *opem*, T a c d. *opem et*, r. *opes*, K. — *praerogari*, r. — *opera*, Dalec.

§ 5. *nihil*, c. *nil*, a d β. — *que*, c. — *potentiae*, d. — *profici coeptum*, codd. Bud. de asse p. 244. *profici coeptae*, a r. *profici coeptam*, c d. *perfici coeptae*, Hard. γ.

§ 6. *Hanc* — *adorare* omitt. codd. Bud. — *habendique ad spes*, θ T a c d (Murbac.) *habendi quaestu ad spes*, r. *habendi quo eat spes*, codd. Bud. β. Alia tentant Pint. et Dalec. — *Hercule*, β.

nec in animalibus fecit, quamquam videmus Vergilium praecellentissimum vatem ea de causa hortorum dotes fugisse et e tantis quae retulit flores modo rerum decerpsisse, beatum felicemque gratiae, xv omnino generibus uvarum nominatis, tribus oleae, totidem pirorum, malo vero tantum Assyrio, ceteris omnibus neglectis.

2. Unde autem potius incipiamus quam a vitibus? qua- 8
rum principatus in tantum peculiaris Italiae est ut vel hoc
uno omnia gentium vicisse quam odorifera possit videri bona,
quamquam ubicumque pubescentium odori nulla suavitas prae-
fertur. CAP. I. Vites iure apud priscos magnitudine quoque 9
inter arbores numerabantur. Iovis simulacrum in urbe Populonio ex una conspicimus tot aevis incorruptum, item Massiliae pateram; Metaponti templum Iunonis vitigineis columnis stetit; etiam nunc scalis tectum Ephesiae Dianae scanditur una e vite Cypria, ut ferunt, quoniam ibi ad praecipuam amplitudinem exeunt. Nec est ligno ulli aeternior natura; verum ista ex silvestribus facta crediderim.

3. Hae vites tonsura annua coercentur et vis earum omnis 10
evocatur in palmites aut deprimitur in propagines sucique tantum gratia exire sinitur pluribus modis ad caeli mores solique ingenia. In Campano agro populis nubunt maritasque conplexae atque per ramos earum procacibus bracchiis geniculato cursu scandentes cacumina aequant, in tantum sublimes ut vindemitor auctoratus rogum ac tumulum ex-
cipiat. Nulla fine crescunt dividique aut potius avelli ne- 11
queunt. Villas et domos ambiri singularum palmitibus ac sequacibus loris memoria dignum inter prima Valerianus

§ 7. *ne*, c. — *videmus*, om. a. — *Vergilium*, georg. 4, 147. — *excellentissimum*, T. — *et e*, codd. Hard. *et*, θc. *e*, Tadβ. — *tantis*, acd. *tantisque*, β. — *omni*, a. — *tribolae*, a. *tribule*, cd.

§ 8. *incipiamus*, Tacd. *incipiemus*, βγ. — *una omnium*, c. — *quam*, Tacd (Murbac.) *quamquam*, β. — *praeferatur*, T.

§ 9. *Populonio*, θSTacd (Rigalt. et Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 574. a. D.) *Populonia*, β. — *una e vite*, Salmas. *unae vitae*, Thuan. ap. eund. *una vite*, acdγ. *vite una*, β. — *altitudinem*, T. — *materia*, K.

§ 10. *Hae*, acr. *quando hae*, dβ. *mites* vel *Hae mites*, Salmas. — *exire sinitur pluribus*, Salmas. *exisse inturibus*, c (omnes codd. Salmas.) *ex his est pluribus*, d. *exisse turibus*, a. — *ramos*, ac. *annos*, d. — *vindemitor*, θacd. *vindemiator*, β.

§ 11. *Nulla*, acd. *Nullo*, βγ. — *crescent*, acd. — *an*, a. — *velli nequeunt*, a. Omitt. cd. — *loris memoria*, codd. Hard. *loris quoque memoria*, acβ. *loris quodque memoria*, Td. *loris memoria quoque*, K. — *dignum Valer. Corn.*, K.

quoque Cornelius existumavit. Una vitis Romae in Liviae porticibus subdialis inambulationes umbrosis pergulis opacat, eadem duodenis musti amphoris fecunda. Ulmos quidem ubi- 12
que exsuperant, miratumque altitudinem earum Ariciae ferunt legatum regis Pyrri Cinean facete lusisse in austeriorem gustum vini, merito matrem eius pendere in tam alta cruce. Rumpotinus vocatur et alio nomine opulus arbor Italiae Padum transgressis, cuius tabulata in orbem patula replent puroque perductae dracone in palmam eius inde in subrectos ramorum digitos flagella dispergunt. Eaedem mo- 13
dici hominis altitudine adminiculatae sudibus horrent vineamque faciunt, et aliae inprobo reptatu pampinorumque peritia domini discursu atria media conplentes. Tot differentias vel sola tantum Italia recipit. Stat provinciarum aliquarum per se vitis sine ullo pedamento, arcus suos in se colligens et

lunae, r. — *porticibus*, Tacdr. *portibus*, β. — *subdivales*, r. — *pergulis*, STacd (codd. Gel. et Turnebi adv. 24, 26.) *operculis*, r.

§ 12. *Ulmi*, ar. — *exsuperant*, d. *exuberant*, acr. — *Rumpotinus*, d. *Rumtinus*, ac. *Rumbotinus*, β. — *opulus*, Dalec. ex Colum. V. 7, 1. *populus*, acdβγ. V. Schneid. ad Colum. l. l. p. 263. sq. — *perductae*, θTacd. *perducto*, codd. Turn. *producto*, β. — *in subreptus*, acd. *sub rectos*, codd. Turn.

§ 13. *Eadem*, c. — *hominis altitudine*, cd. *homines*, a. — *aliae*, codd. Hard. (?). *alia*, ac. *aliam*, d. — *pampinorumque*, acd. *pampinorumque superfluitate*, β. — *peritiam damna*, acd. *peritia hominis*, K. — *discursu*, acd. *amplo discursu*, βγ. — *complent*, Dalec. Magnam in hac periodo grassari corruptelam multa docent, et primum quidem verba *et aliae* — *complentes* iusta structura carent, unde Dalecampii interpolatio orta; deinde ipsum *et aliae* praeter omnem usum dicitur, tum verba *vineamque faciunt* nullo modo prioribus verbis conveniunt, quibus tamen sunt coniuncta. Nam quomodo vites, quae sudibus horrent, vineam facere dici possunt, cum h. l. non de pluribus, sed de singulis vitibus sit sermo, id quod, nisi per se pateret, ex verbis sequentibus clarissime prodit, ubi pariter non de pluribus vitibus, sed de vitium natura universa dicitur? Has vero ineptias, quas omissis modo vv. *superfluitate* et *amplo*, ut quae in nullo codice exstent, intactas reliqui, ut et liberum arbitrium lectoribus permitterem et rationem emendationis melius explicarem, interpolationibus librariorum et editorum vetustissimorum deberi docent codicum lectiones supra allatae, e quibus locus ita refingendus est: *Eaedem modici hominis altitudine adminiculatae sudibus horrent vineamque faciunt e talea improbo reptatu pampinorumque proiecta in scamna discursu atria media complentes.* Plin. scilicet, postquam in superioribus varias rationes, quibus vites surgebant et ducebantur, descripsit, iam maxime diversas duas rationes naturae earum addit, ut aut singulae horreant, quod etiamnum in nostris vineis usitatum est, aut in impluvio tota atria compleant. Hoc ultimum suo more ita exornat, ut vitem ex talea crescentem id efficere dicat; opponit igitur vineam parvae taleae, quibus sibi oppositis miraculum rei clarius reddit. Mutatio vero nostra paene nulla est, si litterarum ductus, quales sunt in codicibus, inspexeris; *taleam* vero de vitibus quoque dici docet Columella III. 17, 1. et praepositio *ex* in mutationibus rerum eodem modo a Plinio usurpata invenitur 7, 36. Ex hac vero talea pampini discurrunt in scamna pro-

brevitate crassitudinem pascens. Vetant hoc aliubi venti, ut 14
in Africa et Narbonensis provinciae partibus. Excrescere
ultra suos pollices prohibitae semperque pastinatis similes
herbarum modo vagantur per arva ac sucum terrae passim
uvis bibunt, quae ob id magnitudinem infantium puerorum
in interiore parte Africae exsuperant. Vina non alibi tri-
stiora, sed uva non alibi gratior callo, unde possit invenisse
nomen durus acinus. Namque genera magnitudine, colore, 15
saporibus acini innumera etiamnum multiplicantur vino. Hic
purpureo lucent colore, illic fulgent roseo nitentque viridi;
candicans enim nigerque volgares; tument vero mammarum
modo bumasti, praelongis dactyli porriguntur acinis. Est et
illa naturae lascivia ut praegrandibus adhaereant parvi, mi-
tes, suavitate certantes; leptorragas has vocant. Durant aliae 16
per hiemes, pensili concamaratae nodo; aliae in sua tantum

iecta. *Scamna* notum est dici ramos arborum, quarum in genere sunt vites, in transversum ita extentos et proiectos, ut iis insidere possis (v. 12, 11. 17, 201. et potissimum, quia ibi de ipsis vitibus sermo est, 17, 208.); talia vero scamna, quae nullo fulcro utuntur, optime proiici dicuntur. Fundus huius significationis est in architectura; v. Cic. Top. 4, 24. *quod parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur, ex quo in tectum eius, aedes qui protexisset, aqua deflueret*, coll. vet. gloss.: *Proiecta tecta ἀνατεταμένα, ἀνάτασιν ἔχοντα ἐπ' οἰκίας*, et: *Proiectum τὸ ἐξέχον, ὥστε ἐπιτίθεσθαι αὐτῷ ἐξωστήν*, Iavoleno in Dig. L. 16, 242. „Inter *proiectum* et *immissum* hoc interesse ait Labeo, quod *proiectum* esset id quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret, qualia maeniana et suggrundia essent, *immissum* autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quae immitterentur." Praepositio denique *in*, quae in *peritiaM* latet, ex usu Plinii de eventu rei dicitur, qui praegressa alia re efficitur; discurrit vitis ita, ut inde scamna porrigantur. Vid. 27, 94. *folium in pampinos torquetur*, coll. ad 32, 111. His iam expositis nihil superesse videtur, nisi ut Beckerum in Gallo II. p. 166. ed. 2. *per itinera domus*, Bergkium autem ibidem *peristylia domus amplae discursu et atria media complent* coniecisse commemoremus. — *tantum*, om. T. — *arcus*, cd. *artus*, aβγ. — *brevitatem crassitudine pensans*, Dalec.

§ 14. *alicubi*, r. — *et*, acd. *et in*, βγ. — *senos*, Dalec. — *prohibitae*, a. *prohibiti*, c. *prohibentes*, Td. — *semperque per se natis*, Pint. *putatis*, Dalec. — *puerorumque*, T. — *parte Africae*, acd. *Africae parte*, βγ. — *Vina*, DTacd. *Uva*, βγ. — *alibi*, θDTacd. *aliubi*, β. — *tristiora sed uva non alibi*, D ad marginem prioris vocis *alibi*. Omitt. acdβγ. — *gratior*, ac. *gratiora*, Td. *crassiori*, codd. Turn. — *callo*, Tacd. *collo*, β. *exsuperant, non alibi gratiore callo*, Hand. Tursell. 1, 277. — *unde*, T. *inde*, acd. *ut inde*, βγ. — *durus acinus*, θTad. *duratinus*, c. *duracina*, βγ. Quaeri potest, annon ex c legendum sit *duracinus*, substantivum adhuc incognitum.

§ 15. *acini*, Tad. *acina*, c. *acinis*, βγ. — *Huic*, d. — *dactylis*, d. — *Est et*, acd. *Est*, γ. — *adhaerent aut p comites*, d. *Comites* habet etiam T. — *mites*, acd. *mites et*, βγ. — *leptorragas*, c. *lectorrogas*, d. *leptorogas*, a. *leptoragas*, βγ.

§ 16. *hiemes*, θT. *hiemis*, cd. *hiemem*, aβ. — *concamaratae*, acd. *concameratae*, rβγ. *conglomeratae*, K. — *nodo*, acdK. *modo*, r. *pensiles, congeminatae nodis*, Dalec. *pensilium concameratae modo*, Scalig. ad Varr. de re rust. I. 59, 3.

continentur anima ollis fictilibus et insuper doliis inclusae, stipatae vinaceis circumsudantibus. Aliis gratiam qui et vinis fumus adfert fabrilis; quae in ea gloria praecipua in fornacibus Africae, Tiberi Caesaris auctoritas fecit; ante eum
Raeticis prior mensa erat et uvis Veronensium agro. Quin 17
et a patientia nomen acinis datur passis. Conduntur et musto uvae ipsaeque vino suo inebriantur; aliae decocto in musto dulcescunt, aliae vero subolem novam in ipsa matre exspectant tralucidae vitro, additque acinis eandem quam in doliis amphorisve duratricem illam firmitatem austeritas picis
infusa pediculo. Iam inventa vitis per se in vino picem re- 18
sipiens, Viennensem agrum nobilitans, Arverno Sequanoque et Helvico generibus non pridem inlustrata atque Vergili
vatis aetate incognita, a cuius obitu xc aguntur anni. Quid 19
quod inserta castris summam rerum inperiumque continet centurionum in manu vitis et opimo praemio tardos ordines ad lentas perducit aquilas atque etiam in delictis paenam ipsam honorat? Nec non vineae oppugnationum dedere rationem; nam in medicaminibus adeo magnum optinent locum ut per sese vino ipso remedia sint.

II. 4. Genera vitium numero conprehendi posse unus exi- 20
stumavit Democritus, cuncta sibi Graeciae cognita professus; ceteri innumera atque infinita esse prodiderunt, quod verius adparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maxume insignia;

doliis, ad. *doliis fictilibus*, θc. *foliis*, codd. Barbari. — *vinis*, ad. *vini*, Ambr. I. II. *viniae*, c. — *fabiles*, c. — *quae in ea gloria praecipua*, θ. *que in ea gloria praecipua*, acd. *que in eis gloria praecipua*, codd. Rezz. *iisque gloriam praecipuam*, Barbar. βγ. — *uvis*, Barbar. *ullis*, Tacd. *Tullis* vel *visulis*, Hard., quorum posterius probat Cellar. geogr. ant. 1, 424. *adultis in*, Unger. de Valgio Rufo p. 290. Latere sane videtur nomen gentile uvae cuiusdam nobis ignotum. — *Veroniensium*, ac. *quero mentium*, Td. — *agri*, Dalec.

§ 17. *a*, Td. Omitt. acβ. — *mustae*, a. — *decocto*, θc. *decoctae*, adβγ. — *nova*, ac. — *ipsa matre*, cd. *matre ipsa*, aβγ. — *tralucidae*, ac. *translucidae*, dβγ. *translucido*, Dalec. — *adsitque*, ac. — *eandem quam*, a. *tandem quam*, Kd. *tandemque*, c.

§ 18. *vitis*, acd. Omitt. rγ. — *resipiens Viennensi agro. Nobilitas Arverno*, K. — *aburno*, a¹cd. *taburno*, a². — *Sotanoque*, acd. — *Ellinco*, acd. — *pridem hanc*, acd. — *illustratam*, d. — *atque*, acd. *Atque haec*, βγ. — *VC*, codd. Rezz. At v. Petav. de doctr. temp. II. p. 274.

§ 19. *Qui*, a. — *inserta*, θTacdr (codd. Turn.) *insertae*, βγ. — *continet*, Tr. *continent*, θacd (codd. Turn.), ita ut vulgo βγ post h. v. plene interpungatur et a voce *Centurionum* nova periodus incipiat. At priora verba cum sequentibus arcte esse coniungenda et singularem numerum et in participio *inserta* et in verbo *continet* esse praeferendum docet copula *et*, quae in vulgata scriptura

quippe totidem paene sunt quot agri, quamobrem celeberri-
mas vitium aut quibus est aliqua proprietate miraculum osten-
disse satis erit. Principatus datur Amineis firmitatem propter 21
senioque proficientem vini eius utique vitam. Quinque earum
genera; ex his germana minor acino melius deflorescit, im-
bris tempestatesque tolerat, non item maior, sed in arbore
quam in iugo minus obnoxia. Gemellarum, quibus hoc no-
men uvae semper geminae dedere, asperrimus sapor sed
vires praecipuae. Ex iis minor austro laeditur, ceteris ventis 22
alitur, ut in Vesuvio monte Surrentinisque collibus, in reli-
quis Italiae partibus non nisi arbori adcommodata. Quintum
genus lanatae, ne Seras miremur aut Indos; adeo lanugo
eam vestit; prima ex Amineis maturescit ocissimeque putre-
scit. Proxuma dignitas Nomentanis rubente materia, qua- 23
propter quidam rubellas appellavere vineas. Hae minus fer-
tiles, vinaceis et faece nimia, contra pruinas fortissimae,
siccitate magis quam imbre, aestu quam algore vexantur,
quamobrem in frigidis umidisque principatum optinent; fer-
tilior quae minor acino et folio scissa minus. Apianis apes 24
dedere cognomen, praecipue earum avidae; ex iis duo ge-
nera. Lanugine et ipsae pubescunt; distant, quod altera ce-
lerius maturescit, quamquam et altera properante. Situs fri-
gidus non respuitur, et tamen nulla celerius maturescit;
imbre putrescunt. Vina primo dulcia austeritatem annis

explicari nullo modo potest. — *levatas*, K. *laetas*, Lips. de milit. Rom. 2, 8. p. 93. — *deltis*, acd. — *pene*, a. — *oppugnationem*, cd. — *de*, acd. — *ratione*, a. — *vino ipso*, cd. *vina ipsa*, Sr. *vinum ipsum*, a.

§ 20. *posse*, om. K. — *ex*, acd. *in*, T. — *maxima*, a. — *quippe*, acd. *quippe quae*, βγ.

§ 21. *Aminnos*, ac. *iam in nos*, d. — *firmitatem propter*, c. *infirmitatem propter*, d. *propter firmitatem*, aβγ. — *senioque*, d (codd. Barbari). *senique*, c. *sineque*, a. — *perficientem*, codd. Barbari. — *vim*, ST. — *utique*, STacd. *ubique*, codd. Barbari, β. — *his*, cd. *iis*, aβγ. — *minus*, c. — *acino*, acd. *ac in*, r. *ocius et*, Schneid. ad Colum. III. 2, 7. (ex optimis codd.?), sed ad § 9. in vulgata acquiescit. — *melius*, Tacdr. *melior*, β.

§ 22. *Seras*, acd. *Seres*, β.

§ 23. *rebellas*, c. — *Hae*, θac. *e*, d. *Eae*, β. — *vinaceis*, θTacdr. *vino, acinis*, Barbar. et Schneid. ad Colum. III. 2, 14., β. — *nimia*, θacr. *nimie*, Td. *nimiae*, β.

§ 24. *iis*, c. *his*, ad. *eis*, βγ. — *ipsae*, r. *ipse*, Tacd. *ipsa*, βγ. Interpunxi post v. *genera*, quae hucusque ad sequentia referebatur. *avidae. Lanugine et ipsae pubescunt. Ex his duo genera. Distant*, Pint. — *frigidus*, acd[1]. *frigidos*, d[2]βγ. Post hanc vocem *iis* excidisse videtur. — *respuitur*, a. *respuuntur*, c. *respuunt*, dβγ. — *nulla*, arγ (vitio operarum.) *nulle*, cd. *nullae*, β. — *maturescit*, ar. Omitt. cdβγ. V. Schneid. ad Colum. III. 2, 17.

accipiunt. Etruria nulla magis vite gaudet. Et hactenus po-
tissima nobilitas datur peculiaribus atque vernaculis Italiae;
ceterae advenere Chio Thasove. Graecula non inferior Ami- 25
neis bonitate, praetenera acino et uva tam parva ut nisi
pinguissimo solo colere non prosit. Eugeniam Tauromenitani
colles cum generositatis cognomine misere Albano tantum
agro, quoniam translata statim mutatur; namque est aliquis
tantus locorum amor ut omnem in iis gloriam suam relin-
quant nec usquam transeant totae. Quod et in Raetica Allo- 26
brogicaque quam supra picatam appellavimus evenit, domi
nobilibus nec adgnoscendis alibi. Fecundae tamen bonitatis
vice copiam praestant, eugenia ferventibus locis, Raetica
temperatis, Allobrogica frigidis, gelu maturescens et colore
nigra. Ex his quas adhuc diximus, sed etiam e nigris vina
vetustate in album colorem transeunt. Reliquae ignobiles; 27
aliquando tamen caeli aut soli opera non fallunt vetustatem,
sicuti Fecenia et cum ea florens Biturigiaca acino rarior,
numquam floris obnoxii, quoniam antecedunt ventisque et
imbribus resistunt, meliores tamen algentibus locis quam ca-
lidis, umidis quam sitientibus; visula ..... magis quam denso
uvarum partu, inpatiens variantis caeli sed contra tenorem
unum algoris aestusve constans. Quae minor est ex eo ge- 28
nere melior; in eligendo solo morosa pingui putrescit, gra-
cili omnino non provenit; mediam temperiem delicate quaerit,
ob hoc Sabinis collibus familiaris. Uva eius indecora visu,
sapore iucunda; nisi matura protinus rapitur, etiam non pu-

Etruria, θ T d (cod. Manut. ap. Mercur. var. lect. 4, 6.) *etrubria*, c. *et rubra*, a. *et rubra fiunt*, β. — *vite*, T a c d. *vitae*, β. — *datur*, a c d. Om. γ. — *vernalis*, a. — *Cetera*, c d. — *Thasiove*, a c d. *Ceterae advenae. E Chio Thasove Graecula*, Pint. Verba *Ceterae* — *Thasove* om. Schneid. ad Colum. III. 2, 17.

§ 25. *interior*, a c. — *bonitatem*, θ. — *penetrare*, c. — *colere*, T a c d (codd. Gel.) *coalere*, r (codd. Barbari.) *coalescere*, K. *colore*, β. — *prosit*, T a c d (codd. Gel.) *possit*, K r (codd. Barbari.) — *Tauromenitani*, a c d. *Taurominitani*, β γ. — *aliquis*, a c d. *aliquibus*, β γ. — *omnem in iis*, θ. *omneminis*, d. *omneminus*, a c. *omnem in his*, β γ. — *transeunt*, d.

§ 26. *supra* § 18. — *colore transeunt*, θ.

§ 27. *Reliqua*, θ. — *solis*, a r. — *Biturigiaca*, T c^2 d. *Bituriaca*, θ a c^1. *Biturica*, β γ, Colum. III. 2, 28. 21, 3. et Isidor. origg. XVII. 5, 22. — *floris tempestatibus obnoxii*, *quoniam folia antecedunt*, Dalec. — *visula*, Hard. *vis ulla*, a c. *vix ulla*, d β. — *quam*, T a c d r. *tam*, β. *visula condenso*, Dalec. Sed rectius cum Schneid. ad Colum. III. 2, 21. statuitur aliquid excidisse, unde ego signa lacunae posui, quamquam de ratione eius explendae nihil certi statui potest. *materia magis quam*, Hard. *multo magis quam*, Brot. — *caeli*, omitt. a c.

§ 28. *ab hoc*, d. — *rapitur*, θ T a c d. *rapiatur*, β.

trescens cadit; contra grandines eam tuetur foliorum am-
plitudo atque duritia. Insignes iam colore inter purpureas 29
nigrasque medio helvolae, saepius varianti et ob id varianae
a quibusdam appellatae. Praefertur in his nigrior; utraque
alternis annis fertilis, sed melior vino, cum parcior. Et pre-
ciae duo genera magnitudine acini discernuntur, quibus ma-
teries pluruma uvaque ollis utilissima, folium apio simile.
Basilicam Durrachini celebrant, Hispaniae cocolobin vocant; 30
rarior uva aestus austrosque tolerat, capiti inimica, copia
larga. Hispaniae duo genera eius faciunt, unum oblongo
acino, alterum rotundo; novissimas vindemiant. Quo dulcior
est cocolobis, hoc melior; sed et austera transit in dulcem
vetustate et quae dulcis fuit in austeritatem; tunc Albano
vino aemulantur. Tradunt vesicae vitiis utilissimum ex his 31
potum. Albuelis summis arboribus fertilior est, visula imis,
quamobrem circa easdem satae diversitate naturae locuple-
tant. Inerticulam e nigris appellavere, iustius sobriam dicturi,
inveterato praecipue conmendabilem vino sed viribus in-
noxiam, siquidem temulentiam sola non facit. Fertilitas con- 32
mendat ceteras principemque helvennacam. Duo eius genera:
maior quam quidam longam, minor quam emarcum appel-
lant, non tam fecundam sed gratiorem haustu; discernitur
folio circinato, verum utraque gracilis. Furcas subdere his
necessarium, alioqui ubertatem suam non tolerant; maritimo
adflatu gaudent, roscida odere. Nulla vitium minus Italiam 33
amat, rara, parva, putrescens in ea, vino quoque quod ge-
nuit aestatem non exsuperans; nec alia macro solo familia-

§ 29. *variant*, Dalec. — *Preciae*, ac. *Graeciae*, Td. — *differunt*, Td. — *similis*, ac.

§ 30. *balischam*, a. *baliscam*, Tcd. V. Schneid. ad Colum. III. 2, 18. — *est*, θTacd. Omitt. βγ. — *cocolobis*, a. *coccolobis*, cd. *coccolibis*, T. *cocabolis*, θ. — *sed et*, ad. *sed*, c. — *vetustatem*, Dalec. — *tunc*, θacdr. *tuncque*, β. — *Albano vino*, θcd (codd. Gel.) *Albanum vinum*, arγ. V. Haas. ad Reisig. schol. grammat. Lat. p. 667.

§ 31. *visula imis*, c. *vixula imis*, d. *visu*, a.

§ 32. *praecipueque*, Dalec. — *helvennacam*, Td. *helvennaicam*, a. *aelvennaicam*, c. *helvenacam*, β. *helvenaicam*, γ. — *quidam — quam* om. c. — *emarcum*, Hard. ex Colum. III. 2, 25. *marcum*, Tcd. *arcum*, r (codd. Barbari.) *arcam*, β. — *circinatu*, ad. *folii circinatu*, Brot. — *subdere his*, d. *subderens*, c. *subterens*, a. — *necessario*, a. — *alioquin*, a. — *roscida odere*, Dalec. c. *roscida odore*, Td. *roscido odere*, a. *roscido odore*, β.

§ 33. *amat; uva rara*, Dalec. — *vinum*, a. — *exsuperans*, d. *exui errans*, a. *exui erans*, c. *exit errans*, r.

rior. Graecinus, qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit,
arbitratur non naturam eius repugnare Italiae sed culturam
avide palmites evocantium; ob id fertilitate sua absumi, si
non praepinguis soli ubertas lassescentem sustineat. Car-
bunculari negatur, magna dote, si verum est aliqua in vite
caelo non esse ius. Aestum fert spionia quam quidam spi- 34
neam vocant autumnisque et imbribus pinguescit; quin immo
nebulis una alitur, ob id Ravennati agro peculiaris. Veni-
culam inter optume deflorescentis et ollis aptissimam Cam-
pani malunt scirculam vocare, alii staculam, Tarracina nu-
misianam nullas viris proprias habentem, sed totam perinde
ac solum valeat; Surrentinis tamen efficacissima testis Ve-
suvio tenus. Ibi enim Murgentina e Sicilia potissima quam 35
Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem, sicut hor-
conia in Campania tantum; e diverso argeica Vergilio ar-
gitis dicta ultro solum laetius facit, ipsa contra imbris et

fertilitate sua, Dalec. *fertilitatem suam*, acd$\beta\gamma$. — *si non*, ac. *nisi*, Td. — *Carbunculare*, d. — *eius*, d.

§ 34. *et*, omitt. Tacd. — *imbribus*, Tac. *imbribusque*, d. *autumnique imbribus*, Pint. — *scirculam*, ac. *scicculam*, θ. *surculam*, Td. *sicculam*, r. *sirculam*, β. *scirpulam*, Barbar. — *sticulam*, Barbar. et Pontedera ad Colum. III. 2, 27. coll. § 81. — *Tarracini*, Ta. — *testes*, d.

§ 35. *Murgentina e*, d. *murgentin hac*, c. *murgentina*, a. — *potissima*, a. *potentissima*, Tcd. — *Lacto*, ac. *laco*, d. — *hornonia*, d. — *e diverso* — *annua*; haec verba habet unus D ad marginem vocis *vilitatis*, omittunt acd$\beta\gamma$. At ea ipsi Plinio deberi neque alicui librario docet cum ipse orationis habitus, tum laudatus Vergilius (ita in codice exaratus), coll. georg. 2, 99., ubi nulla vitis tot annos durare dicitur, quot argitis, quod repetit Plin. verbis *contra senectam fortissima*, quae apte comparari possunt cum verbis *contra pruinas fortissimae* § 23. Tum verba apud Plinium statim infra sequentia *tolerat et annos metica* omni sensu carent, nisi ad vv. *contra sen. fort.* referri possunt. Quod deinde ad dotes huius vitis attinet, Columella III. 2, 21. argitim dicit fertilem vastis materiis et uvis exuberantem, de vino nihil addens. Et quia adhuc de vitibus egerat, quae vino abundabant, nunc autem ad argitim transit, cuius uvae modo laudabantur, vini proventus perexiguus fuit, dicit Plin. *e diverso*, quae locutio ipsi est familiaris; v. 2, 135. 4, 9. 5, 56. 7, 166. 193. 8, 20. 19, 171. 30, 140. 34, 29. 35, 113. 37, 96. 105. Id vero quaeri potest, an nomen *argeica* recte Latinum dici possit; ipsa forma adversari videtur, neque dubito, quin apud Plinium scribendum sit *arcelaca „a multis argitis falso existimata"*, Colum. III. 2, 27. His causis motus verba supra posita pro Plinianis habens orationi inserui ita, ut post v. *tantum* interpungerem, quae adhuc ad sequentia referebatur. — *cibaria*, a. — *praecipuae*, d. — *metica*, a. *mettica*, Tcd. *merica*, θ. *moerica*, β. — *omne sidus*, codd. Gel. *oms idus*, d. *omnes sidus*, c. *omnes situs*, ar. — *in*, θacdr. Om. β. — *rufescentibus*, cd. *rubescentibus*, a$\beta\gamma$.

§ 36. *iis*, c. — *atque*, Scd. *aeque*, ar. — *etiam*, STacdr. *etiam eius*, $\beta\gamma$. — *nominis*, acd. *non minus*, S. *nec minus*, r. Multa in hoc loco esse corrupta docet

senectam fortissima, vino quidem vix annua, vilitatis cibariae sed ubertate praecipua. Tolerat et annos metica, contra omne sidus firmissima, nigro acino, vinis in vetustate rufescentibus..

III. Et hactenus publica sunt genera, cetera regionum lo- 36
corumque aut ex his inter se insitu mixta. Siquidem Tuscis
peculiaris est Tudernis atque etiam nominis Florentia. Est
opima Arretio talpona et etesiaca et consemina. Talpona
nigra candidum facit mustum; etesiaca fallax; quo plus tu-
lit, hoc laudabilius fundit mirumque fecunditate cessat; con- 37
semina nigra, vino minume durante, uva maxume; post xv
dies quam ulla alia metitur, fertilis sed cibaria. Huius folia
sicut labruscae prius quam decidant sanguineo colore mutantur; evenit hoc et quibusdam aliis pessumi generis argumento. Irtiola Umbriae Mevanatique et Piceno agro peculiaris est, Amiternino pumula; iisdem bannanica fallax est,

orationis conformatio; nam primum quidem nemo explicare poterit, quid sit illud *Tuscis peculiaris est nominis Florentia*, cui scilicet succurrere cum studerent, addiderunt *eius*, quod, cum pariter sit nihili et ex aperta interpolatione ortum, omisi. Deinde verba statim sequentia *est opima* non minus corruptelam produnt; primum enim verba ista ceteris cum splendoris aliqua specie praemissa, cui hic nullus prorsus est locus; deinde adversantur ea verbis sequentibus. Quomodo enim vites dici possunt opimae, quarum altera fallax, altera vino minime durante est? Tum h. l. ponendum fuit *sunt opimae*; postremo autem his verbis, uti iam leguntur, omnis orationis nexus turbatur. Plin. enim, qui iam vitium species secundum regiones enumerare vult, ab Etruria incipiens postea (§ 37.) ad alias Italiae partes transit. In Etruria vero nascebantur vites Tudernis, Florentia, tres Arretinae, et dativus *Arretio* eadem ratione a *peculiaris est* pendet, uti supra *Tuscis*. Hinc totus locus ita fere a Plinio scriptus fuisse videtur: *Tuscis peculiaris est Tudernis* (vitis) *atque etiam quae iam cognominis Florentiae est opima; Arretio* (peculiaris est) *talpona et etes.* etc. Vocabulum *opima* sine dubio corruptum est nomen alicuius vitis Tuscae olim ita dictae, quae iam Plinii tempore ab urbe Florentia, in cuius vicinia crevit, nomen acceperat. Si quem autem supplementum *quae iam* offendit, quod rem palaeographicam intuentes facile ferent, scribi poterit *Tudernis ac quae iam cogn.* rel., coll. ad 2, 200. Mihi tamen religio erat locutionem *atque etiam* loco suo movere, cum ea Plin. saepissime utatur; v. 2, 13. 14. 17. 24. 45. 234. 7, 5. 44. 89. 136. 171. 9, 21. 184. 11, 264. 12, 92. 13, 3. 15, 4. 52. 16, 34. 23, 72. 28, 8. 33, 96. De vv. *nomen* et *cognomen* inter se confusis v. Drakenb. ad Liv. epit. 6. p. 249. — *optima*, r. — *Arrentio*, a c d. — *talpona*, θ T a c d. *talpana*, βγ. Item infra. — *etesia*, T. *ctesia*, d. *tesiaca*, θ a c. — *consemina*, D c. *cum semina*, d. *consenta*, r. *conseminia*, βγ. De a non liquet. Item infra. — *Ctesiaca*, d. — *quo*, S T a c d. *quae quo*, βγ. — *tollit*, S a. — *hoc*, T a c d. *eo*, S βγ. — *miroque*, a. *miraque*, r. *miraque fecund. non cessat*, Dalec.

§ 37. *XII*, T. — *mittitur*, a c. — *sicuti*, d. — *lambruscae*, a. — *et*, θ T a c d. *etiam*, β. — *Irtiola*, a c d. *Irciola*, θ T. — *me vanitati*, c. — *popula*, r. *pumila*, Fée l. l. T. IX. p. 294. — *brannanica*, r.

amant tamen eam. Municipi uvam Pompeii nomine appel- 38
lant, quamvis Clusinis copiosiorem; municipi et Tiburtes
appellavere, quamvis oleagineam nuper invenerint a simili-
tudine olivae; novissima haec uvarum ad hoc tempus reperta
est. Vinaciolam soli noverunt Sabini et Laurenti; nam Gau-
rani scio e Falerno agro translatas vocari Falernas, celer-
rime ubique degenerantis. Nec non Tarentinum genus aliqui 39
fecere, praedulci uva; capnios et bucconiatis et tarrupia in
Thurinis collibus non ante demetuntur quam gelaverit. Paria
gaudent Pisae, Mutina prusinia nigro acino, intra quadrien-
nium albescente vino; mirum ibi cum sole circumagi uvam
quae ob id streptos vocatur et in Italia Gallica placere,
trans Alpis vero Picena. Dixit Vergilius Thasias et Mareo-
tidas et lageas conplurisque externas quae non reperiuntur
in Italia. Sed sunt etiamnum insignes uva, non vino am- 40
brosia e duracinis, sine ullis vasis in vite servabilis; tanta
est contra frigora, aestus tempestatesque firmitas; — nec
orthampelos indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens, non
item dactylides digitali gracilitate; — columbinae e racemo-
sissimis et magis purpureae cognomine bimammiae, quando
non racemos sed uvas alias gerunt; item tripedanea cui no- 41
men a mensura est; item scirpula passo acino et Raetica
in maritimis Alpibus appellata, dissimilis laudatae illi; nam-
que haec brevis, conferta acino, degener vino sed cute
omnium tenuissima, nucleo, quem Chium vocant, uno ac

§ 38. *Municipi*, Td. *munitis*, θac. — *suam*, Td. *Pompeii municipii sui nomine*, Pint. — *glusinis*, cd. *glusini*, a. — *mutinam*, K. — *oleagineam*, θTacd. *oleaginam*, β. — *noverunt*, θTacd. *novere*, β. — *Sabina*, c. — *et Laurenti*; pro his vv. dant *caluenti* acd. Quid hic lateat, reperire non potui; vulgatam esse corruptam docet iam terminatio *Laurenti*, cuius loco certe *Laurentes* scribendum erat. — *Gaurani*, acd. *Gauranas*, βγ. Scio, ait Plin., vites vini Gaurani e Falerno agro in montem Gaurum translatas dici Falernas. — *e*, cd. *a*, aβγ.

§ 39. *capnios*, a. *capinios*, cd. V. editores Stephani Parisini s. v. *χάπνεος* et *χαπνίας*. — *demittuntur*, c. *dimittuntur*, a. — *Paria*, θacr. *pariana*, Td. *Pharia*, βγ. — *Prusiniae*, acd. — *ibi*, Dalec. *ubi*, Tacdr. *ubique*, βγ. Recepi Dalecampii coniecturam, quia scriptura codicum et editionum sensu caret; mihi tamen certum est Plinium *ubicumque* scripsisse. Significat Plin. uvam Mutinensem cum sole circumagi, id vero alicubi dici, ubicumque fiat, mirum esse ait. Et Plin. hoc adverbium, cuius vestigium in β exstat, saepe absolute ponit; v. ind. verborum s. h. v. — *strepitus*, a. *strepitis*, cd. *streptis*, T. — *in Italia sed sunt etiamnum. Insignis uva*, r ex loco inferiore. — *Gallica*, ad. *Gallicam*, cβγ. — *Picena*, acd. *Picenam*, βγ. — *Vergilius*, georg. 2, 91. — *Italico*, c.

§ 40. *Sed*, om. c. — *ambrosia e*, ita nos scripsimus. *ambrosiae*, cd. *ambrosie*, T. *ambrosiacę*, a. *ambrosiaca*, βγ. — *duracinis*, Tad. *duratinis*, c. *duracina*,

minumo, acinum praegrandem unum alterumve habens; est
et nigra Aminea cui Syriacae nomen inponunt; item Hi-
spana ignobilium probatissima. In pergulis vero seruntur 42
escariae appellatae e duracinis, albae nigraeque, et bumasti
totidem coloribus ac nondum dictae Aegia et Rhodia et un-
cialis velut a pondere acini; item picina omnium nigerrima,
et coronario naturae lusu stephanitis, acinos foliis intercur-
santibus, et quae forenses vocantur, celeres proventu, ven-
dibiles adspectu, portatu faciles. Contra damnantur etiam
visu cinerea et rabuscula et asinusca, minus tamen caudas
volpium imitata alopecis. Alexandrina appellatur vitis circa 43
Phalacram brevis, ramis cubitalibus, acino nigro fabae ma-
gnitudine, nucleo molli et minumo, obliquis racemis prae-
dulcibus, folio parvo et rotundo, sine divisuris. Septem his
annis in Narbonensis provinciae Alba Helvia inventa est vitis
uno die deflorescens, ob id tutissima; Narbonicam vocant,
quam nunc tota provincia conserit.

IV. 5. Catonum ille primus, triumpho et censura super 44
cetera insignis, magis tamen etiamnum claritate litterarum
praeceptisque omnium rerum expetendarum datis generi Ro-
mano, inter prima vero agrum colendi, ille aevi confessione
optumus ac sine aemulo agricola pauca attigit vitium ge-
nera, quarundam ex iis iam etiam nominibus abolitis. Se- 45
paratim toto tractatu sententia eius indicanda est, ut in omni

βγ. — *e racemosissimis*, Tacd. *acinosissimae*, *β*. — *purpurae*, Pint. — *bib mammiae*, c. *bibnammiae*, a.

§ 41. *tripedanea*, Barbar. a. *trepidanea*, cd. — *scripula*, a¹cd. *scribula*, *θ*a². *scrupula*, T. *scriptula*, Pontedera ad Colum. III. 2, 27. — *retice*, d. *retiace*, c. — *laudatae illi* § 26. — *quod Chii*, *θ*Tacd. *quem γίγαρτον*, Turn. adv. 24, 26., cui ita assentior, ut e codd. *quod* sit retinendum. — *praegrande*, a. — *est et*, d. *est*, ac.

§ 42. *estcariae*, acd. — *e duracinis*, *θ*Tacdr. *ederae acinis*, *β*. — *ac*, acdr. *at*, *β*. — *picina*, *θ*Tacdr. *pucina*, *β*. — *naturae*, acd (codd. Gel.) Om. *β*. — *rabuscula*, ac. *rabucula*, *θ*Td. *ravuscula*, Hard. — *asinusca*, *θ*ac. *asinuscula*, Td. *asinisca*, *β*.

§ 43. *Phalacram*, Barbar. *pala craie*, ac. *phalacraie*, d. *Phalacranam*, altera Barbari coniectura. *Phalacras*, Pint. — *Septem his annis*, cd. *Septem his annis septimo hinc anno*, a. *Septimo hinc anno*, r*γ*. V. Hand. Tursell. 1, 63. — *albo oliva*, *θ*a¹cd. *albo olvia*, T. *albo olivia*, a². *arvo olivia*, S. *arvo olivis*, r. — *carbunicam*, acd.

§ 44. *etiamnunc*, a. — *ille*, *θ*TD¹cd. *ille vero*, a (Murbac.) *illius*, Rhen. D²*βγ*. At v. 2, 54. — *exisiam*, c. *ex asia*, a. *iam ex his*, d.

§ 45. *Toto separatim*, d. — *tractatus*, d. *testatus*, K. — *sententia eius*, ac (Murbac.) *sententia*, d. *excellentia*, r. *sententiam cuius excellentia*, K. — *est*, omitt. Tr. (Murbac.)

genere noscamus quae fuerint celeberrima anno sexcentesimo urbis circa captas Carthaginem ac Corinthum, cum supremum is diem obiit, et quantum postea ccxxx annis vita profecerit. Ergo de vitibus uvisque ita prodidit: „Qui locus 46
vino optumus dicetur esse et ostentus solibus, Amineum minusculum et geminum eugenium, helvium minusculum conserito; qui locus crassior aut nebulosior, Amineum maius aut Murgentinum, Apicium Lucanum serito. Ceterae vites 47
miscellae maxume in quemvis agrum conveniunt; in lora recte conduntur. Quas suspendas, duracinas, Amineas maiores et Scantianas opportunissimas esse; vel ad fabrum ferrarium pro passis hae recte servantur." Nec sunt vetustiora de illa re Latinae linguae praecepta; tam prope ab origine rerum sumus; Amineam proxume dictam Varro Scantianam vocat. In nostra aetate pauca exempla consummatae huius 48
artis fuere, verum eo minus omittenda, ut noscantur etiam praemia quae in omni re maxume spectantur. Summam ergo

atque, d. — *CC*, a. — *proficerit*, c. *proficere*, a.

§ 46. *vinisque*, T. — *prodidit* de re rust. 6, 4. — *Quis*, d. — *dicitur*, a. — *soli ibi*, Klotz. in Iahnii horreo 10, 38. — *Amminium*, cd. Item infra. — *helvium*, *θ* a. *helvinum*, cd*βγ*. *helveolum*, Cato. — *aut nebulosior*, om. c. — *conserito*, Td.

§ 47. *Ceteras*, a. — *in lora*, Cato 7, 2. *olla*, Pint. — *et Scantianas opportunissimas esse*; haec ego recepi ex Catone. Omittunt quidem acd*βγ*, sed iis omissis locus intelligi prorsus non potest. *maiores utiles ad*, Pontedera ad Cat. — *passis hae*, a. *passi se*, d. *passi sunt*, c. — *relatione*, c. — *praecipiam*, ac[1]. *praecipuam*, c[2]. — *Varro* de re rust. 1, 58.

§ 48. *primia*, c. *prima*, a. — *spectantur*, d. *exspectantur*, ac (Murbac.) — *CCCC M*, Brot. *CCCC*, d*β*. *ecce*, c. *eque*, a. *aeque*, cod. vetustiss. ap. Bud. de asse p. 613., K. *quadringentis millibus*, Barbar. $\overline{CCCC}$, Hard., ut sit quadringenties millibus sestertium. — *nummum*, acd. *numero*, cod. Bud. *numero sestertium*, Bud. K. *aequo numero*, Dalec.

§ 49. *Vetuleno*, a. *Vetulaeno*, c. — *Campania*, d. — *Liternino*, Sabell. Tacd. *Linternino*, Barbar. *β*. — *excolebat*, T. — *opera Rhemmio Palaemoni*, cd (cod. Bud.) *perarenmmium palaemonem*, a (Murbac.) — *alia*, c. — *mercato rus*, Bud. c. *mercatoriis*, d (cod. Bud.) *mercatorum*, a (Murbac.) — *DC M*, Brot. post Bud. *DC*, ad (Murbac.) *β*. *do*, c. $\overline{DC}$, Hard., ut sint sexcenties sestertium centena millia. — *deverticulo*, ac (Murbac. et duo codd. Leidd. antiquissimi ap. Oudend. ad Suet. Ner. 48.) *diverticulo*, d*βγ*.

§ 50. *nota vilitas*, Rhen. ac. *notabilitas*, Murbac.[2]. *nobilitas*, TdK (codd. Barbari, Budaei, Murbac.[1].) — *metis*, codd. Barbari. *vinetis*, K. — *quo*, Murbac. *Quae igitur iam neglecta — soli, haec aggressus*, Dalec. — *et*, om. T. — *indiligentia*, *θ* Tacd (Murbac.) *per indiligentiam*, *βγ*. — *ac ne — soli*; quamquam omnes, quantum scio, interpretes haec verba silentio transmiserunt, adeo ut nullam iis difficultatem inesse putes, tamen non prorsus ea sunt immunia. Plin. scilicet modo narraverat Palaemonem in Nomentano rus mercatum esse

adeptus est gloriam Acilius Sthenelus e plebe libertina LX
iugerum non amplius vineis excultis in Nomentano agro at-
que CCCC M nummum venumdatis. Magna fama et Vetuleno 49
Aegialo perinde libertino fuit in Campaniae rure Liternino,
maiorque etiam favore hominum, quoniam ipsum Africani
colebat exsilium, sed maxuma, eiusdem Stheneli opera,
Rhemmio Palaemoni, alias grammatica arte celebri, in hisce
XX annis mercato rus DC M nummum in eodem Nomentano
decumi lapidis ab urbe deverticulo. Est autem usquequaque 50
nota vilitas mercis per omnia suburbana, ibi tamen maxu-
ma, quoniam et neglecta indiligentia praedia paraverat, ac
ne in pessumis quidem elegantioris soli. Haec adgressus ex-
colere non virtute animi sed vanitate primo, quae nota mire
in illo fuit, pastinatis de integro vineis cura Stheneli, dum
agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum perduxit, in-
tra octavom annum CCCC M nummum emptori addicta pen-
dente vindemia. Cucurritque nemo non ad spectandas uva- 51

pretio satis modico, quod vina in omnibus suburbanis parvi venirent, illa vero praedia potissimum per indiligentiam prioris possessoris neglecta fuissent. His iam adiicit, quod miraculum proventus mox secutum augeat, ea praedia ne in pessimis quidem partibus elegantioris soli sita fuisse. Duo hic animum lectoris offendunt, unum, quod illud solum, quod eum reprehendere apparet, elegans dicit; alterum, quod illud rus ne ad pessimas quidem partes huius soli elegantioris pertinuisse dicit, vituperationem igitur, quam modo dixerat, ita tollit, ut potius magnam laudem huic ruri tribuat. Hoc vero in mente Plinii non inesse cum tota orationis ratio, tum verba *Haec aggressus excolere* docent, quae magnam cum illa cultura iunctam difficultatem et proinde malam praediorum conditionem fuisse significant. Contrarium potius eorum, quae h. l. leguntur, exspectaveris, velut *ac ne in optimis quidem deterioris soli.* Praeterea ipsa illa verba languidi aliquid habent, quasi appendicis instar verbis proximis assuta, quibus sententia Plinii absolvitur. Iam primum quidem non dubito, quin *inelegantioris* sit legendum, cum de *eleganti solo* eo sensu, qui adiectivi usitatus est, cogitari non possit, ad eam autem significationem, quam Cato censorius aliique scriptores remotissimae antiquitatis ei tribuerunt, ut sit fere idem quod *delicatulus, vitiosus, fastidiosus* (v. Gell. noctt. Att. 11, 2.), nemo h. l. facile confugere velit; alia est ratio verborum 34, 7., ubi vis ironica statim patet. Hoc igitur ut certo posito legendum esse censeo: *paraverat. Atque in pessimis quidem inelegantioris soli haec adgressus excolere* rell. Plin. igitur ex iis, quae supra de conditione cum omnium suburbanorum, tum ruris illius dixerat, recte iam colligit illa praedia in pessimis fuisse, cui argumentationi efficiendae praemittit particulam *atque* (v. Hand. Tursell. 1, 478. sq.), idque unum cavendum, ne quis *Atque* cum *quidem* coniungat; haec particula potius unice intendendo superlativo *pessimis* inservit. — *non virtute — in illo fuit* om. Pint. — *nota mire*, Rhen. d. *notamine*, a (Murbac.) *notaminare*, c. — *fastinatis*, a c (Murbac.) — *cura Sthenelei agricolam imitatus*, T. *cura Sth. agricolae invitatus*, Pint. — *CCCC M*, Brot. *CCCC*, a c d (Murbac.) *β*. *CCCC*, Hard.

§ 51. *nemo non*, Gronov. miscell. p. 848. *non neme*, a c (Murbac.) *non nemo*, d *β*.

*

rum in his vineis strues, litteris eius altioribus contra id
pigra vicinitate sibi patrocinante, novissime Annaeo Seneca,
principe tum eruditionis ac potentiae quae postremo nimia
fuit super ipsum, minume utique miratore inanium, tanto
praedi eius amore capto ut non puderet inviso alias et osten-
taturo tradere palmam eam, emptis quadriplicato vineis illis
intra decumum fere curae annum; digna opera quae in Cae- 52
cubis Setinisque agris proficeret, quando et postea saepe-
numero septenos culeos singula iugera hoc est amphoras
centenas quadragenas musti dedere. Ac ne quis victam in
hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire
ex iugeribus scripsit, efficacibus exemplis non maria plus
temerata conferre mercatori, non in rubrum litus Indicumve
mercis petitas, quam sedulum ruris larem.

6. Vino antiquissima claritas Maroneo in Thraciae mari- 53
tima parte genito, ut auctor est Homerus; neque enim fa-
bulosa aut de origine varie prodita consectamur, praeterquam
Aristaeum primum omnium in eadem gente mel miscuisse
vino, suavitate praecipua utriusque naturae sponte prove-
nientis. Maroneum viciens tanto addito aquae miscendum
Homerus prodidit. Durat etiam vis in eadem terra generi 54
rigorque indomitus, quippe cum Mucianus ter consul ex his
qui nuperrime prodidere sextarios singulos octogenis aquae
misceri conpererit praesens in eo tractu, esse autem colore

his, acd (Murbac.) *iis*, βγ. — *altiores*, Barbar. Alia tentant Pint. et Dalec. — *principatum*, acd (Murbac.) — *tradicionis*, a. *traditionis*, cd (Murbac.) — *potentiae*, Tdr. *potentia*, ac (Murbac.) β. Varia coniiciunt Barbar., Rhen. et Pint. — *ruit*, Gron. — *praedii*, d. *praedit*, c. *predito*, a (Murbac.) — *alias regiones*, T (Murbac. et cod. Bud. de asse p. 614.) — *ostentatur*, Murbac. et alius cod. Bud. *hosti ut aiunt*, Rhen. *invisuro* et *ostentaturo*, Bud. *ut non puderet in ipsa illa regione Nomentana tr. p.*, Pint.

§ 52. *ecubis*, Murbac. — *culleos*, acd. Item infra. — *At*, T. — *Cato* in originibus. V. Varro de re rust. I. 2, 7. — *laborem*, Dalec.

§ 53. *genito ut*, d. *genitove*, ac (Murbac.) *generato*, Rhen. — *Homerus*, Odyss. ι, 197. — *ut*, acd. — *praeterquam*, d. *praeter quod*, a. *ppterquam*, c. *praeterque*, Pint. — *prevenientis*, a. — *Homerus*, Odyss. ι, 208.

§ 54. *in eadem*, acd. *eadem in*, βγ. — *rigorque*, θacd. *vigorque*, β. — *octogenis*, θTacd. *octonis*, codd. Barbari, β. — *comperit*, a. — *praeses*, Pint. — *Homerus*, Iliad. λ, 638. — *Zmyrnae*, acd. *Smyrnae*, βγ. — *religione*, acd.

§ 55. *fuit. Alicui anno*, Hard. *fuit. Opimiano fuit*, Pint. — *bonitas*, a. *bonitati*, cd. *bonitatis*, codd. Salmas. exerc. p. 331. b. G. — *tribunus plebem*, d (codd. Gel.) *tripliciter*, ac. Plinium *tr. plebem infeliciter* scripsisse existimo. — *cocturam*, Tacd. *quam cocturam*, βγ. — *DCXXXIII.*, d. *DCXXXIIII.*, acβ. — *Durantque*, Sabell. *Duratque*, acd. — *adhuc — redacta* om. c. — *vinea*, ad. — *vini*, a. — *queant*, acd. *queunt*, codd. Barbari, βγ. — *si non pervincat*;

nigrum, odoratum, vetustate pinguescere. Et Pramnio quod
idem Homerus celebravit etiam nunc honos durat; nascitur
Zmyrnae regione iuxta delubrum Matris deum. In reliquis 55
claritas generi non fuit alicui; anno fuit omnium generum
bonitas L. Opimio consule, cum C. Gracchus tribunus ple-
bem seditionibus agitans interemptus; ea caeli temperies
fulsit — cocturam vocant — solis opere natali urbis DCXXXIII.
Durantque adhuc vina ducentis fere annis, iam in speciem
redacta mellis asperi; etenim haec natura vinis in vetustate
est nec potari per se queant si non pervincat aqua, usque
in amaritudinem carie indomita. Sed ceteris vinis commen- 56
dandis minuma aliqua mixtura medicamenta sunt; quo, ut
eius temporis aestumatione in singulas amphoras centeni
nummi statuantur, ex his tamen, usura multiplicata semissi-
bus, quae civilis ac modica est, in Gai Caesaris Germanici
fili principatu, annis CLX singulas uncias vini constitisse no-
bili exemplo docuimus referentes vitam Pomponi Secundi
vatis cenamque quam principi illi dedit. Tantum pecuniarum 57
detinent vini apothecae, nec alia res maius incrementum sen-
tit ad vicesimum annum maiusve ab eo dispendium, non
proficiente pretio; raro quippe adhuc fuere, nec nisi in ne-
potatu, singulis testis milia nummum. Viennenses soli picata
sua, quorum genera diximus, pluris permutare sed inter sese
amore patrio creduntur; idque vinum frigidius reliquis exi-
stumatur in frigido potu.

retinui ego hanc Barbari coniecturam, quam ipse dubius modo protulit. *provinciae*, ac. //// *unciae*, d. In Barbari coniectura praeter magnum a scriptura codicum recessum illud offendit, quod multa vina per se potari non possunt, nisi aqua pervincuntur, quod Plin. modo de Maroneo narraverat § 53. Hoc loco potius singulare aliquid commemorandum fuit, id quod etiam verba proxime sequentia docent, eaque de causa legendum *pervincive*, ubi, postquam semel *VE* in *AE* mutatum erat, librarii illud *pervinciae*, ut nomen certe aliquod lectoribus redderent, *provinciae* scripserunt. Verba *si non* uni Barbaro debentur.

§ 56. *quo*, codd. Barbari. *quod*, acdrγ. *quo fit*, Barbar. β. — *centenis nummis acuantur*, ar. — *civilis ac*, cd. *caulis ac*, a. — *annis*, cd. *anno*, a (cod. vetustiss. Bud. de asse p. 602.) γ. *nummis*, Pint. *singulis*, Barbar. — *vini*, d. *vini ex*, a. *vineae*, θc. *vini binis ac vicenis*, K. Vox *vini* corrupta mihi videtur, orta illa ex indicio pretii, quo singulae unciae constabant, quod non commemorari mireris. — *constitisse*, ad. *constitutisse*, c. *constituisse*, θ.

§ 57. *detinent*, d. *dei in*, ac. — *vini*, om. d. — *in nepotatu*, codd. Gel. *in nepotatus*, cd. *vini potatus*, a. — *Vienses*, ac. — *peccata*, c. *paccata*, d. — *diximus* § 18. — *permutare*, θTacd. *permutasse*, βγ. — *more*, Dalec. — *frigido*, om. K.

V. 7. Vino natura est hausto accendendi calore viscera 58
intus, foris infuso refrigerandi. Nec alienum fuerit conmemorare hoc in loco quod Androcydes sapientia clarus ad Alexandrum magnum scripsit, intemperantiam eius cohibens: „vinum poturus rex memento bibere te sanguinem terrae; cicuta hominum venenum est, cicutae vinum.“ Quibus praeceptis ille si optemperavisset, profecto amicos in temulentia non interemisset, prorsus ut iure dici possit neque viribus corporis utilius aliud neque voluptatibus perniciosius, si modus absit.

VI. 8. Genera autem vini alia aliis gratiora esse quis du- 59
bitet, aut non ex eodem lacu aliud praestantius altero germanitatem praecedere sive testa sive fortuito eventu? Quamobrem de principatu se quisque iudicem statuet. Iulia Augusta LXXXII annos vitae Pucino vino retulit acceptos, non alio
usa. Gignitur in sinu Hadriatici maris non procul a Timavo 60
fonte, saxeo colle, maritimo adflatu paucas coquente amphoras, nec aliud aptius medicamentis iudicatur; hoc esse crediderim quod Graeci celebrantes miris laudibus Praetetianum appellaverint ex Hadriatico sinu. Divos Augustus Setinum praetulit cunctis et fere secuti principes confessa propter experimenta, non temere cruditatibus noxiis ab ea
saliva; nascitur supra Forum Appi. Antea Caecubo erat 61

§ 58. *Androcides*, Freinshem. ad Curt. III. 12, 19. — *ad*, om. c. — *poturus*, *θ* T a c d. *potaturus*, *β*. — *bibere te*, a c d. *te bibere*, *βγ*. — *tauri*, Pint. At v. Muret. var. lect. 10, 2. cum nota Ruhnk. — *sicuta hominum venenum est*, c. *cicuta homini venenum est*, T d (codd. Barbari.) *sicuti venenum est homini*, a. *sicut cicuta homini venenum est*, *β*. — *cicutae*, T a c d (codd. Barbari.) *sic cicutae*, *β*. — *ille si*, S c d. *ille sic*, a. *si ille*, *βγ*. — *obtemperavisset*, S d². *obtemperavit et*, d¹. *obtemperabit et*, c. *obtemperavit ut*, a. — *aliud neque*, T c d. *aliud neque aliud*, *βγ*. De a non liquet. *aliud si modus adest neque*, Dalec. — *voluptatibus*, delet Muret. var. lect. 6, 12.

§ 59. *loco*, d. — *alius praestantior*, a c d. Qua ex scriptura apparet lectionem vulgatam, quae nisi perquam contorte (v. Harduin.) explicari nequit, esse corruptam; mihi scribendum videtur *alius praestantioris*, ut sit sensus: quis dubitet ex eodem lacu praecedere i. e. superiorem esse germanitatem alius vini praestantioris altero i. e. idem vinum ex eodem lacu diffusum modo melius, modo deterius exsistere? De vv. *alius* et *alter* ita sibi coniunctis v. ad 37, 196. — *potu altero*, Dalec. — *si*, *θ*. — *statuet*, *θ* a c. *statuit*, T d. *statuat*, *βγ*. — *vino*, *θ* T a c d. Omitt. codd. Gel. *β*. — *alio usa*, codd. Gel. *alic usa*, c d. *aliquosa*, a. *aquoso*, r.

§ 60. *collo*, a c. — *miris laudibus celebrantes*, d. — *Praetetianum*, ita nos scripsimus. *praecianum*, a c *γ*. *praicianum*, *θ*. *Praitianum*, T d. *praictanum*, S. *Pyctanon*, *β*. *Paraetypianum*, Pint. et Schneid. ad Colum. III. 2, 23. At v.

generositas celeberrima in palustribus populetis sinu Amyclano, quod iam intercidit et incuria coloni locique angustia, magis tamen fossa Neronis quam ab Averno lacu Ostiam
usque navigabilem inchoaverat. Secunda nobilitas Falerno 62
agro erat et ex eo maxume Faustiano; cura culturaque id collegerat. Exolescit hoc quoque copiae potius quam bonitati studentium. Falernus ager a ponte Campano laeva petentibus Urbanam coloniam Sullanam nuper Capuae contributam incipit, Faustianus autem circiter IIII miliaria a vico prope Caedicias, qui vicus a Sinuessa VI milibus abest; nec ulli in vino maior auctoritas; solum vinorum flamma accen-
ditur. Tria eius genera, austerum, dulce, tenue. Quidam ita 63
distingunt, summis collibus Caucinum gigni, mediis Faustianum, imis Falernum; non omittendum autem nulli eo-
rum quae celebrantur iucundum saporem uvae esse. Ad 64
tertiam palmam varie venere Albana urbi vicina, praedulcia ac rara in austero; item Surrentina in vineis tantum nascentia, convalescentibus maxume probata propter tenuitatem salubritatemque. Tiberius Caesar dicebat consensisse medicos ut nobilitatem Surrentino darent, alioquin esse generosum acetum; Gaius Caesar, qui successit illi, nobilem vappam. Certant Massica atque e monte Gauro Puteolos Baiasque

Steph. Byz. s. v. *Πραιτετία* cum nota Holsten. Hoc loco Plin. nomine Graeco utitur, cum Graecorum sententiam repetat nihilque certi de ea afferre queat; aliis locis (§ 67. 75.) ex agro ipso vina Praetutia nominat. — *appellaverint*, θ a c. *appellaverunt*, d β γ. — *crudelitatibus*, a d. — *saliva*, Barbar. a c d. *simile*, S. *noxiis ab eo. Setiae nascitur*, Pint. *in ea salebrae*, Dalec. V. Hertzberg. ad Propert. IV. 8, 38.

§ 61. *Aminelano*, d. *ani sunt clano*, a. — *ab Averno*, Pint. ex Tac. ann. 15, 42. et Suet. Ner. 31. *a Baiano*, a c d β γ. — *loco*, d. — *Ostia*, a c d.

§ 62. *Faustino*, θ T c d. *Faustini*, a r. — *copiae*, a c d. *nimietate copiae*, r. Assentior Dalecampio *culpa copiae* legenti, cum alioqui vox *studentium* explicari nequeat. — *urbem a colonia per Sullam Capuae constituta*, Muret. opp. 2, 597. — *miliaria*, omitt. a c d, unde Plinium *m* scripsisse puto, uti statim infra *VI milibus* sequitur. — *a vico prope*, a c d. *prope a vico*, T. *vico prope*, γ. — *Caedicias*, Osann. in diurn. antiq. 1850. nr. 27. p. 215. *Cedias*, a c β γ. *Cecidis*, T. *ceadis*, d. — *qui vicus*, om. Pint. — *solum*, Barbar. K. *solo*, a c d β γ.

§ 63. *Caucinum*, θ S T a c d. *Gauranum*, β γ. V. Schneid. ad Colum. I. 5, 2. — *nulli eorum*, c d. *nonnulla earum*, a. — *celebrantur*, c. *celebrentur*, a d β γ.

§ 64. *vina*, d. — *rara. In austero autem*, T. *in arbusto*, Pint. — *in vineis*, om. d. — *consensisse*, a c. *consenuisse*, d. *convenisse*, T. — *alioquin*, a c. *alioqui*, d β γ. — *Gaius*, omitt. c d. — *atque*, T a c d. *aeque*, β γ. — *e*, T a c d. *ex*, β γ. — *Gauro*, $θ^2$ T a c d. *Gaulo*, $θ^1$. *Gaurano*, β.

prospectantia; nam Falerno contermina Statana ad princi- 65
patus venere non dubie palamque fecere sua quibusque terris
tempora esse, sicut rerum proventus occasusque. Iuncta his
praeponi solebant Calena et quae in vineis arbustisque na-
scuntur Fundana; alia ex vicinia urbis Veliterna, Priver-
natia; nam quod Signiae nascitur, austeritate nimia conti-
nendae utile alvo, inter medicamina numeratur. Quartum 66
curriculum publicis epulis optinuere a divo Iulio — is enim
primus auctoritatem his tribuit, ut epistulis eius adparet —
Mamertina circa Messanam in Sicilia genita; ex his Potu-
lana ab auctore dicta in loco proxumo Italiae laudantur
praecipue. Est in eadem Sicilia et Taurominitanis honos,
lagenis pro Mamertino plerumque subditis. Ex reliquis au- 67
tem a supero mari Praetutia atque Ancone nascentia et quae
a palma una forte enata palmensia appellavere, in mediter-
raneo vero Caesenatia ac Maecenatiana, in Veronensi item
Raetica Falernis tantum postlata a Vergilio, mox ab intumo
sinu maris Hadriana, ab infero autem Latiniensia, Gravi-
scana, Statoniensia; Etruriae Luna palmam habet, Liguriae
Genua. Inter Pyrenaeum Alpisque Massilia gemino sapore, 68
quando et condiendis aliis pinguius, gignit quod vocat su-
cosum. Beterrarum intra Gallias consistit auctoritas; de
reliquis in Narbonensi genitis adseverare non est, quoniam
officinam eius rei fecere tinguentes fumo utinamque non et

§ 65. *principatum*, Dalec. — *facere*, a. — *esse quod rerum*, a c d. — *Calentia*, a. — *Fundanata*, a. — *alia ex vicinia*, θ T d. *ex alia ex vicinia*, a c. *Ex alia vicina*, β. — *Veliterna*, T c d. *Velite ////*, a. *Veliternina*, β γ. — *Privernatia*, T a c d. *Privernatiaque*, β γ.

§ 66. *optinere*, a. *obtenere*, c. *obtinere*, d. — *ut*, a c d. *ut in*, r β γ. — *epulis*, r. — *Mammartina*, c. — *circumca*, a c d. — *Messanam*, d. *Messinam*, a c. — *his*, a c d. *iis*, β γ. — *dicta in loco*, a. *dic illo comine*, c. *dicta illo cognomine*, T d. Vulgatam esse interpolatam docent codicum scripturae, neque multum abest, quin *dicta in loco cognomine* legendum esse censeam, ut Potulus quidam et vino et per illud loco nomen dederit. Sed cum nihil de illo homine vel heroe sciamus, certi aliquid proferre non licet. Ab Athenaeo 1. p. 27. D. *οἶνος Ἰωτάλινος* dicitur. — *proxima*, a c². *proxime*, T c¹ d. Quodsi coniectura mea modo prolata vera sit, prior harum lectionum restituenda erit. — *Tauromenitanis*, a c β γ. *Taurominitanis*, d. — *honor*, d.

§ 67. *mari*, om. θ. — *Palmesia*, β. — *appellavere*, θ T a c d. *appellantur*, β. — *Cesenatica*, Ambr. I. — *Veroniensi*, a c d². — *item Raetica*, om. c. — *tantum*, om. c. — *postlata*, Oudend. ad Suet. Aug. 77. Confirmant T d. *postulata*, a c (quinque codd. Oudend.) *posthabita*, β γ. — *Vergilio*, georg. 2, 95. — *ab intimo*, d. *abtimo*, c. *optimo*, a. — *Adriani*, a. *Adriatica*, r. — *Latinensia*, a. — *Gravicana Stoniensia*, θ T a c d. — *Luna palmam*, d. *Lunam palmam*, c. *palmam Luna*, a β γ.

herbis ac medicaminibus noxiis; quippe etiam aloe mercator
saporem coloremque adulterat. Verum et longinquiora Italiae 69
ab Ausonio mari non carent gloria, Tarentina et Servitiana
et Consentiae genita et Tempsae ac Babiae Lucanaque an-
tecedentibus Thurinis; omnium vero eorum maxume inlu-
strata Messalae potu et salute Lagarina non procul Gru-
mento nascentia. Campania nuper excitavit novis nominibus
auctoritatem sive cura sive casu ad quartum a Neapoli la-
pidem Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis, et in suo agro
Trebulanis alioqui semper inter plebeia, et Trifolinis glo-
riata. Nam Pompeianis summum decem annorum incremen- 70
tum est, nihil senecta conferente; dolore etiam capitum in
sextam horam diei sequentis infesta deprehenduntur. Quibus
exemplis, nisi fallor, manifestum est patriam terramque re-
ferre, non uvam, et supervacuam generum consectationem
in numerum, cum eadem vitis aliud aliis in locis polleat.
Hispaniarum Laletana copia nobilitantur, elegantia vero Tar- 71
raconensia atque Lauronensia, et Baliarica ex insulis confe-
runtur Italiae primis. Nec ignoro multa praetermissa pleros-
que existumaturos, quando suum cuique placet et, quocumque
eatur, fabula eadem reperitur: divi Augusti iudiciorum ac 72
palati peritissimum e libertis censuram vini in epulas eius
facientem dixisse hospiti de indigena vino novom quidem
sibi gustum esse eum atque non ex nobilibus, sed Caesarem

§ 68. *Inter*, ad. *It ē*, c. — *vocat*, Tacd. *vocant*, *βγ*. — *Beterrarum*, c. *Veterrarum*, a. /// *et rorum*, d. *Ceretano*, Beroald. et codd. Barbari. *Bliterrarum*, Dalec. — *inter*, acr. — *officinas eorum*, Pint. — *fumo tinguentis fecere*, Td. *fumo et unguentis infecere*, Pint. — *aloe*, Tacd. *aloen*, *βγ*. — *mercator*, Td. *mercantur*, ac*βγ*. — *saporem*, Td. *qua saporem*, ac*βγ*. — *adulterat*, Tacd. *adulterant*, *βγ*.

§ 69. *Servitia*, acd. — *Tempsiae*, ac. — *Babbiae*, d. — *potu et*, codd. Barbari. *politi*, ad. *ponti*, c. — *Lagarina*, d. *Lagaria*, codd. Barbari. *Lagari*, ac. — *Gromento*, acd. — *Trebulanis alioqui — plebeia, et Trifolinis gloriata*, ita nos interpunximus. Vulgo (*βγ*) ita: *Trebulanis, alioqui — plebeia et Trifolinis gloriata.* Plin. dicit Campaniam in suo agro dignitatem dedisse Trebulanis vinis, quae alioqui i. e. in aliis agris modo plebeiis accensebantur, praeterea vero Campaniam etiam Trifolinis gloriari.

§ 70. *capitis*, r. — *die*, c. — *deprehendatur*, a. *deprehendat*, c. *deprehenditur*, d. — *referri res non*, a. — *consecrationem*, d. — *innumeram*, T. — *polleat*, Td (codd. Gel.) *pollulet*, K. *pullulat*, a. *polluat*, c[2]. *polluit*, c[1]. *vitis alia — pullulet*, Dalec.

§ 71. *Laletana*, Sipontin. *Lasetana*, Tcd. *Lasitana*, a. *Lusitana*, *θ*r. — *elegant hę*, a. *elegantare*, c. *eleganture*, d. — *cuique genti placet*, Td. — *reperitur*, ad. *reperit*, c. *reperiatur*, K.

§ 72. *aeque*, a. — *atque non ex nobilibus.* Hic aliquid obscuri est. Pincerna

non aliud poturum; nec negaverim et alia digna esse fama; sed de quibus consensus aevi iudicaverint, haec sunt.

VII. 9. Nunc simili modo transmarina dicemus. In summa 73
gloria post Homerica illa, de quibus supra diximus, fuere
Thasium Chiumque, ex Chio quod Arvisium vocant; his
addidit Lesbium Erasistrati maxumi medici auctoritas cir-
citer CCCCL. annum urbis Romae. Nunc gratia ante omnia
est Clazomenio, postquam parcius mari condiunt. Lesbium 74
sponte naturae suae mare sapit; nec Tmoliti per se gratia
ut vino sed cuius dulci admixto reliquorum duritia suavi-
tatem accipiat, simul et aetatem, quoniam vetustiora pro-
tinus videntur. Ab his dignatio est Sicyonio, Cyprio, Tel-
misico, Tripolitico, Berytio, Tyrio, Sebennytico; in Aegypto
hoc nascitur tribus generibus uvarum ibi nobilissimis, Tha-
sio, aethalo, peuce. Post haec auctoritas hippodamantio, 75
Mystico, cantharitae, protropo Cnidio, Catacecaumenitae,
Petritae, Myconio; nam Mesogiten capitis dolores facere
conpertum est nec Ephesium salubre esse, quoniam mari et
defruto condiatur. Apamenum mulso praecipue convenire
dicitur, sicut Praetutium in Italia; est enim et haec pro-
prietas generum: dulcia utique inter se non congruunt. Ex- 76
olevit et protagion quod Italicis proxumum fecerant Ascle-

laudaturus vinum illud hospitis (de laude enim sermonem esse docet particula *quidem*) statim dicit Augustum tamen non aliud quam usitatum sibi vinum poturum. Hinc Plin. aut *atque ex nobilibus* aut *atque non ex ignobilibus* scribere debuit. — *poturum*, a c d (codd. Gel.) *potaturum*, r. — *iudicaverunt*, r. — *sunt haec*, d.

§ 73. *modo simili*, T. — *diximus* § 53. 54. — *Arusium*, a (Turn. adv. 24, 26.) *Arussium*, c. *Ariusium*, d. — *vocat*, operae Brot. — *Erasistrati*; ab h. v. usque ad vv. *vinum murrinam* § 92. lacuna in c. — *CCCCL.*, TK a c r. *CCCCI*, θ. *DC*, β. — *anno*, K a r. — *condunt*, d.

§ 74. *naturae suae*, a d. *suae naturae*, βγ. — *Tmoliti*, codd. Gel. *Timoliti*, S T a d. — *dulcis admixtio*, a. — *Telmisico*, v. 5, 107. *Telmesico*, βγ. De codd. non liquet. — *Aegyptio*, a. — *duobus*, Pint. V. infra. — *nobilissimis*, T d. *nobilis*, a. *nobile*, βγ. — *Thasio*, T a d. *Thasia*, βγ. — *aethalo*, *peuce*; pro his vv. habent *et allopeuce* T a d.

§ 75. *protropo*, Barbar. *protopo*, a d. — *Cnidio*, a d. *Gnidio*, βγ. — *Praetutium*, d. *Praecocium*, a. — *et*, a d. Omitt. βγ. — *dulcia*, θ T d. *ut dulcia*, a βγ. — *congruunt*, θ T a d. *congruant*, βγ.

§ 76. *proxima fecerat*, a. — *Oreticum*, Hard. *Oroeticum*, a d β. — *Oenaten*, β. — *Peparethium*, Pint. θ. *Preparentium*, a d. *Praeparentium*, β. — *ante*, θ S T a d r. *post*, β. — *sex annos*, θ S a r. *sextum annum*, T d.

§ 77. *iure*, a. *cure*, T. *curae*, θ d (codd. Barbari.) *cura*, Hard. — *biaeon*, Barbar. K. *abion*, Turn. *biblinon*, Göttling. ad Hesiod. opp. et dies 612. At

piadis scholae. Apollodorus medicus in volumine quo suasit Ptolemaeo regi quae vina biberet, Italicis etiam tum ignotis, laudavit in Ponto Nasperceniten, mox Oreticum, Oeneaten, Leucadium, Ambracioten et quod cunctis praetulit Peparethium, sed minoris famae esse dixit, quoniam ante sex annos non placeret.

VIII. 10. Hactenus bonitas vini nationibus debetur. Apud 77
Graecos iure clarissimum nomen accepit quod appellaverunt
bion, ad plurumos valetudinum usus excogitatum, ut do-
cebimus in parte medicinae. Fit autem hoc modo: uvae
paulum ante maturitatem decerptae siccantur acri sole, ter
die versatae per triduum, quarto exprimuntur, dein in cadis
sole inveterantur. Coi marinam aquam largiorem miscent a 78
servi furto origine orta sic mensuram explentis, quae trans-
lata in album mustum leucocoum appellatur; in aliis autem
gentibus simili modo factum tethalassomenon vocant, thalas-
siten autem vasis musti deiectis in mare, quo genere prae-
cox fit vetustas. Nec non apud nos quoque Coum vinum 79
ex Italico faciendi rationem Cato demonstravit, super cetera
in sole quadriennio maturandum praecipiens. Rhodium Coo
simile est, Phorineum salsius Coo. Omnia transmarina
septem aut sex annis ad vetustatem mediam pervenire
existumantur.

v. 23, 53. — *valitudinum*, ad. — *docebimus* 23, 53. — *Fit autem*; eadem iisdem fere verbis de omphacite tradit Dioscor. 5, 12. — *dein in*, Hard. tacite. *dein*, adβ. *exprimitur. Vinum in eadem sole inveteratur, cui*, Dalec.

§ 78. *Coi*, Tad. *cui*, β. — *tracta*, Dalec. — *expellunt*, a[1]. *expellent*, a[2]. — *quae translata*, θd. *idque translatum*, a$\beta\gamma$. — *leucocoum*, Pint. θa (codd. Turnebi.) *leucocum*, Td. *leucooum*, S. *leucocoenium*, codd. Barbari. *leucochron*, β. — *tessalisiten*, d. — *vetustus*, d. *vetustum*, Sa.

§ 79. *quatriduo*, Dalec. et Klotz. in Iahn. horreo 10, 39. ex Catone de re rust. 113. V. tamen Schneid. ad h. l. 112. *triduo*, Pint. — *Rhodium*, a. *Rhodium quoque*, Td. — *Phorineum*, ad. *Phormeum*, θ. *Phormium* vel *Formium*, Dalec. *Corynaeum*, Hard. — *aut*; revocavi hanc interpolationem, cum certe aliquid, quod intelligi posset, adesse deberet, ex codicum autem scripturis aliquis sensus omnino non procederet. *in*, θTd. *vel in*, arγ. Iam in omnibus his lectionibus perquam hoc est incommodum et ineptum, quod in numeris annorum a maiore ad minorem progreditur oratio; deinde ipsa praepositio secundo numero praeposita contra omnem probabilitatem pugnat, et particula *vel* aperte interpolationi debetur. Quodsi ponimus, uti ponendum videtur, in codice archetypo scriptum fuisse *MARINA VINAINVI* (i. e. *marina vina in VI) annis*, corruptela *VIINVI* quomodo orta sit, intelligimus. Praepositio vero *in* h. l. ut saepe apud Plinium idem quod *intra* significat; v. ad 32, 9.

IX. 11. Vinum omne dulce minus odoratum; quo tenuius, 80
eo odoratius. Colores vinis quattuor: albus, fulvos, sangui-
neus, niger. Psythium et melampsythium passi genera sunt
suo sapore, non vini, Scybelites vero mulsi in Galatia na-
scens, et Aluntium in Sicilia. Nam siraeum quod alii he-
psema, nostri sapam appellant ingeni, non naturae opus est
musto usque ad tertiam partem mensurae decocto; quod
ubi factum ad dimidiam est, defrutum vocamus, omnia in
adulterium mellis excogitata; sed priora uva terraque con-
stant. Passum a Cretico Cilicium probatur et Africum et in 81
Italia finitimisque provinciis; fieri certum est ex uva quam
Graeci sticam vocant, nos apianam, item scirpulam, diutius
in vite sole adustis aut ferventi dolio. Quidam ex quacum-
que dulci, dum praecocta alba, faciunt siccantes sole donec
paulo amplius dimidium pondus supersit tunsasque leniter
exprimunt; dein quantum expressere, adiciunt vinaceis aquae
puteanae, ut et secundarium passum faciant. Diligentiores 82
eodem modo siccatis acinos eximunt ac sine sarmentis ma-
defactos vino excellenti donec intumescant premunt et hoc
genus ante cetera laudant ac simili modo aqua addita se-
cundarium faciunt. Medium inter dulcia vinumque est quod 83
Graeci aigleucos vocant hoc est semper mustum. Id evenit
cura, quoniam fervere prohibetur — sic appellant musti in vina
transitum; — ergo mergunt e lacu protinus in aqua cados donec
bruma transeat et consuetudo fiat algendi. Est etiamnum
aliud genus eius per se, quod vocat dulce Narbonensis pro-

§ 80. *eo*, ad. *et*, T. — *suo sapore*, Tad. *suum saporem*, βγ. — *vini*, Td. *vicinis*, a. *vini referentia*, βγ. — *Scybelites*, Dalec. *ciscibilites*, Td. *civilitas*, a. *Cisibilites*, β. — *mulsi*, Tad. *musti*, βγ. — *Aluntium*, Hard. *alintium*, a. *halintium*, d. *Halyntium*, β. *Alontium*, Pint. — *alii*, om. d. — *sapan*, a. — *dimidiam defructum*, d.

§ 81. *Cretico*, vid. 20, 208. *Graeco*, ad. — *finitimisque provinciis*, θTad. *provinciisque finitimis*, β. — *fieri*, om. a. — *sticam*, d. *sticham*, aγ. V. Döderlein. *Lat. Synonym. u. Etymol.* 6, 348. — *scirpulam*, ad. *scirpula*, βγ. — *diutius*; post h. v. *uvis*, quod facillime excidere potuit, reponendum, cum alioqui *adustis* non habeat, quo referatur. Dalec. in K legi ait *uvis adustis*; add. Colum. XII. 39, 1. — *aut ferventi*, d. *adferunt*, a. — *dolio*, a. *oleo*, dβγ. Om. r. Doliorum in passo faciendo usum bis commemorat Colum. XII. 39, 1. 3., quamquam alia eiusdem verba XII. 16, 1. 3. ad vulgatam defendendam fortasse adhiberi possunt. — *ex*, ad. *e*, βγ. — *tum*, a. — *alba*, deleri vult Schneid. ad Colum. l. l. p. 644. — *leniter uvas*, K. — *dein*, ad. *Deinde*, βγ. Ceterum in h. l. plura turbata esse videntur; nam et rei descriptio ita comparata est, ut plura desiderentur, et verborum conformatio nullam explicationem admit-

vincia et in ea maxume Vocontii; adservatur eius gratia
uva diutius in vite pediculo intorto. Ab aliis ipse palmes 84
inciditur in medullam, ab aliis uva torretur in tegulis, omnia
ex helvennaca vite. His adiciunt aliqui quod vocant diachy-
ton, uvis in sole siccatis loco cluso per dies septem in crati-
bus, totidem pedes a terra alte, noctibus a rore defensis,
octavo die calcatis; ita fieri optumi odoris saporisque. Dulci 85
e genere est et melitites; distat a mulso, quod fit e musto
cum quinque congiis austeri musti, congio mellis et salis
cyatho subfervefactis, austerum. Sed inter haec genera po-
tuum ponere debeo et protropum; ita appellatur a quibus-
dam mustum sponte defluens antequam calcentur uvae. Hoc
protinus diffusum lagenis suis defervere passi postea in sole
quadraginta diebus torrent aestatis secutae ipso canis ortu.

X. 12. Non possunt iure dici vina quae Graeci deuteria 86
appellant, Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis, sed
tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera:
decuma parte aquae addita quae musti expressa sit et ita
nocte ac die madefactis vinaceis rursusque prelo subiectis;
alterum, quomodo Graeci factitavere, tertia parte eius quod
expressum sit addita aquae expressoque decocto ad tertias
partis; tertium est faecibus vini expressum, quod faecatum
Cato appellat. Nulli ex his plus quam anno usus.

XI. 13. Verum inter haec subit mentem, cum sint genera 87
nobilia quae proprie vini intellegi possint LXXX fere in toto
orbe, duas partis ex hoc numero Italiae esse, longe pro-
pterea ante cunctas terras; et hinc deinde altius cura ser-

tit. Huc accedit, quod β habet *sed adiiciunt*, unde lacunam his verbis inesse paene certum fit. — *pastum*, a d.

§ 83. *vinum est*, Kr. — *aigleucos*, S T. *agleucos*, a d. *aigleuces*, β. — *etiamnunc*, a. — *dulce vocat*, d. — *Vocontia*, a d r. — *asservantur*, a. — *vina*, a. — *in ea*, a. *ina*, d.

§ 84. *ad medullam*, d. — *helvennaca*, d. *helvennica*, a. *helvenaca*, βγ. — *diachiton*, d. *dyachiaton*, a. — *cluso*, a d. *clauso*, βγ. — *ad terram*, a d. — *ita calcatis*, d.

§ 85. *Dulcique genere*, a. *Dulci genere*, d. — *melititites*, a. *melitides*, d. — *quod* i. e. *quia*; v. Dioscor. 5, 15. — *musti*, om. T. — *potui*, d. Om. a. — *secuti*, a.

§ 86. *deuterias*, K. — *Cato* de re rust. 57. — *decima parte addita* om. *aquae*, T. *decimae parti musti quod expressum sit pari aqua addita et ita*, Dalec. — *peccatum*, a. — *Cato* de re rust. 153. — *Nullum*, T. — *anno*, a. *annui*, T d.

§ 87. *vina*, r. — *propterea*, θ a d. *praeterea*, β.

pit non a primordio hanc gratiam fuisse, auctoritatem post
sexcentesimum urbis annum coepisse.

XII. 14. Romulum lacte, non vino libasse indicio sunt sacra 88
ab eo instituta quae hodie custodiunt morem. Numae regis
Postumia lex est: „vino rogum ne respargito", quod sanxisse
illum propter inopiam rei nemo dubitet. Eadem lege ex in-
putata vite libari vina dis nefas statuit, ratione excogitata
ut putare cogerentur alias aratores et pigri circa pericula
arbusti. M. Varro auctor est Mezentium Etruriae regem
auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede quod
tum in Latino agro fuisset.

XIII. Non licebat id feminis Romae bibere. Invenimus 89
inter exempla Egnati Meceni uxorem, quod vinum bibisset
e dolio, interfectam fusti a marito eumque caedis a Romulo
absolutum. Fabius Pictor in annalibus suis scripsit matro-
nam, quod loculos in quibus erant claves vinariae cellae re-
signavisset, a suis inedia mori coactam; Cato ideo propin- 90
quos feminis osculum dare ut scirent an temetum olerent;
hoc tum nomen vino erat, unde et temulentia appellata.
Cn. Domitius iudex pronuntiavit mulierem videri plus vini
bibisse quam valetudinis causa viro insciente et dote mul-
tavit; diuque eius rei magna parcimonia fuit. L. Papirius 91
inperator adversus Samnites dimicaturus votum fecit si vi-
cisset Iovi pocillum vini. Denique inter dona sextarios la-
ctis datos invenimus, nusquam vini. Idem Cato cum in
Hispaniam navigaret, unde cum triumpho rediit, non aliud

auctoritas est, a. *auctoritate verum*, d.

§ 88. *Postumia*, Barbar. *Posthumi*, θ a[2]. *Postume*, a[1]. *portumi*, d. *posthumia*, Freinshem. ind. Flor. s. h. v. *postuma*, Müller. ad Fest. p. 263. — *respargito*, a d. *respergito*, βγ. — *dubitat*, T d. — *Eadem*, a. *adest*, d.

§ 89. *Mecennii*, Barbar. *Metenni*, d. *Maetenni*, θ. *Metentini*, a. *Metelli*, Valer. Max. VI. 3, 9. — *fusti*, T a d. *fuste*, codd. Gel. β. *fustim* (adverb.), Pigh. ad Valer. Max. l. l. — *cellae vinariae*, d.

§ 90. *dare ut*, a. *dari ut*, d. *durisset*, θ. — *haec*, a. — *nomen — unde*, d. *nomine in verecundia*, a. — *temulenta*, a. — *vini*, a d. Om. γ.

§ 91. *Sannitas*, d. — *lactis*, omitt. a d. — *vinum*, r. *vinum inquit*, a d. *inquit vinum*, βγ. — *bibit*, a r. *vivit*, d. *bibi*, βγ. — *remeant*, a d. An Plin. *remigantes* scripsit? — *conviviis*, d.

§ 92. *myrrhae*, d (Ambr. II. et reliqui codd. Rezz.) *miro*, a (Ambr. I., codd. Barbari et Salmasii exerc. p. 500. a. C.) *muro* vel *murino*, alii libri Salmas. Varia tentant Barbar. et Salmas.; at v. Perizon. ad Aelian. var. hist. XII. 31, 7. — *aromatite*, θ d (codd. Gel.) *aromaticę*, a. *aromatico*, T. *aromaticis*, K (codd. Rezz.) *aromatice*, β. — *Dossennus*, θ d. *Dosennus*, T (Ambr. I.) *Doscennius*, a.

vinum bibit quam remiges, in tantum dissimilis istis qui etiam convivis alia quam sibimetipsis ministrant aut procedente mensa subiciunt.

15. Lautissima apud priscos vina erant murrae odore 92
condita, ut adparet in Plauti fabula quae Persa inscribitur, quamquam in ea et calamum addi iubet. Ideo quidam aromatite delectatos maxume credunt; sed Fabius Dossennus his versibus decernit:

„Mittebam vinum pulchrum, murrinam,"

et in Acharistione:

„Panem et polentam, vinum murrinam."

Scaevolam quoque et L. Aelium et Ateium Capitonem in 93
eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit:

„Quod si opus est ut dulce promat indidem, ecquid habet?
CHAR. Rogas?
Murrinam, passum, defrutum, mella. . . .",

quibus adparet non inter vina modo murrinam sed inter dulcia quoque nominatum.

XIV. 16. Apothecas fuisse et diffundi solita vina anno 94
DCXXXIII. urbis adparet indubitato Opimiani vini argumento, iam intellegente suum bonum Italia; nondum tamen ista genera in claritate erant; itaque omnia tunc genita unum habent consulis nomen. Sic quoque postea diu transmarina in 95
auctoritate fuerunt et ad avos usque nostros, quin et Falerno iam reperto, sicut adparet ex illo comico versu:

„Quinque Thasii vini depromam, bina Falerni."

Dossemius, Ambr. II. *Dorsenus*, β. — *murrinam*, d. *murrina*, a. — *visum*, d. — *murrina*, a d.

§ 93. *L. Aelium*, Heusde de Aelio Stilone p. 77. *Lelium*, a c d. *Laelium*, β. *Aelium*, Pint. ex indice huius libri et Ritschl. parergg. Plaut. 1, 367. 371., γ. — *Ateium*, a c d. *Atteium*, β. — *Pseudolo* II. 4, 51. — *Quid*, Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 501. a. C. — *est*, a d (Thuan.) *siet*, c γ. — *promat id est et quid habitat*, Thuan. *promant idem et quid habeat*, d. *promant id est que habeat*, a. *promant id est et qui habitat*, c. — *Char.*, omitt. a c d. — *roga*, a c d (Thuan.) — *passitum*, c.

§ 94. *indubitato*, d. *et indubitatu*, c. *in consulatu*, a r (codd. Salmas. exerc. p. 331. b. E.) — *Optimiani*, a c d. — *intellegentes*, a c d. — *Itali*, a. *Italiae*, c d.

§ 95. *qui*, d. — *comico*, c d (codd. Gel.) *comici*, a γ. — *versu Anaxipolis Thasii*, K. — *Thasii*, codd. Gel. *Thasi*, T θ a c d γ. *Thassi*, r. — *vini*, T θ a c d. *vini inde*, β. — *bina Falerni*, Hard. *vini Falerni*, T a c d. *Falerni bina*, β. *Quin Thasii vini dena promam, bina Falerni dolia*, Lachmann. ad Lucret. 5, 1006. Versum corruptum esse apparet; certi aliquid sine melioribus codd. vix proferetur.

P. Licinius Crassus L. Iulius Caesar censores anno urbis conditae DCLXV. edixerunt „ne quis vinum Graecum Amineumque octonis aeris singula quadrantalia venderet"; haec enim verba sunt. Tanta vero Graeco vino gratia erat ut singulae potiones in convictu darentur.

17. Quibus vinis auctoritas fuerit sua in mensa, M. Varro 96
his verbis tradit: „L. Lucullus puer apud patrem numquam
lautum convivium vidit, in quo plus semel Graecum vinum
daretur; ipse cum rediit ex Asia, milia cadum congiarium
divisit amplius centum. C. Sentius quem praetorem vidimus
Chium vinum suam domum inlatum dicebat tum primum,
cum sibi cardiaco medicus dedisset. Hortensius super X M
cadum heredi reliquit." Hactenus Varro. XV. Quid? non 97
et Caesar dictator triumphi sui cena vini Falerni amphoras,
Chii cados in convivia distribuit? Idem Hispaniensi triumpho
Chium et Falernum dedit, epulo vero in tertio consulatu
suo Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum, quo primum
tempore quattuor genera vini adposita constat. Postea ergo
alia omnia in nobilitatem venere circiter septingentesimum
urbis annum.

XVI. 18. Itaque non miror innumerabilia paene genera 98
ficticii reperta multis ante saeculis, quae nunc dicemus, omnia
ad medicinae usum pertinentia. Omphacium quo modo fieret,
propter unguenta diximus priore libro; fit e labrusca hoc

Crassus, acd. *Crassus et*, βγ. — *L. Iulius*; pro hoc nomine habent *licilius* cd, *l. icilius* a. — *DCLXV.*, θTacdr (codd. Salmas. exerc. p. 666.) *DCLXXV.*, β. *DLXV.*, Brot. γ. At errorem Plinii 13, 24. commissum huc quoque transferre non licet. — *Aminiamque*, a. *Amminiumque*, c. *Ammineumque*, d. — *vini Graeci Ammineique plus octonis* vel *pluris quam octonis*, Dalec. — *quadrante alia*, d. — *Graeco vino*, acd. *vino Graeco*, βγ. — *convictu*, STd. *uno victu*, a. *quovecto*, c.

§ 96. *memoria*, Lips. quaest. epist. 1, 10. perquam probabili coniectura, quia de mensa Varronis infra nihil dicitur. *Varro* de vita populi Romani libro 3.; v. Non. s. v. *cadi*. — *tradidit*, β. — *cadum*, acd (codd. Bud. de asse p. 556.) *cadorum*, codd. Gel. β. — *congiarium*, θcdr (codd. Bud.) *congiarum*, T. *congiariorum*, codd. Gel. β. *in congiarium*, aγ. *congiario*, Dalec. — *centum*, om. d. — *priorem*, d. — *vinum*, Tacd. *vinum in*, β. — *suam domum*, ac. *domum suam*, βγ. — *cardiacus*, a. — *dixisset*, Td. — *Hortensio supra*, Non. — *X M*, acd (codd. Gel.) *decem*, codd. Bud. — *cadorum*, codd. Gel.

§ 97. *triumphis vicenas*, d. — *convivas*, Dalec. — *alia*, a. *liqua*, c. *reliqua*, Td. — *venere*, c. *venere. Et*, a. *venerunt et*, dr. *venerunt*, βγ. — *septingentesimo*, r. — *anno*, ar.

§ 98. *miror*, codd. Barbari. *minor*, cd. *minora*, Kar. — *facticii*, β, quod contra codd. parum recte tuetur Hand. *Lehrb. des Lat. Styls* p. 135. — *fuerit*, c.

est vite silvestri quod vocatur oenanthinum; flores eius libris duabus in musti cado macerati post dies xxx mutantur.
Praeter hoc radix labruscae et acini coria perficiunt; hi 99
paulo postquam defloruere, singulare remedium habent ad refrigerandos in morbis corporum ardores gelidissima, ut ferunt, natura. Pars eorum aestu moritur prius quam reliqui qui solstitiales dicuntur; universi numquam maturescunt, et si prius quam tota maturescat uva incocta detur cibo gallinaceo generi, fastidium gignit uvas adpetendi.

19. Ficticiorum primum fit ex ipso vino quod vocant 100
adynamon hoc modo: albi musti sextariis xx aquae dimidium fervet donec excoquatur aquae mensura. Alii marinae sextarios decem, tantundem pluviae in sole quadraginta diebus torrent; dant aegris quibus vini noxiam timent. Proxumum 101
fit e mili semine maturo cum ipsa stipula libram quadrantem in congios duos musti macerato et post septumum mensem transfuso; ex loto arbore, frutice, herba dictum est uti quaeque fierent. Fiunt et e pomis quae dicemus, interpretatio- 102
nibus non nisi necessariis additis, primumque e palmis, quo Parthi Indi utuntur et oriens totus, maturarum quas vocant chydaeas modio in aquae congiis tribus macerato expressoque. Sic fit et sycites e fico, quem alii palmiprimum, alii catorchiten vocant; aut si dulce esse non libeat, pro aqua

— *priori*, β. *superioribus libris*, Dalec. coll. 12, 130. — *fit e labrusca*, v. Dioscor. 5, 33. — *maceratis*, adr. *maceratos*, c. — *dies XXX*, acd. *XXX dies*, βγ.

§ 99. *et*, omitt. acd. — *hi*, ac. *hii*, d. *ii*, βγ. — *postquam paulo*, Td. — *defloruere*, Td. *defluere*, θac. — *natu*, c. — *reliqua*, acd. *perstant reliqui*, Dalec. — *Universis*, c. *dicuntur universi. Nunquam*, θ. — *maturescat*, v. Schneid. ad Colum. VIII. 5, 23. *marcescat*, acγ. *marescat*, d. *inarescat*, T. — *una*, β. — *appetendas*, c.

§ 100. *Ficticiorum*, Tacd. *Factitiorum*, β. — *adynamon*, Barbar. *adsynamon*, a. *assynamon*, d. *adsimanon*, c. V. Dioscor. 5, 13. — *sextariis*, Tad. *sextarios*, c. *sextarii*, βγ. — *innoxiam*, ac. *noxam*, Td.

§ 101. *fecit*, d. — *milio*, ac. *milius*, d. — *maturi*, d. — *libram quadrantem*, acd. *libram et quadrantem*, βγ. *libra et quadrante*, Pint. — *maceratos*, d. *macerator*, c. *maceratur*, a. — *et vino post*, Dalec. — *dictum est* 13, 104. sqq. — *ubi*, STacd.

§ 102. *non nisi necessariis interpretationibus*, d. — *primumque e*, codd. Gel. *primusque e*, acd. *proximumque ei e*, codd. Barbari. — *Indi*, acd. *et Indi*, βγ. — *motus*, acd. — *maturarum*, Barbar. ex Dioscor. 5, 40. τὰς χυδαίους πεπείρους. *mitearum*, STacd (codd. Salmas. exerc. p. 932. b. D.) *mitiorum*, Pint. K. — *in aquae*, ac. *vinaque*, d. — *sicites*, c. *sitites*, d. *ficites*, a. Plurima hic mutat Dalec. — *palmiprimum*, Barbar. *parmiprimum*, T. *parnu primum*, θacd. — *catorchiten*, Barbar. e Dioscor. 5, 41. *trocin*, θTacd.

tantundem vinaceorum adicitur. E Cypria fico et acetum 103
fit praecellens atque Alexandrino quoque melius. Vinum fit
et e siliqua Syriaca, e piris malorumque omnibus generibus,
sed e Punicis rhoiten vocant, et e cornis, mespilis, sorbis,
moris siccis, nucleis pineis; hi musto madidi exprimuntur,
superiora per se mitia. Myrtiten Cato quemadmodum fieri 104
docuerit, mox paulo indicabimus; Graeci et alio modo. Ra-
mis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tunsis,
libram in tribus musti congiis defervefaciunt, donec duo su-
persint; quod ita silvestris myrti bacis factum est, myrti-
danum vocatur; hoc manus tinguit. Ex his quae in hortis 105
gignuntur fit vinum e radice, asparago, cunila, origano, api
semine, habrotono, mentastro, ruta, nepeta, serpyllo, mar-
rubio; manipulos binos condunt in cadum musti et sapae
sextarium et aquae marinae heminam. E napis fit duum 106
denariorum pondere in sextarios binos musti addito; item e
scillae radice; inter flores, ex rosae foliis tunsis in linteolo
in mustum conlatis cum ponduscolo, ut sidat, XL pondere
denariorum in sextarios vicenos musti nec ante tris menses
vase aperto; item e nardo Gallico et aliud e silvestri. Aro- 107
matiten quoque invenio factitatum tantum non unguentorum
compositione, primo ex murra, ut diximus, mox et nardo
Celtico, calamo, aspalatho, offis in mustum aut dulce vinum

§ 103. *ficu*, Td. — *fit*, acd. Omitt. *βγ*. — *Alexandrino*, acd. *Alexandrina*, Hard. tacite, *γ*. — *e piris*, ac. *et e piris*, d*βγ*. — *Punicis*, Tacd. *Punicis quod*, *βγ*. — *rhoiten*, Dioscor. 5, 34. *rhoiton*, Tad. *rhioton*, c.

§ 104. *quemadmodum Cato*, Td. — *fieri docuerit*, cd (codd. Gel.) *fierit*, a. *fecerit hoc*, r. — *mox paulo*, 15, 123. — *Graeci*, acd. *Graeci vero*, *βγ*. V. Dioscor. 5, 37. — *albo*; pro h. v. dant *palmo* ac, *salmo* d. — *libra*, acd. — *defervefaciunt*, *θ*Tcd. *defervere faciunt*, a*β*. — *item*, Td. — *vocatur*, *θ*adc. *vocant*, *β*. — *hoc manus tinguit*. Haec verba, quae, quocumque modo attrectas, iustam explicationem non admittunt, vereor ne multum corrupta sint; hanc ad suspicionem me ducunt verba Dioscor. 1, 156. *τὸ δὲ μυρτίδανον λεγόμενον ἐπίφυσίς ἐστιν ἀνώμαλος καὶ ὀχθώδης καὶ ὁμόχρους· οἱονεὶ χεῖρες περὶ τὸ τῆς μυρσίνης πρέμνον*. *capillos tingunt*, Cornar. ad Dioscor. 5, 33.

§ 105. *radice*, quanam? Aut legendum *radice asparagi* aut *radice* . . . . . (ut nomen plantae alicuius exciderit), aut ipsa vox *radice* est corrupta. — *cunila*, cd (codd. Barbari.) *cumela*, a. — *ruto*, ad. — *nepta*, d. — *condunt*, *θ*Tacd. *tundunt*, *β*. — *mustum*, ac. — *sapae*, Dalec. c. *sapiae*, a. *sepe*, d. *saepe*, *β*.

§ 106. *duum*, Tcd (codd. Bud. de asse p. 538.) coll. Dioscor. 5, 56. *XI*, codd. Barbari, *β*. Omnem numerum omitt. a (et aliqui codd. Budaei.) V. Gronov. de sestert. p. 89. — *pondere*, om. T. — *e sciliae*, cd. *esculi e*, a. — *ex*, d. *et*, ac. — *usus*, acd. — *collatis*, acd. *colatis*, *β*. *chalatis*, Gronov. — *CCL*, Gronov. — *vicena*, c. — *multi*, cd. — *e nardo Gallico*, Barbar. *in agro caligo*, acd. V. Dioscor. 5, 67. 69.

deiectis; alii de calamo, iunco, costo, nardo Syriaco, amomo,
casia, cinnamo, croco, palma, asaro, similiter et offa; apud 108
alios nardi et malobathri selibris in musti congios duos additis, qualia nunc quoque fiunt pipere et melle addito, quae alii condita, alii piperata appellant. Invenitur et nectarites ex herba quam alii helenion, alii Medicam, alii symphyton, alii Idaeam, alii Orestion, alii nectariam vocant, radice ponderis XL denariorum in sextarios sex musti addita, similiter
in linteo. Ex ceteris herbis, fit apsinthites in XL sextariis 109
musti apsinthi Pontici libra decocta ad tertias partis vel scopis apsinthi in vinum additis; similiter hyssopites e Cilicio hyssopo, unciis tribus in duos congios musti coniectis aut tunsis in unum; fiunt utraque et alio modo, circa radices
vitium sato. Sic et helleboriten fieri ex veratro nigro Cato 110
docet; sic fit et scammonites. Mira vitium natura saporem alienum in se trahendi, qualem et salicum redolent Patavinorum in palustribus vindemiae. Sic et helleborum seritur in Thaso aut cucumis silvester aut scammonia, quod vinum
phthorium vocant, quoniam abortus facit. Fit et ex herbis 111
quarum naturae suo loco dicentur: e stoechade, radice gentianae et tragorigano et dictamno, asaro, dauco, elelisphaco, panace, acoro, conyza, thymo, mandragora, iunco. Vocarunt et scyzinum et itaeomelin et lectisphagiten quorum iam oblit-

§ 107. *ex*, aed. *e*, *βγ*. — *diximus* § 92. — *aspalatho*, a. *bitumine*, Tcd (Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 500. b. A.) — *mustum*, a. *fustum*, c. *ustum*, d. — *deiectis*, Pint. *defectis*, *θ* Tacd. *desectis*, *β*. — *alii de*, ar. *alio de*, cd. *aliud e*, *β*. — *cassia*, acd. — *cinnamo*, Tacd. *cinnamomo*, *βγ*. — *asaro*, Barbar. *agaro*, a. *acaro*, c. *caro*, d. — *et*, ac. *in*, Td. *similibus et offis*, Dalec.

§ 108. *sexlibris*, d. — *musto*, ac. — *nectarites*, v. Dioscor. 5, 66. — *helenion*, Barbar. *menelion*, *θ* Tacd. — *Ideam*, Td. *idem*, Barbar. — *alii*, Td. *alit*, c. *et*, Barbar. *βγ*. Om. a. — *Orestion*, Td. *Orestium*, ac. — *nectariam*, Tacd. *nectaream*, *βγ*. — *V*, Pint. — *denariorum*, omitt. Tacdr. — *in*, post *ponderis* collocat d. — *sextarios XXXVI musti*, Gronov. — *additam*, d.

§ 109. *sextariis*, *θ* acd. *sextarios*, *β*. *absinthites XLVIII sextariis* — *decoctis*, Bud. de asse p. 537. — *hysopites*, ad. *hysopite*, c. Unum *s* semper habet a. — *e Cilicio hyssopo*, Barbar. *e licio hyssopo*, d. *salicio hysopo*, a. Om. c. — *unum*, d[1]. *vinum*, acd[2] *β*. — *pleraque*, Dalec. — *satu*, Dalec.

§ 110. *erato*, acd. — *Cato* de re rust. 114. — *salicum*, codd. Gel. *salicem*, acd. — *cucuminis*, *β*. — *phthorium*, codd. Barbari. *pthorium*, d. *ithorium*, c. *itorium*, a. V. Dioscor. 5, 77. — *vocatur*, a (codd. Barbari.)

§ 111. *natura*, a. — *suae*, *θ*. — *dicetur*, a. — *e stoechade*, Barbar. *est et ochade*, acd. — *radice*, acd. *et radice*, *βγ*. — *traguritano*, acd. — *clauco*, d. Om. a; in c erasum. — *elelisphaco*, codd. Barbari. *elebis phagora*, ad. *elebis fagora*, c. — *acoro conyza*, codd. Barbari. *a corinthimo*, d. *acoro*, ac. — *lectisphagitem*, ac.

terata ratio est. Et fruticum vero e genere, cedri utriusque, 112
cupressi, laurus, iuniperi, terebinthi, in Gallia lentisci, bacas aut lignum recens in musto decocunt; item chamelaeae et chamaepityos et chamaedryos lignum eodem modo, et ex flore, in congium musti decem denariorum pondere addito.

XVII. 20. Fit vinum et ex aqua ac melle tantum. Quin- 113
quennio ad hoc servari caelestem iubent; aliqui prudentiores statim ad tertias partis decocunt et tertiam veteris mellis adiciunt, deinde XL diebus canis ortu in sole habent; alii diffusa ita decumo die opturant. Hoc vocatur hydromeli et vetustate saporem vini adsequitur, nusquam laudatius quam in Phrygia.

21. Quin et acetum melle temperabatur; adeo nihil in- 114
temptatum vitae fuit. Oxymeli hoc vocarunt, mellis decem libris, aceti veteris heminis quinque, salis marini libra, aquae pluviae sextariis quinque subfervefactis deciens, mox elutriatis atque ita inveteratis: omnia ab Themisone summo
auctore damnata. Et Hercules, coactus usus eorum videri 115
potest, nisi si quis naturae opus esse credit aromatiten et ex unguentis vina composita aut ut biberentur genuisse eam frutices. Ista sunt cognitu iucunda, sollertia humani animi omnia exquirente. Nihil quidem ex his anno durare praeterquam quae vetustate ipsa fieri diximus et plura ne tricenis quidem diebus non erit dubium.

XVIII. 22. Sunt et in vino prodigia. Dicitur in Arcadia 116
fieri quod fecunditatem feminis inportet, viris rabiem, at in

§ 112. *Et*, ac. *E*, Td. — *vero*, Tcd. *verum*, a. — *a*, ac. Omitt. Td. — *lauri*, r. — *iuniperi*, d. *iunipiri*, c. *pinipiri*, a. *pini, iuniperi*, r. — *terebinthi, in Gallia*, Hard. *terebinthi callia*, r. *therebinthini challin*, ac. *terebinthini callini*, T. *terebinthini callim*, d. *ter. thymelaeae*, Dalec. *ter. calami*, Barbar. *β*. — *bace aut*, cd. *bac*, a. Ex illorum codicum scriptura colligo *bacae* — *decoquuntur* scribendum esse. — *in*, Tacd. Omitt. *βγ*. — *chamaepythiis*, cd. *chamaepitus*, a. — *et*, omitt. acd. — *chamedrisis*, acd.

§ 113. *adhuc*, d. — *servare*, c. — *iubent aliqui prudentiores. Alii statim*, r. — *veteris mellis*, acd. *mellis veteris*, *βγ*. — *dein*, d. — *canis ortu*; Plin. *a canis ortu* scripsisse videtur.

§ 114. *temperabant*, d. — *intemptatum*, acd. *intemperatum*, r. *intentatum*, codd. Gel. *βγ*. — *vitae*, Tcd (codd. Gel.) *vita*, a. *in vita*, r. — *Oxymeli*, v. Dioscor. 5, 22. — *sextarios*, acd. — *suffervere factis*, a. — *Themisione*, a. *Themissione*, c.

§ 115. *Hercules*, acd (codd. Oudend. ad Appul. metam. p. 180.) *Hercule*, *βγ*. — *usus eorum*, acd. *eorum usus*, *βγ*. — *aromaticen*, a. — *ut biberentur*, ad.

Achaia maxume circa Caryniam abigi partum vino atque
etiam si uvam edant gravidae, cum differentia in gustatu
non sit; Troezenium vinum qui bibant negantur generare.
Thasos duo genera vini diversa facere proditur, quo somnus 117
concilietur, alterum vero quo fugetur; apud eosdem vitis
theriaca vocatur, cuius et vinum et uva contra serpentium
ictus medetur; libanios turis odore, ex qua dis prolibant;
e diverso aspendios damnata ab aris; ferunt eam nec ab
alite ulla attingi. Thasiam uvam Aegyptus vocat apud se 118
praedulcem quae solvit alvom; est contra Lycia quae solu-
tam firmat; Aegyptus et ecbolada habet abortus facientem.
Vina in apothecis canis ortu mutantur quaedam posteaque
restituuntur sibi; sic et mari navigato cuius iactatus his
quae duraverint tantum vetustatis adicere sentitur quantum
habuerint.

XIX. 23. Et quoniam religione vita constat, prolibare 119
dis nefastum habetur vina praeter inputatae vitis, fulmine
tactae quamque iuxta hominis mors laqueo pependerit, aut
volneratis pedibus calcata et quod circumcisis vinaceis pro-
fluxerit, aut superne deciduo inmundiore lapsu aliquo pol-
luta, item Graeca, quoniam aquam habeant. Vitis ipsa quo-
que manditur, decoctis caulibus summis qui et condiuntur
in aceto ac muria.

24. Verum et de adparatu vini dixisse conveniat, cum 120
Graeci privatim ea praecepta condiderint artemque fecerint,

hilarentur, c. — *eam*, Barbar. acd. *ea*, r. — *Ita*, d. — *cognito*, d. — *sollertia humani animi*; pro his vv. dant *sollertia humana homine* a, *sollertiae humane nomine* cd. — *exquirenti*, a. *exquirentis*, cd. — *diximus* § 101.

§ 116. *Achaia*, d. *Athia*, ac. — *Caryniam*, Barbar. *chariniam*, acd. *Charmiam*, *θ*. V. Theophr. hist. plant. IX. 18, 10., idem ap. Athen. 1. p. 31. — *bibant*, *θ* Tacd. *bibunt*, *βγ*.

§ 117. *Thasos*, Tacd. *Thasios*, *β*. — *quo*, acd. *unum quo*, *βγ*. De semel omisso adiectivo *alter* v. ad 35, 71. — *theriaca*, ac. *theriace*, d*βγ*. — *libanios*, Barbar. *libadeos*, d. *libadeor*, ac. — *aspondos* vel *aspondios*, Dalec. — *ab aris*, d. *avaris*, ac. *aris*, codd. Gel. *βγ*.

§ 118. *Lycia*, cd. *Lyciam*, a. *in Lycia*, *βγ*. — *soluta*, acd. — *abortus*, d (codd. Gel.) *abortuus*, c. *abortivos*, ar. — *facienta*, c. — *maris*, r. — *navigato*, acd (codd. Gel.) *navigatio*, r*γ*. — *censetur*, K.

§ 119. *vino*, r. — *praeter*, omitt. Pint. et r. — *impunitatae*, d. — *quamque iuxta*; his in vv. varia tentant Pint et Dalec. — *calcata*, acd. *conculcata*, codd. Hard. *γ*. *calcatae*, Dalec. — *proluxerit*, acd. — *ciduo*, Tacd. *ceduo*, S. — *immundo*, d. — *lapsu*, delet Petav. ap. Brot. — *pollutae*, Dalec. *polluto*, Petav. — *item*, acd. *et*, codd. Gel. — *summis*, om. a.

sicut Euphronius et Aristomachus et Commiades et Hice-
sius. Africa gypso mitigat asperitatem nec non aliquibus
partibus sui calce; Graecia argilla aut marmore aut sale
aut mari lenitatem excitat, Italiae pars aliqua rabulana pice,
ac resina condire musta volgare ei est provinciisque finiti-
mis; nonnusquam prioris vini faece acetove condiunt. Nec 121
non et ex ipso musto fiunt medicamina; decoquitur ut dul-
cescat portione virium, nec durare ultra annuum spatium
tale proditur. Aliquibus in locis decocunt ad sapas musta
infusisque his ferociam frangunt. Et in hoc tamen genere
et in omni alio subministrant vasa ipsa condimentis picis,
cuius faciendae ratio proxumo dicetur volumine.

XX. 25. Arborum suco manantium picem resinamque 122
aliae ortae in oriente, aliae in Europa ferunt; quae interest
Asia utrimque quasdam habet. In oriente optumam tenuis-
simamque terebinthi fundunt, dein lentisci, quam et masti-
chen vocant, postea cupressi, acerrimam sapore, liquidam
omnes et tantum resinam, crassiorem vero et ad pices fa-
ciendas cedrus. Arabica resina alba est, acri odore, difficilis
coquenti, Iudaea callosior et terebinthina quoque odoratior,
Syriaca Attici mellis similitudinem habet; Cypria antecedit 123
omnis, est autem melleo colore, carnosa; Colophonia praeter
ceteras fulva; si teratur alba fit, gravior odore; ob id non
utuntur ea unguentarii; in Asia quae fit e picea, admodum
candida, spagas vocatur. Resina omnis dissolvitur oleo; qui-
dam et creta figlinarum hoc fieri arbitrantur pudetque con-

§ 120. *Euphonius*, a. — *Commiades*, Tacd. *Conmiades*, θ. *Coniades*, β. — *cypso*, d. *cyppo*, c. — *partibus sui*, acd. *sui partibus*, βγ. — *Graeci*, d. — *in parte*, r. — *rabulana*, ac. *crapulana*, d. *radulana*, Beroald. ad Colum. XII. 21, 6. — *ei est*, ac. *est ei*, dβγ. *est provinciis finitimis*, r. — *nonnusquam*, d (codd. Gel.) *non usque*, a. *non nusquae*, c. *Anni prioris vina*, r.

§ 121. *Aliquibus in*, a. *Quibusdam in*, Td. *Quibus*, c. — *his*, d. *iis*, c. *eius*, a. — *proximo* 16, 52.

§ 122. *resinam*, T. — *alia*, c[1]. — *ortae*, a. *certae*, c[2]. *certe*, c[1]. *asta*, Td. Om. r. *Asiae*, Pint. — *eruppae*, c. — *Asia*, a. *Asiae*, cd. — *utramque*, Pint. — *dein*, cd. *deinde*, aβγ. — *mastichen*, Pint. *masticen*, c. *mastichem*, d. *masticem*, a. — *acerrima*, a. — *liquidam*, cd. *liquida*, a. *liquidae*, Sr. — *omnes et tantum*, a. *omnes et tanta*, cd. *omnes exstant*, Sr. — *resinam*, cd. *resina*, a. *resinae*, Sr. *liquidiorem hae tantum resinam*, Pint. — *picem faciendam idonea cedrus*, K. — *Iudaea*, θTacd. *Iudaica*, β.

§ 123. *est*, omitt. ac. — *ob hoc*, T. — *e*, a[2]cd. *a*, a[1]. — *pice*, d. — *spagas*, acd. *spargos*, codd. Barbari. *spargas*, r. *epargos*, Barbar. — *fuliginarum*, a. — *a virorum*, r.

fiteri maxumum iam honorem eius esse in evellendis virorum
corpori pilis. Ratio autem condiendi musta in primo fervore, 124
qui novem diebus cum plurumum peragitur, adspersu picis,
ut odor vino contingat et saporis quaedam acumina; vehe-
mentius id fieri arbitrantur crudo flore resinae excitarique
lenitatem, e diverso crapula conpesci feritatem nimiam fran-
gique virus aut, ubi pigra lenitas torpeat, virus addi. Li- 125
guriae maxume Circumpadanisque mustis utilitas discernitur
hoc modo: pugnacibus mustis crapulae plus inditur, lenibus
parcius. Sunt qui ex utroque condiri velint, nec non alia,
quae est musti, pice et natura. Vitiumque musto quibusdam
in locis iterum sponte fervere, qua calamitate cum defervit
sapor, vappae accipit nomen probrosum etiam hominum,
cum degeneravit animus; aceti enim nequitiae inest virtus
magnos ad usus et sine quis mitior vita degi non pos-
sit. Cetero vinorum medicaminis tanta cura est ut cinere 126
apud quosdam ceu gypso alibi et quibus diximus modis
instaurentur; sed cinerem e vitis sarmentis aut quercu prae-
ferunt. Quin et marinam aquam eiusdem rei gratia ex alto
peti iubent servarique ab aequinoctio verno aut certe nocte
solstitio et aquilone flante hauriri vel si circa vindemiam
hauriatur decoqui. Pix in Italia ad vasa vino condendo 127
maxume probatur Bruttia; fit e piceae resina, in Hispania
autem e pinastris minume laudata; est enim resina harum
amara et arida et gravi odore. Differentiam rationemque

§ 124. *condiendi musta in*; his in vv. desinit c. — *quodam*, r. *quadam*, K. — *acumine*, ar. *acrimonia*, K. — *crapulam*, a. — *aut*, a. *at*, Td.

§ 125. *utilitas*, D. *utilitas crapulae*, S. *crapulae utilitas*, adγ. — *qui ex utroque*, D. *quae ex utroque*, d. *utroque*, a^1. *ex utroque*, a^2. *qui et ex nitro quoque*, codd. Barbari. — *quae est — natura*, ita Hard. coll. § 74. 121. ex inepta et vix a quoquam intellecta coniectura. *quae est mulci pice et natura*, θ. *quae est mulsi pice et natura*, a. *quae simulet pice et natura*, Td. *aeque multiplici natura*, Barbar. β. *nec non alii etiam multi pice quoque Naritia*, Dalec. Locus ingenti corruptela et interpolatione corruptus, qui, cum rerum notitia nos deficiat, sine melioribus codd. sanari vix poterit. — *sponte*, om. T. — *cum*, r. Omitt. adβγ. — *defervit*, a. *deperit*, codd. Gel. βγ. *deserit*, d. *deferbuit*, r. — *vappae*, ar. *vappaeque*, dβγ. — *homini*, TK. — *degeneravit*, adr. *degeravit*, θ. *degeneraverit*, β. — *acetis*, dr. — *vero*, K. — *magna*, r. — *quis*, d. Om. a. — *mitior vita*, ad. *vita mitior*, βγ.

§ 126. *Ceterum*, a. — *et quibus*, θTad. *quibus*, β. *alibi et lixivio quibus*, Dalec. — *diximus* § 120. 121. — *circa*, a. *certe circa*, d.

§ 127. *condiendo*, r. — *picea*, adr. — *pinastris*, T. *pimastris*, d. *pici nostris*, a. — *resina harum*, d. *resinarum*, a. — *avida*, θSTad. *uvida* vel *mucida*, Pint.

faciendi proxumo volumine demonstrabimus inter arbores
feras. Vitia praeter supra dicta acor aut fumidum virus,
picis autem adustio; experimentum vero, si fragmenta sub-
luceant ac sub dente lentescant acore iucundo. Asia picem 128
Idaeam maxume probat, Graecia Piericam, Vergilius Nary-
ciam; diligentiores admiscent nigram mastichen quae in
Ponto bituminis similis gignitur et iris radicem oleumque;
nam ceram accipientibus vasis conpertum vina acescere, sed
transferre in ea vasa in quibus acetum fuerit utilius quam
in ea in quibus dulce aut mulsum. Cato iubet vina concin- 129
nari — hoc enim utitur verbo — cineris lixivi cum defruto cocti
parte quadragesima in culeum vel salis sesquilibra, interim
et tunso marmore; facit et sulphuris mentionem, resinae vero
in novissimis. Super omnia addi maturescente iam vino iubet 130
mustum quod ille tortivom appellat, nos intellegimus novis-
sime expressum; et adicimus tinguendi gratia colores ut
pigmentum aliquod vini, atque ita pinguius fieri; tot ve-
neficiis placere cogitur, et miramur noxium esse. In vitium
inclinantis experimentum est lamnae plumbeae mutatus in
eo colos.

26. Proprium autem inter liquores vino mucescere aut in 131
acetum verti, exstantque medicinae volumina. Faex vini sic-
cata recipit ignis ac sine alimento per se flagrat; cinis eius
nitri naturam habet easdemque viris, hoc amplius, quod pin-
guior sentitur.

XXI. 27. Magna et collecto iam vino differentia in cella. 132
Circa Alpis ligneis vasis condunt circulisque cingunt atque

proximo 16, 38. sqq. — *feras*, d. *feraces*, ar. — *vero*, om. a.

§ 128. *Idaeam*, Td (codd. Gel.) *Indicam*, ar[1]. *Narytiam*, r[2]. *Idicam*, Barbar. — *Vergilius*, georg. 2, 438. — *Nyriciam*, d. — *adhibent*, T. — *masticen*, d. *masticem*, a. — *bitumini*, a. — *iri*, a. *irim*, d. — *foliumque*, Dalec. — *compertum*, ad. *compertum est*, βγ. — *acetum fuerit*, d. *dulce acetum*, a.

§ 129. *Cato* de re rust. 23. — *utitur*, de re rust. 114. 122. — *quadragesima*, codd. Barbari. *quadringentesima*, Tad. — *in culeum*, Hard. ex Catone. *culleum*, Tad. *pulegii*, β. — *sulphuris*; ex Catonis libro haec observatio excidit.

§ 130. *tortinum*, a. — *adiicimus*, S. *addiscimus*, Tad. *adiici mustis*, β. *adiici mos*, Pint. — *colores*, Tad. *coloris*, β. — *fieri; tot*, d. *fieret ut*, a. *Sed ut*, r. — *veneficiis*, r. *beneficiis*, ad. — *cogitur*, d. *cogatur*, ar. — *et*, om. r. — *noxiam*, Tad. — *lamna*, d. *lamina*, ar. — *plumbeae*, d. *plumbea*, ar. — *eo*, Tad. *ea*, β. — *color*, Td.

§ 131. *reliquores*, a. — *mucescere*, Barbar. d. *mulcescere*, a. V. Schneider. ad Caton. de re rust. 148. — *Faex*, d. *tam ex*, a. *Et faex*, βγ. — *quod*, θTadr. *quo*, βγ.

etiam hieme gelida ignibus rigorem arcent. Rarum dictu
sed aliquando visum: ruptis vasis stetere glaciatae moles
prodigi modo, quoniam vini natura non gelascit, alias ad
frigus stupens tantum. Mitiores plagae doliis condunt info- 133
diuntque terrae tota aut ad portionem situs; item caelum
praebent, alibi vero inpositis tectis arcent, traduntur que et
haec praecepta: latus cellae vinariae aut certe fenestras ob-
verti in aquilonem oportere vel utique in exortum aequi-
noctialem, sterculinia et arborum radices procul abesse
omniaque odoris evitandi facillimo in vina transitu, ficos
utique et caprificos; doliis etiam intervalla dari ne inter 134
sese vitia serpant contagione vini semper ocissima; quin
et figuras referre; ventruosa ac patula minus utilia; picari
oportere protinus a canis ortu, postea perfundi marina aqua
aut salsa, dein cinere e sarmentis adspergi vel argilla, abs-
tersa murra suffiri ipsasque saepius cellas; inbecilla vina
demissis in terram doliis servanda, valida expositis; num- 135
quam inplenda et quod supersit passo aut defruto perun-
guendum admixto croco, pisa veteri cum sapa; sic opercula
doliorum medicanda addita mastiche ac pice Bruttia. Ape-
rire vetant nisi sereno die; vetant austro flante lunave plena.
Flos vini candidus probatur: rubens triste signum est, si
non is vini colos sit, item vasa incalescentia operculave su-
dantia. Quod celeriter florere coeperit odoremque trahere, 136
non fore diutinum. Ipsa quoque defruta ac sapas cum sit
caelum sine luna hoc est in sideris eius coitu neque alio die
coqui iubent, praeterea plumbeis vasis, non aereis, nucibus-
que iuglandibus additis; eas enim fumum excipere. Cam-

§ 132. *celo*, Tad. — *ligneis vasis*, d. *liniceis vasis*, a. *in vasis ligneis*, T. — *arcend*, a. — *Rarum*, θTad. *Mirum*, βγ. — *staterae*, a. — *glaciata prodigii*, r. — *tantum stupens*, d.

§ 133. *terrae*, d. *tepre*, a[1]. *tempore*, a[2]. — *satis*, Dalec. — *ardent*, a. — *usque*, Tadr. — *sterculinia*, a. *sterculonia*, θ. *sterquilinia*, dβγ. — *ficus*, β.

§ 134. *nec*, a. — *ventruosa*, θTadr. *ventrosa*, β. — *dein*, a. *deinde*, Td. *ac leni*, K. — *e sarmentis*, Td. *ea sarmentis*, a. *sarmenti*, Kβγ. — *abstergi*, Pint. et Niclas. ad Geopon. VII. 6, 11. — *argilla aspera*, K. — *cellas*, om. a.

§ 135. *ac defricto*, d. — *pisa veteri*, a. *pisave iri*, d. *pice veteri*, βγ. — *mastice*, ad. — *Bruttia*, θSa (codd. Barbari.) *Bruma*, dβγ ad sequentia referentes. — *Aperire*, θad. *aperiri*, βγ. — *tristis*, d. — *is*, θTadr. Om. β. — *color*, d. — *vasis incalescentibus operculisve sudantibus quod celeriter*, r.

§ 136. *coepit*, r. — *non fit diutinum*, K. — *defricta*, d. — *sapa*, ad. — *nucibusque iuglandibus*, θadr. *nucibus iuglandibusque*, T. *nucibus iuglandibus*, β.

paniae nobilissima exposita sub divo in cadis verberari sole,
luna, imbre, ventis aptissimum videtur.

XXII. 28. Ac si quis diligentius reputet, in nulla parte 137
operosior vita est, ceu non saluberrimum ad potus aquae
liquorem natura dederit, quo cetera omnia animantia utuntur.
At nos vinum bibere et iumenta cogimus, tantoque opere,
tanto labore et inpendio constat quod hominis mentem mutet
ac furorem gignat, milibus scelerum huic deditis, tanta dul-
cedine ut magna pars non aliud vitae praemium intellegat.
Quin immo ut plus capiamus, sacco frangimus viris et alia 138
inritamenta excogitantur ac bibendi causa etiam venena con-
cipiuntur, aliis cicutam praesumentibus, ut bibere mors co-
gat, aliis pumicis farinam et quae referendo pudet docere.
Cautissimos ex his balneis coqui videmus exanimisque ef- 139
ferri, iam vero alios lectum exspectare non posse, immo vero
nec tunicam, nudos ibi protinus anhelos ingentia vasa con-
ripere velut ad ostentationem virium ac plene infundere ut
statim vomant rursusque hauriant, idque iterum tertiumque
tamquam ad perdenda vina geniti et tamquam effundi illa
non possint nisi per humanum corpus. Ad hoc pertinent 140
peregrinae exercitationes et volutatio in caeno ac pectorosa
cervicis repandae ostentatio. Per omnia haec praedicatur
sitis quaeri. Iam vero quae vasa adulteriis caelata, tam-
quam per se parum doceat libidines temulentia! Ita vina
ex libidine hauriuntur atque etiam praemio invitatur ebrie-

expositis, K. — *divo*, a (quinque codd. Leidd. ap. Oudend. ad Suet. Caes. 72.) *diu*, d. *dio*, *βγ*. — *in*, *θ*Tadr. Om. *β*. — *in praebentis*, d.

§ 137. *potus*, *θ*T d. *potum*, a*βγ*. — *hominis mentem*, ad. *homines mente*, Hard. e codd. (?). — *ubi deditis*, d. *ubi dedistis*, a. — *intelligant*, T.

§ 138. *franguntur*, Barbar. K. — *excogitamus*, Dalec. — *causa etiam*, ad. *etiam causa*, *βγ*. — *concipiuntur*, Pint. *conspiciuntur*, Ta. *conscipiuntur*, d. *conficiuntur*, *βγ*. — *dicere*, r.

§ 139. *cautissimos. Ex his immo*, ad. — *balneis*, a. *balienis*, d. — *tunica*, a. — *nudus*, a. *nudosque*, d. — *et anhelos*, Tr. — *plene*, *θ*ar. *plane*, d*β*. — *vomant*, *θ*adr. *evomant*, *β*. — *corpus humanum*, d.

§ 140. *Ad hoc*, adr. *Huc*, *β*. — *pectorosa* cervicis ostentatio inepta. Legendum *torosa*, quod de cervice proprie dici lexica docent. — *repandi*, a. *nefandae*, d. — *quaeri quae*, Ambr. I. II. — *diis placet*, a. *displicet*, d (Ambr. I. II.) — *et emitur*, a. — *alius*, ad priora refert *β*, unde Dalec. *alienus* legit. Interpunctionem emendavit Pint. — *edit*, ad. *et edat*, T. — *et pretium*, *β*. — *legem*, Ambr. I.

§ 141. *licenter*, dr (Ambr. II.) — *graves*, ad (Ambr. II.) *gravi*, r (Ambr. I.) *tunc gravi*, K. — *produnt*, ad. *produntur*, Kr (Ambr. I. II.) *gravique se pro-*

tas et, si dis placet, emitur. Alius ut quantum biberit tan-
tum edat pretium vinolentiae lege accipit, alius quantum
alea quaesierit tantum bibit. Tunc avidi matronam oculi 141
licentur, graves produnt marito, tunc animi secreta pro-
feruntur. Alii testamenta sua nuncupant, alii mortifera lo-
cuntur rediturasque per iugulum voces non continent, quam
multis ita interemptis, volgoque veritas iam attributa vino
est. Interea ut optume cedat, solem orientem non vident ac
minus diu bibunt. Hinc pallor et genae pendulae, oculorum 142
ulcera, tremulae manus effundentes plena vasa et, quae sit
paena praesens, furiales somni et inquies nocturna prae-
miumque summum ebrietatis libido portentosa ac iucundum
nefas; postero die ex ore halitus cadi ac fere rerum omnium
oblivio morsque memoriae. Rapere se ita vitam praedicant, 143
cum priorem diem cotidie perdant, illi vero et venientem.
Tiberio Claudio principe ante hos annos XL institutum ut
ieiuni biberent potusque vini antecederet cibos, externis et
hoc artibus ac medicorum placitis novitate aliqua sese con-
mendantium. Gloriam hac virtute Parthi quaerunt, famam 144
apud Graecos Alcibiades meruit, apud nos cognomen etiam
Novellius Torquatus Mediolanensis, ad proconsulatum usque
e praetura honoribus gestis, tribus congiis, unde et cogno-
men illi fuit, epotis uno inpetu, spectante miraculi gratia
Tiberio principe in senecta iam severo atque etiam saevo
alias; sed ipsa iuventa ad merum pronior fuerat. Eaque 145

dunt, Dalec. *licenter graves produnt maritos*, Hard. — *mortifera*, a. *mortifere*, θTd. Hinc mihi persuasum est Plinium scripsisse *mortifera eloquuntur* coll. Quintil. VIII. prooem. 11. — *perquam*, Dalec. — *peremptis*, Ambr. I. II. — *iam*, om. d. — *attributo*, a. — *vino*, om. d. — *nisi udi non*, Heins. adv. p. 101. — *bibunt*, Tadr. *vivent*, β. *vivunt*, Hard. e codd.

§ 142. *Hic pallore*, a. — *pendulo*, a. — *vulnera*, T. — *et*, omitt. ad. — *fit*, r. — *portentosa*, ad (cod. optimus ap. Oudend. ad Suet. Dom. 4.) *portentuosa*, r (quattuor codd. iuniores Oudend.) — *postero*, θ. *postera*, adβγ. — *cadi*, Tad (codd. Gel.) *fedi*, S. *foedi*, r. *foetidi*, K[1]. *crudi*, K[2]. — *fere*, omitt. Td. — *moxque*, ad.

§ 143. *illi vero*, ad (codd. Gel.) *immo vero*, K.

§ 144. *Novellus*, codd. Bud. de asse p. 519. — *e*, omitt. d. — *congestis*, Ambr. I. — *nomen*, Ambr. I. — *Tiberio*, ad (omnes codd. Rezz.) *Tiberio Claudio*, Hard. tacite. — *senecta*, d[2] (Ambr. II.) *senecto*, d[1]. *senatum*, a (Ambros. I.) — *sobrio*, Pint. — *atque etiam*, d (Ambr. II.) *aequaeve etiam*, a. *equo et iam*, Ambr. I. — *saevo alias*, a (Ambr. I.) *Scaevola*, d (in rasura et Ambr. II.) Ceterum Pint. et Muret. var. lect. 15, 16. vv. *atque — alias* ut adulterina delent. — *ipsa*, a. *ipsi*, KTd.

commendatione credidere L. Pisonem urbis Romae curae ab
eo delectum, quod biduo duabusque noctibus perpotationem
continuasset apud ipsum iam principem; nec alio magis
Drusus Caesar regenerasse patrem Tiberium ferebatur. Tor-
quato rara gloria, quando et haec ars suis legibus constat,
non labasse sermonem, non levatum vomitione, non altera
corporis parte, dum biberet; matutinas obisse vigilias, plu- 146
rumum hausisse uno potu, plurumum praeterea aliis mino-
ribus addidisse, optuma fide non respirasse in hauriendo
neque exspuisse nihilque ad elidendum in pavimentis sonum
ex vino reliquisse, diligenti scito legum contra bibendi fal-
lacias. Tergilla Ciceroni M. F. binos congios simul haurire
solitum ipsi obicit Marcoque Agrippae a temulento scyphum
inpactum; etenim haec sunt ebrietatis opera. Sed nimirum 147
hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui
M. Antonio; is enim ante eum avidissime adprehenderat
hanc palmam edito etiam volumine de sua ebrietate, quo
patrocinari sibi ausus adprobavit plane, ut equidem arbitror,
quanta mala per temulentiam terrarum orbi intulisset. Exi- 148
guo tempore ante proelium Actiacum id volumen evomuit,
quo facile intellegatur ebrius iam sanguine civium et tanto
magis eum sitiens. Namque et haec necessitas vitium co-
mitatur ut bibendi consuetudo augeat aviditatem, scitumque
est Scytharum legati, quanto plus biberint tanto magis si-
tire Parthos.

29. Est et occidentis populis sua ebrietas fruge madida, 149
pluribus modis per Gallias Hispaniasque, nominibus aliis
sed ratione eadem; Hispaniae iam et vetustatem ferre ea
genera docuerunt. Aegyptus quoque e fruge sibi potus si-
milis excogitavit nullaque in parte mundi cessat ebrietas;

§ 145. *curae*, STad (codd. Gel.) *curatorem*, K. — *dilectum* a. — *degenerasse*, a (Murbac.) — *ferebat*, Murbac. — *Torquato*, θTadr (codd. Barbari et Budaei.) *Torquati*, β. *Tricongii*, Barbar. — *sermonem*, θ. *sermone*, adβγ. — *non levatum*, adr. *nec levatum*, β. — *alta*, ad. *alia*, T.

§ 146. *praeterea*, d. *propterea*, θ. Om. a. — *somnum*, Tad. *summum*, codd. Barbari. — *diligentis*, d. — *bibendi*, d. *bibendum*, θa. *bibentum*, Dalec. — *Ciceroni*, a. *Ciceronis*, r. *Ciceronem*, dβ. — *Marcoque Agrippae*, d. *Marcoque*, a. *marcidoque ac*, r. *Marcoque Agrippae a marcido et temulento*, K.

§ 147. *patria sua*, a.

§ 149. *e fruge*, a. *et fruge*, d.

meros quippe hauriunt talis sucos nec diluendo ut vina mitigant. At Hercules, illic tellus fruges parere videbatur. Heu, mira vitiorum sollertia! inventum est quemadmodum 150
aqua quoque inebriaret. Duo sunt liquores humanis corporibus gratissimi, intus vini, foris olei, arborum e genere ambo praecipui, sed olei necessarius; nec segniter vita in eo elaboravit; quanto tamen in potu ingeniosior, adparebit ad bibendum generibus CLXXXXV, si species vero aestumentur, paene duplici numero excogitatis tantoque paucioribus olei, de quo in sequenti volumine dicemus.

Hercules, adr. *Hercule, β.* — *illis,* K. *solas illic,* Dalec.

§ 150. *inebriarent,* ad. — *humanis corporibus,* ad. *corp. hum., βγ.* — *ingeniosior fuerit apparebit,* T. — *CLXXXXV,* a. *CLXXX,* Td. — *in,* om. d.

C. PLINI SECUNDI

NATURALIS HISTORIAE

LIBER XV.

CAP. I. SECT. 1. Oleam Theophrastus e celeberrimis Grae- § 1
corum auctoribus urbis Romae anno circiter CCCCXL. negavit
nisi intra XL milia passuum ab mari nasci, Fenestella vero
omnino non fuisse in Italia Hispaniaque aut Africa Tarqui-
nio Prisco regnante ab annis populi Romani CLXXIII, quae
nunc pervenit trans Alpis quoque et in Gallias Hispanias-
que medias. Urbis quidem anno DV. Appio Claudio Caeci 2
nepote L. Iunio coss. olei librae duodenae assibus veniere
et mox anno DCLXXX. M. Seius L. F. aedilis curulis olei de-
nas libras singulis assibus praestitit populo Romano per to-
tum annum. Minus ea miretur qui sciat post annos XXII 3

Ad hunc librum toti sunt excussi a d; de D v. ad librum 14.

§ 1. *Theophrastus*, hist. plant. VI. 2, 4. — *e celeberrimis Graecorum auctoribus*, a d (codd. Gel.) *celeberrimus e Graecorum auctoribus*, K. *celeberrimus Graecorum auctorum*, T. — *CCCCXL.*, v. 3, 58. 13, 101. et quae nos ad priorem locum attulimus. *CCCCLX*, r. — *ab*, a d. *a*, *βγ*. — *Hispaniaque aut*, T d. *Hispaniaque*, a. *Hispania atque*, *βγ*. — *CLXXIII*, T d. *CLXXXIII*, a *β*. — *Gallia Hispaniaque media*, T d, unde Pint. *provenit* coniicit.

§ 2. *Apio*, a. *Publio*, Pigh. annall. 2, 50. — *Caeci nepote*; Hard., ut Plinii errorem corrigat, legit *Caii nepote* coll. Fastis Capitolinis anni 504. p. 36. ed. Laurent. et Cicer. de divinat. I. 16, 29. At tum certe scribendum *Caeci F. C. N*; potius Plinio error suus relinquendus. — *L.*, a. *I.*, d. — *duodenis*, Pint. K. — *M. Seius L. F.*, d (codd. Gel.) *M. seui fif.*, a. *Sergius*, r. — *duodenas*, Pint.

Cn. Pompei III. consulatu oleum provinciis Italiam misisse. Hesiodus quoque in primis cultum agrorum docendam arbitratus vitam negavit oleae satorem fructum ex ea percepisse quemquam; tam tarda tunc res erat; at nunc etiam in plantariis serunt translatarumque altero anno decerpuntur bacae.

2. Fabianus negat provenire in frigidissimis oleam neque 4
in calidissimis. Genera earum tria dixit Vergilius, orchites
et radios et posias, nec desiderare rastros aut falcis ullamve
curam. Sine dubio et in his solum maxume caelumque re-
fert; verumtamen et tondentur cum et vites, atque etiam
interradi gaudent. Consequens earum vindemia est arsque 5
vel maior oleum quam musta temperandi; ex eadem quippe
oliva differunt suci. Primum omnium e cruda atque nondum
inchoatae maturitatis; hoc sapore praestantissimum; quin et
ex eo prima unda preli laudatissima ac deinde per deminu-
tiones, sive in sportis prematur sive, ut nuper inventum est,
exilibus regulis pede incluso. Quanto maturior baca, tanto 6
pinguior sucus minusque gratus; optuma autem aetas ad
decerpendum inter copiam bonitatemque, incipiente baca ni-
grescere, quam vocant druppas, Graeci vero drypetidas. Ce-
tero distat, an maturitas illa in torcularibus fiat an ramis,
rigua fuerit arbor an suo tantum baca suco nihilque aliud
quam rores caeli biberit.

§ 3. *Gn.*, a. — *Pompei*, a. *Pompeio*, dr. — *III.*, Pigh. annall. 3, 410. et Clinton. fasti Hellen. III. p. 192. *IIII*, adβ. *septies*, r. — *cons.*, ad. *consule*, r. — *Hesiodus*, v. Caesar. in diurn. antiq. 1838. nr. 65. p. 533. nr. 66. p. 539. — *vitae*, r. — *quamquam*, a. — *tam*, om. a. — *ferunt*, a. — *decerptum urbane*, a.

§ 4. *oleum*, a. — *Vergilius*, georg. 2, 85. — *posias*, ad. *pausias*, $\beta\gamma$. — *falces*, θTad (codd. Gel.) *falcem*, β. — *his*, a. *iis*, d$\beta\gamma$. — *referri*, a. — *attendentur*, K. — *utque*, a.

§ 5. *oleum quam*; hoc ex β revocavi, cum, etiamsi nova audacia a Plinio *olei musta* dici velimus, tamen de oleo mustum apte dici non possit, quia olei tale quid non exstat, quod vini; huius enim mustum fervet, quod non est in oleo. *olei*, Tdγ. *oleo*, a. *deo*, θ. — *e*, omitt. ad. — *saporis praestantissimi*, r. — *deminutiones*, a (codd. Leidd. ap. Oudend. ad Suet. Caes. 5.) *diminutiones*, d$\beta\gamma$. — *in sportis prematur sive*, D ad marginem. Omitt. Dad$\beta\gamma$; at v. Colum. XII. 52, 10. *aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe novis fiscis sampsae exprimi debent.* Quos Columella novos fiscos dicit, eas Plinius sportas, et patet iam librarios ab altero *sive* ad alterum oculis aberrasse.

§ 6. *bacca nigrescere*, d. *bani crescere*, a. — *quam*, D[2]. *qum*, D[1]. *cum*, Tad. *Nostri*, $\beta\gamma$. — *druppas*, ad. *drupas*, $\beta\gamma$. — *drypetidas*, θ. *drypeditas*, a. *dyspectitas*, d. *drypetas*, $\beta\gamma$. — *distat*, d. *distant*, θar. — *an suo*, d. *hanc suo*, a. — *tantum uda succo*, Dalec.

II. 3. Vetustas oleo taedium adfert, non item ut vino, 7
plurumumque aetatis annuo est provida, si libeat intellegere,
natura; quippe temulentiae nascentibus vinis uti necesse non
est, quin immo invitat ad servandum blanda inveterati ca-
ries; oleo noluit parci fecitque ea necessitate promiscuum
et volgo. Principatum in hoc quoque bono optinuit Italia
toto orbe, maxume agro Venafrano eiusque parte quae Li-
cinianum fundit oleum, unde et Liciniae gloria praecipua
olivae. Unguenta hanc palmam dedere adcommodato ipsis 8
odore; dedit et palatum delicatiore sententia; de cetero ba-
cas Liciniae nulla avis adpetit. Reliquom certamen inter Hi-
striae terram et Baeticae par est; vicina bonitas provinciis
excepto Africae frugifero solo; Cereri totum id natura con-
cessit, oleum ac vinum non invidit tantum satisque gloriae
in messibus fecit. Reliqua erroris plena quem in nulla parte
vitae numerosiorem esse docebimus.

III. Olivae constant nucleo, oleo, carne, amurca: sanies 9
haec est eius amara; fit ex aquis, ideo siccitatibus minuma,
riguis copiosa. Suus quidem olivae sucus oleum est, idque
praecipue ex inmaturis intellegimus, sicut de omphacio do-
cuimus. Augetur oleum ad arcturi exortum a. d. xvi. kalen-
das Octobris, postea nuclei increscunt et caro; cum sitienti
imbres copiosi accessere, vitiatur oleum in amurcam. Huius 10
color olivam cogit nigrescere ideoque incipiente nigritia mi-
numum amurcae, ante eam nihil. Et error hominum falsus
existumantium maturitatis initium, quod est viti proxumum;

§ 7. *et vino*, Dalec. — *anno*, r. — *inveterati*, d. *interveterati*, a. *iterveterati*, θ. — *oleo*, d. *eo*, a (in rasura.) *oleum*, K. — *fecitque*, T d. *fecitque veterati*, a. *fecitque veteratica*, r. *fecitque veteratum*, K. — *Italiae*, d. — *Veasrano*, d. *afrano*, a. — *Luciniarum*, a.

§ 8. *odorem*, a. — *paulatim*, d. — *delicatiorem*, a r. — *sententiam*, r. — *pars est*, d. *parem*, T a. — *Ceterum fert vicina*, a. *Cetero fert vicina*, T d. — *Boeotiae*, T d. — *Cereris*, a. *ceteri*, d. *ceteris*, K r. — *non*, om. Barbar. *huic*, vir doctus ap. eund. Potius scribendum videtur *tantum non invidit* i. e. propemodum subtraxit, qua locutione *tantum non* Plin. etiam alibi utitur; v. 14, 107. 22, 17. 35, 201. De auctoritate vini Africi v. 14, 14., olivae vero genus aliquod, quamquam raro, in Africa inventum fuisse narratur § 18. — *plena erroris*, d.

§ 9. *de*, om. a. — *docuimus* 12, 130. — *ad — exortum*, θ S T a d. *ab — exortu*, β. — *a. d.*, Hard. *ad*, a β. *in ad*, θ. //// *ad*, d. — *sitienti*, d. *siti et*, a. *Quodsi etiam imbres*, Pint. — *incessere*, Dalec. — *amurca*, T a d r.

§ 10. *vitio*, K. — *carne*, om. T. — *arbitramur*, a d. *arbitrantur*, βγ. — *habeat*, a d. — *Ergo tum maxime, ubi rigantur, quod cura*, Pint. — *multa sive*, a. *multis sive*, d. *multisve*, T γ.

deinde quod oleum crescere olivae carne arbitramur, cum
sucus omnis in corpus abeat lignumque intus grandescat.
Ergo tum maxume rigantur; quod ubi cura multa sive im-
bribus accidit, oleum absumitur nisi consecuta serenitate quae
corpus extenuet; omnino enim, ut Theophrasto placet, et 11
olei causa calores, quare et in torcularibus, etiam in cellis
multo igni quaeritur. Tertia est culpa in parcimonia, quon-
iam propter inpendium decerpendi exspectatur ut decidat
oliva. Qui medium temperamentum in hoc servant perticis
decutiunt cum iniuria arborum sequentisque anni damno;
quippe olivantibus lex antiquissima fuit: oleam ne stringito
neve verberato. Qui cautissime agunt harundine levi ictu 12
nec adversos percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus
cogitur decussis germinibus, nec minus si exspectetur ut
cadat; haerendo enim ultra suum tempus absumunt venien-
tibus alimentum, ut detinent locum; argumentum est, quod
nisi ante favonium collectae novas viris resumunt et diffici-
lius cadunt.

4. Prima ergo ab autumno colligitur vitio operae, non na- 13
turae posia cui plurumum carnis, mox orchites cui olei, post
radius; has enim ocissime occupat aestas, quia sunt tener-
rimae; amurca cogit decidere. Differuntur vero etiam in
Martium mensem callosae, contra umorem pugnaces ob id-
que minumae, Licinia, Cominia, Contia, Sergia quam Sabini
regiam vocant, non ante favoni adflatum nigrescentes hoc
est a. d. VI. idus Febr. Tunc arbitrantur eas maturescere, 14

§ 11. *Theophrasto* de caus. plant. I. 19, 4. — *et*, Da. *est*, βγ. Omitt. Td. — *calores*, D. *calor est*, Td. *calor*, aβγ. — *quare*, a. *qui*, Td. — *et in*, Td. *in*, a. — *etiam*, ita nos scripsimus per asyndeton. *et iam*, adβγ. Sed quia torcularia cellis praecedunt, haec scriptura ferri non potest. — *in cellis*, a (codd. Barbari.) *a cellis*, θd. — *igni*, ad. *igne*, βγ. — *olivae*, d.

§ 12. *arundinem*, d. Ceterum haec Plin. sumpsit ex Varron. de re rust. 1, 55. — *quoque*, a. *namque*, Td. — *at minus*, Dalec. — *si* (una littera erasa), a. *sic*, d. — *exspectatur*, T. — *absumit* et *detinet*, Dalec. — *ut*, ad. *et*, βγ. — *detinent*, ad^2. *detinea*, d^1. — *collectae*, a. *collecta*, d. *olivae collectae*, Dalec.

§ 13. *colliguntur*, ad. — *vitii*, d. — *opere*, ad. — *natura*, a. — *posia cui*, d^1. *posse acui*, a. *posi*, d^2. *pausia cui*, βγ. — *radius*, v. § 4. 20. *radias*, D^2. *regias*, D^1Tad. *regiae*, D ad marginem. — *occupat aestas*, ita nos scripsimus. *occupatestas*, a. *occupatas*, d (codd. Gel.) βγ. Dicit Plin. haec tria olivae genera aestate celerrime maturari, quia sint tenerrimae, amurcam vero efficere, ut decidant, quod ne fiat, primas statim ab autumno colligi. — *vero*, omitt. d. — *in Martium mensem*, a. *Martio mense*, d. — *Cuminia*, θT. — *a. d.*, ad. *a*, T.

et quoniam probatissimum ex iis fiat oleum, accedere etiam
ratio pravitati videtur; feruntque frigore sterilitatem fieri
sicut copiam maturitate, cum sit illa bonitas non temporis,
sed generis tarde putrescentium in amurcam. Similis error
collectam servandi in tabulatis nec priusquam sudet pre-
mendi, cum omni hora oleum decrescat, amurca augeatur;
itaque volgo non amplius senas libras singulis modiis ex-
primi dicunt. Amurcae mensuram nemo agit, quanto ea co-
piosior reperiatur in eodem genere diebus adiectis. Omnino 15
in vita error est publicus tumore olivae crescere oleum ex-
istumantium, praesertim cum magnitudine copiam olei non
constare indicio sint quae regiae vocantur, ab aliis maiori-
nae, ab aliis phauliae, grandissimae, alioqui minumo suco.
Et in Aegypto carnosissimis olei exiguum, Decapoli vero
Syriae perquam parvae nec cappari maiores carne tamen
conmendantur. Quam ob causam Italicis transmarinae prae- 16
feruntur in cibis cum oleo vincantur, et in ipsa Italia cete-
ris Picenae et Sidicinae. Sale illae privatim condiantur et
ut reliquae amurca sapave, necnon aliquae oleo suo et sine
arcessita conmendatione purae innatant colymbades; fran-
guntur eaedem herbarumque viridium sapore condiuntur.
Fiunt et praecoces ferventi aqua perfusae quamlibet inma- 17
turae; mirumque dulcem sucum olivas bibere et alieno sa-
pore infici. Purpureae sunt et his ut uvis, in nigrum colo-
rem transeuntibus posiis. Sunt et superbae praeter iam dicta

§ 14. *pravitati ratio*, d. *parvitati*, Pint. — *suavitatem*, Dalec. — *copia maturitatem*, a. — *tarditate*, Dalec. — *putrescenti*, a. — *amurca*, d. — *hora*, ar. *mora*, d (codd. Gel.) βγ.

§ 15. *victu*, θTad. — *existimantium praesertim cum*, a. *existimandi cum praesertim*, Td. Idem in θ fuisse videtur. — *non*, omitt. ad. — *ab*, om. a. — *maiorina et ab*, ad. — *phauliae*, Theophr. de caus. pl. VI. 8, 5. *bambiae*, ad. — *gratissimae*, a^{1}. — *capari*, d. *apari*, a. — *maiores carne*, *oleo tamen*, Dalec.

§ 16. *causam*, a. *rem*, Td. — *privatim*, Tadr. *primum*, β. — *condiantur*, Tad. *condiuntur*, βγ. — *reliqua*, d. — *muria*, K. Id probandum videtur, cum amurcae nullus sit hic locus. — *et sine*, Ta. *sine*, d (codd. Barbari) βγ. — *arcessita*, d. *arte sita*, a. *accersita*, codd. Barbari, β. — *purae*, ad (codd. Barbari.) *commendatione. Muriae*, Dalec. γ. At Plin. h. l. alios fontes secutus est quam Columella XII. 49, 8. — *innatent*, d. *innatant. Colymbades franguntur eaedemque herbarum*, r. — *eadem*, ad.

§ 17. *olivas*, om. d. — *his*, a. *in iis*, dβγ. *iis*, Barbar. — *uvae in nigrum col. transeuntes*, K. — *posiis*, Td. *posiae*, Barbar. a. *pausiae*, βγ.

§ 18. *pinguitudinis*, a^{2}d. *pinguidinis*, a^{1}. *pinguedinis*, r. — *conciso*, θ (codd. Barbari.) *concise*, a. *concisae*, r. *interciso*, Td. — *accepit*, r. — *medicatio*,

genera. Sunt et praedulces per se tantum siccatae uvisque 18
passis dulciores, admodum rarae in Africa et circa Emeri-
tam Lusitaniae. Oleum ipsum sale vindicatur a pinguitudinis
vitio; cortice oleae conciso odorem accipit; medicatio alia
ut vino, palati gratia nulla est, nec tam numerosa differen-
tia; tribus ut plurumum bonitatibus distat. Odor in tenui
argutior et is tamen etiam in optumo brevis.

IV. 5. Oleo natura tepefacere corpus et contra algores 19
munire; eidem fervores capitis refrigerare. Usum eius ad
luxuriam vertere Graeci vitiorum omnium genitores in gy-
mnasiis publicando. Notum est magistratus honoris eius octo-
genis sestertiis strigmenta olei vendidisse. Oleae honorem
Romana maiestas magnum perhibuit turmas equitum idibus
Iuliis ex ea coronando, item minoribus triumphis ovantis.
Athenae quoque victores olea coronant, Graeci oleastro
Olympiae.

V. 6. Nunc dicentur Catonis placita de olivis. In calido 20
et pingui solo radium maiorem, Salentinam, orchitem, po-
siam, Sergianam, Cominiam, albiceram seri iubet adicitque
singulari prudentia, quam earum in singulis locis optumam
esse dicant; in frigido autem et macro Liciniam; pingui
enim aut ferventi vitiari oleum arboremque ipsam fertilitate
consumi, musco praeterea rubro infestari. Spectare oliveta 21
in favonium loco exposito solibus censet nec alio ullo modo
laudat; VI. condi olivas optume, orchites et posias vel viridis

θ T a d r. *medicati*, codd. Barbari, βγ. — *alia*, T a d. *alias*, codd. Barbari, βγ. Multa in his vv. mutat Dalec. — *bonitatis*, a. — *distat odor*, r. — *optimo*, d. *optima*, a r.

§ 19. *eidem*, a d. *eidemque*, βγ. Ceterum v. Dioscor. 1, 30. — *honoris eius*, a d. *honorarius*, Sabell. — *octonis*, T. — *perhibuit*, θ. *exhibuit*, T d. *praebuit*, a βγ. — *Graeci*, T a d. *Graeci vero*, βγ.

§ 20. *Catonis* de re rust. 6. — *posiam*, a. *pusiam*, d. *pausiam*, βγ. — *Sergianam*, Cato. *segregianam*, a. *sergregianam*, d. — *Cominiam*, ita nos scripsimus coll. § 13. *Comminiam*, a^1. *Comminianam*, a^2d. — *in*, T K a d. Omitt. codd. Gel. — *singulis*, T d^2. *finis*, d^1. *fines*, a. *iis*, Barbar. K. *finitimis*, codd. Gel. βγ. — *dicunt*, a. — *enim*, d. *autem*, a. — *vitiari*, d. *vitiaberis*, a. — *oleum*, S a. *eius oleum*, d (sed *eius* altera manus in ras.) βγ. — *musco*, Cato. *museo*, a. *consumimus: eo*, d. — *rubro*, Cato. *et robo*, θ. *et robore*, a d.

§ 21. *alio ullo*, a d. *ullo alio*, β. — *condi*, a d. *Nec alio ullo modo laudat condi*, β. At v. Ursin. ad Varr. de re rust. 1, 60., cum Pontedera antiquitt. Gr. et Lat. p. 35. hanc interpunctionem praeferat deletis priore loco verbis *nec alio — laudat*, uti locus in edd. vett. legitur. — *posias*, a d. *pausias*, βγ. — *vel*, T a d r. *quam vel*, β. — *virides*, a d. *virides quam*, r.

*

in muria vel fractas in lentisco; oleum quam acerbissima
oliva optumum fieri, cetero quamprimum e terra colligen-
dam; si inquinata sit lavandam; siccari triduo satis esse;
si gelent frigora, quarto die premendam; hanc et sale ad-
spergi; oleum in tabulato minui deteriusque fieri, item in
amurca et fracibus; hae sunt carnes et inde faeces; quare 22
saepius in die capulandum, praeterea in conchas et plum-
beas cortinas, aere vitiari; ferventibus omnia ea fieri clau-
sisque torcularibus et quam minume ventilatis; ideo nec ligna
ibi caedi oportere, qua de causa e nucleis ipsarum ignis
aptissimus; ex cortinis in labra fundendum ut fraces et
amurca liquentur solide; ob id crebrius vasa mutanda, fisci-
nas spongea tergendas ut quam maxume pura sinceritas con-
stet. Postea inventum ut lavarentur utique ferventi aqua, 23
protinus prelo subicerentur solidae — ita enim amurca ex-
primitur, — mox trapetis fractae premerentur iterum. Premi
plus quam centenos modios non probant; factus vocatur,
quod vero post molam primum est flos. Factus tris gemino
foro a quaternis hominibus nocte et die premi iustum est.

VII. 7. Non erat tunc ficticium oleum ideoque arbitror de 24
eo nihil a Catone dictum; nunc eius genera plura, primum-
que persequemur ea quae ex arboribus fiunt et inter illas
ante omnis ex oleastro. Tenue id multoque amarius quam

acerbissima oliva, Sabell. et Barbar. d. *acerbissimum diu*, ar. *acerbissimum die* i. e. *tempore*, Dalec. — *colligenda*, ar. — *lavanda*, ar. — *esse*, *si gelent frigora. Quarto*, r. — *premenda*, ar. — *hanc*, d. *has*, a. — *item in*, ad. *item et in*, βγ. — *fragibus*, ad. — *nudae*, Dalec. — *frages*, codd. Turn. adv. 27, 7.

§ 22. *in die*, Td. *die*, aβγ. — *capulandum*, Pint. θad. *copulandum*, S. *crapulandum*, T. *decapulandum*, β. — *in conchas*, codd. Gel. *conchas*, ad. — *et*, a. *et in*, d. — *et quam*, a. *atque*, Td. — *ventilatos*, ad. — *e*, om. d. — *ex*, ita nos scripsimus. *et*, ad. *Et e*, βγ. — *labra*, Tad[2]. *libra*, d[1]. *labro*, β. — *fraces*, Barbar. ex Catone de re rust. 66. *feces*, θad. — *liquentur*, d. *liquantur*, a. *linquantur*, Dalec. — *solide*, Sa. Omitt. dβγ. — *mutanda*, STad. *mundanda*, β. — *fiscinis*, Td. — *tergenda*, a. *detergenda*, Td.

§ 23. *laventur*, d. Ceterum hunc locum vitiosum putat Schneider. ad Columell. XII. 52, 21. — *ferventia quo*, d. — *premuntur*, a. — *iterum. Premi*, Pint. *Iterum premi*, ad. — *non*, om. d. — *vero*, omitt. Td. — *molam*, Tad. *malam*, β. — *est*, ad[1]. *excessum est*, Td[2]. — *tres gemino foro*, θTd (vet. liber ap. Turneb. adv. 27, 17.) *tres gemino fero*, a. *tres gemino ferro*, S. *tergeminos fere*, Barbar. β. Alias praeterea de h. l. coniecturas profert idem Barbarus. — *et*, ad. *ac*, βγ.

§ 24. *tunc*, a. *tum*, dβγ. — *fictitium*, Td. *ticticium*, a. *factitium*, β. —

oleae, tantum ad medicamentum utile; simillimum huic est
ex chamelaea, frutice saxoso non altiore palmo, foliis oleastri
bacisque. Proxumum fit et e cici, arbore in Aegypto co- 25
piosa — alii crotonem, alii sili, alii sesamon silvestre ap-
pellant — ibique non pridem; et in Hispania repente pro-
venit altitudine oleae, caule ferulaceo, folio vitium, semine
uvarum gracilium pallidarumque. Nostri eam ricinum vocant
a similitudine seminis; coquitur id in aqua innatansque oleum
tollitur; at in Aegypto, ubi abundat, sine igni et aqua sale
adspersum exprimitur, cibis foedum, lucernis utile. Amygda- 26
linum quod aliqui metopium vocant ex amaris nucibus are-
factis et in offam contunsis, adspersis aqua iterumque tunsis
exprimitur. Fit et e lauro admixto drupparum oleo, qui-
damque e bacis exprimunt tantum, alii foliis modo, aliqui
folio et cortice bacarum; nec non styracem addunt aliosque
odores. Optuma laurus ad id latifolia, silvestris, nigra bacis. 27
Simile est e myrto nigra, et haec latifolia melior. Tundun-
tur bacae adspersa calida aqua, mox decocuntur; alii fo-
liorum mollissima decocunt in oleo et exprimunt, alii de-
iecta ea in oleum prius sole maturant. Eadem ratio et in
sativa myrto, sed praefertur silvestris minore semine, quam
quidam oxymyrsinen, alii chamaemyrsinen vocant, aliqui aco-

de eo, θd[2]. *de quo*, d[1]. *de ea*, γ vitio operarum. Omitt. aβ. — *quae ex*, a. *quae in*, Td. — *et tantum*, Td. — *amelaea*, d. — *baccisque proximum. Fit*, r.

§ 25. *et e*, ar. *et*, Td. Legendum videtur *ex*, quia particula *et* i. e. *etiam* h. l. prorsus non admitti potest. — *fici*, a. — *crotonem*, Barbar. *scrotonem*, a. *scrotone*, d. — *sili*, Salmas. exerc. p. 686. a. G. *sibi*, θ (Rigalt.) *sybi*, Td. *sibin*, r. *sive*, a. *trixin*, βγ. Dioscor. 4, 161. *σέσελι Κύπριον* vocat. — *sesamon*, d. *sexamon*, a. *sesamum*, βγ. — *silvestre*ǁ, d. *silũrę*, a. — *appellant*, om. d. — *ex in*, ar. *ex*, Td. — *Hispania*, TKad. *Hispaniae*, r. — *tepente*, K. *sponte*, Dalec. — *vocant*, om. a. — *igni*, ad. *igne*, βγ. — *utile*, *χρήσιμον εἰς λύχνους*, Dioscor. 4, 161. *exile*, θTadr.

§ 26. *alii qui*, a. — *metopium*, Barbar. *neopum*, ad[2]. *nopum*, d[1]. — *adspersum*, ad. — *et e*, a. *et*, d. — *admixto omphacio oleo; quidam ex drupis baccis expr.*, Dalec. — *aliis foliis*, a. — *aliqui*, ad. *alioqui*, β.

§ 27. *silvestris* — *latifolia* om. a. — *nigri*, d. Ceterum v. Dioscor. 1, 48. — *Simile est e myrto. Nigra*, Pint. — *adspersa*, θTad. *adspersae*, βγ. — *decoquantur*, d. — *alii*, d[2]. *olei*, d[1]. *alia*, a. — *desecta*, r. — *macerant*, Cornar. ad Dioscor. 1, 35. — *quam*, a. *quod*, Td. — *chamaemyrsinen*, Barbar. r. *camemirsine*, d. *camale myrsine*, a. — *vocant*, adr. Post *oxymyrs.* collocant βγ. — *aliqui* — *similitudine*; pro his vv. dant *alii acoron a similitudine* codd. Barbari, *alii qui corona similitudinem* a, *aliqua corone similitudine* Td, *alii acaron a similitudine* β. *aliqui* debetur Harduino. In r verba *aliqui* — *fruticosa* deesse videntur; multa hic tentat Dalec.

ron a similitudine; est enim brevis, fruticosa. Fit et e citro, 28
cupresso, nucibus iuglandibus, quod caryinon vocant, malis
cedri, quod pisselaeon; ex grano quoque Cnidio, purgato
semine et tunso, item lentisco; nam et cyprinum et e glande
Aegyptia ut fieret odorum causa dictum est. Indi ex castaneis et sesima atque oryza facere dicuntur, Ichthyophagi e
piscibus. Inopia cogit aliquando luminum causa et e platani 29
bacis fieri aqua et sale maceratis. Et oenanthinum fit de
ipsa oenanthe, ut dictum est in unguentis. Gleucino mustum
incoquitur vapore lento, ab aliis sine igni circumdatis vinaceis diebus XXII bis singulis permixtum, consumiturque mustum oleo. Aliqui non sampsuchum tantum admiscent sed
etiam pretiosiora odoramenta; nam in gymnasiis quoque conditur odoribus sed vilissimis. Fit et de aspalatho, calamo, 30
balsamo, iri, cardamomo, meliloto, nardo Gallico, panace,
sampsucho, helenio, cinnamomi radice, omnium sucis in oleo
maceratis expressisque; sic et rhodinum e rosis, iuncinum
e iunco, quod est rosaceo simillimum, item hyoscyamo et
lupinis, narcisso; plurumum autem in Aegypto e raphani
semine aut gramine herba, quod chortinon vocant, item e
sesima et urtica, quod cnidinum appellant. E lilio et alibi 31
fit sub divo, sole, luna, pruina maceratum. Suis herbis componunt inter Cappadociam et Galatiam quod Selgicum vocant, nervis admodum utile, sicut in Italia Iguvini. E pice

§ 28. *e citro*, d. *e cipro*, a. *cypro*, r. — *iuglandis*, θTad. — *carsinum*, ad. — *taleis*, K. — *cedro*, d. — *pisselaeon*, T. *pissae leonie*, d. *bisseleon*, Rigalt. ap. Salmas. de hyle p. 168. a. C. *bissileon*, a. *cedrelaeon*, β. — *e*, a. — *et cyprinum*, a. *e cyprino*, Sd. — *et e*, SKad. *e*, β. *nam et balaninum e gl. Aeg.*, Dalec. — *dictum est* 12, 109. 100. — *Inde*, a. — *sesima*, ad. *sesama*, βγ. At illa scriptura apud Plinium certe ubique optimis libris stabilitur, eaque etiam 6, 161. et ind. libri 18. et 22. recipienda fuit, ubi uno loco optimi, altero omnes codd. eam tuentur. — *coriza*, a. — *icthiofacie*, a. *ictro facie*, d.

§ 29. *oenanthinum*, ad. *oenanthium*, β. — *ut*, om. a. — *dictum est* 12, 132. — *igni*, a. *igne*, dβγ. — *XXI*, β. — *Aliiqui*, a. *Alioqui*, d. — *sambucum*, d. *iamsucum*, a. — *nam*, θTad. *Et*, β.

§ 30. *de*, omitt. Tad. — *aspalatho*, Barbar. d. *asfalto*, a. *aspaltho*, β. — *samsuco*, a. *sambuco*, d. — *cinnamomi*, θTad. *cinnami*, β. — *omnibus siccis*, Dalec. — *rhodium*, θ. — *et lupinis*, ad. *lupinis et*, βγ. — *graminae herbae*, a. — *chortinon*, Barbar. *cortinon*, a. *eortinon*, d. *costinon*, θ. *agrostinon*, altera Barbari coniectura, K. — *e*, ad. Omitt. βγ. — *cnico*, Pint. — *cnidinum*, Barbar. et Cornar. ad Dioscor. 1, 34. *enetinum*, codd. Barbari. *necinum*, d. *onetinum*, a. *cnedinum*, γ. *cnecinum*, β.

§ 31. *divo*, a. *diu*, d. *dio*, βγ. — *pruina*, om. r. — *Selgicum*, ita nos scripsimus coll. Strabon. 12. p. 571. ἐπαινεῖται δὲ καὶ ἡ Σελγικὴ ἶρις καὶ τὸ ἀπ’

fit quod pissinum appellant, cum coquitur, velleribus supra
halitum eius expansis atque ita expressis, probatum maxume
e Bruttia; est enim pinguissima et resinosissima; color oleo
fulvos. Sponte nascitur in Syriae maritimis quod elaeomeli 32
vocant; manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina
tenuius, sapore dulci, et hoc medicis. Veteri quoque oleo
usus est ad quaedam genera morborum; existumatur et ebori
vindicando a carie utile esse; certe simulacrum Saturni Romae intus oleo repletum est.

VIII. 8. Super omnia vero celebravit amurcam laudibus 33
Cato: dolia olearia cadosque illa inbui ne bibant oleum,
amurca subigi areas terendis messibus ut formicae rimaeque
absint, quin et lutum parietum ac tectoria et pavimenta horreorum frumenti, vestiarium etiam contra teredines ac noxia
animalia amurca adspergi, semina frugum perfundi; morbis
quadripedum, arborum quoque illa medendum, efficaci ad
ulcera interiora humani quoque oris; lora etiam et coria omnia 34
et calciamina axisque decocta ungui atque aeramenta contra aeruginem colorisque gratia elegantioris, et totam supellectilem ligneam ac vasa fictilia in quis ficum aridam libeat adservare aut si folia bacasque in virgis myrti aliudve quod genus simile; postremo ligna macerata amurca nullius fumi taedio ardere. Oleam si lambendo capra lingua contigerit depaveritque primo germinatu, sterilescere auctor est M. Varro. Et hactenus de olea atque oleo.

αὐτῆς ἄλειμμα. Selticum, *θ*. *Selgiticum*, Td (codd. Gel.) *βγ*. *Seletiticum*, a. *Seleuticum*, Sr (cod. Turn. adv. 27, 17.) — *Iguvini*, Hard. *Eguvini*, ad. *Inguini vel Eguini*, *θ*. *Euguvini*, codd. Turn. *e gummi*, *β*. — *pissinum*, *θ* (codd. Gel.) *pisinum*, Tad. *piscinum*, codd. Salmas. de hyle p. 168. b. D. *picinum*, *β*. — *cum coquitur*, a. *concoquitur*, d. — *et*, d. *ac*, a.

§ 32. *in Syriae Palmyris*, Barbar. K. — *oleomeli*, ad. — *tenuis*, a. — *Veteris* et *olei*, Dalec.

§ 33. *vero*, *θ*Tadr. *autem*, *β*. — *laudibus*, om. a. — *Cato* de re rust. 100. 129. — *amurca*, a. *amurcam*, Td. — *subici*, ad. *subiici*, Tr. — *areas*, a. *area* ////, d. *area*, T. — *torrendis*, a. — *formica*, a. — *herbaeque*, Pint. probante Schneid. ad Cat. de re rust. 91. — *semine*, a[1]. — *quadrupedum*, a. *animalium*, Td. — *illa ad medendum efficaci . ad ulcera*, r. — *oris*, d, *horis*, a. *corporis*, *θ*. Et huic et vulgatae scripturae patrocinium afferre licet ex Dioscor. 1, 140.

§ 34. *et coria*, d. *ac coria*, a*βγ*. — *calceamina*, d. — *aridum*, a. — *servare*, a. — *et virgas*, K. — *quod*, *θ*Tad. *id*, *βγ*. — *nullius*, d. *nulli*, a. *nullo*, T. — *germinatum*, a. — *Varro* de re rust. I. 2, 19.

IX. 9. Reliqui arborum fructus vix specie figurave, non 35
modo saporibus sucisque totiens permixtis atque insitis enu-
merari queunt.

X. Grandissimus pineis nucibus altissimeque suspensus
intus exilis nucleos lacunatis includit toris, vestitos alia fer-
ruginis tunica, mira naturae cura molliter semina conlocandi.
Harum genus alterum terentinae digitis fragili putamine
aviumque furto in arbore. Et tertium sappiniae e picea sa- 36
tiva, nucleorum cute verius quam putamine adeo molli ut
simul mandatur. Quartum pityida vocant e pinastris, singu-
laris remedi adversus tussim. In melle decoctos nucleos Tau-
rini aquicelos vocant. Pinea corona victores apud Isthmum
coronantur.

XI. 10. His proxuma amplitudine mala quae vocamus co- 37
tonea et Graeci cydonia, ex Creta insula advecta; incurva-
tos trahunt ramos prohibentque crescere parentem. Plura
eorum genera: chrysomela incisuris distincta, colore ad au-
rum inclinato; quae candidiora, nostratia cognominata, odoris
praestantissimi; est et Neapolitanis suus honor. Minora ex 38
eodem genere struthea odoratius vibrant, serotino proventu,
praecoci vero mustea; strutheis autem cotonea insita suum
genus fecere Mulvianum, quae sola ex his vel cruda man-
duntur, omnia iam et virorum salutatoriis cubilibus inclusa,
simulacris noctium consciis inposita. Sunt praeterea parva
silvestria, a strutheis odoratissima, in saepibus nascentia.

11. Mala appellamus, quamquam diversi generis, Persica 39

§ 35. *Grandissimis*, a. — *suspensus*, d. *suspensis*, a. *a terra suspensus*, r. — *toris*, d. *oris*, aβ. — *vestitque eos*, K. — *semina*, a. In d rasura; om. T. — *recollocandi*, T. — *terentinae*, a (codd. Turn. adv. 27, 17.) *Tarentinae*, dβ. *terentinum*, Pint.

§ 36. *Et*, θTadr. Omitt. βγ. — *sappiniae*, Hard. *sappineae*, vetustissimi libri ap. Salmas. exerc. p. 357. a. F. *appiniae*, θKad (codd. Turn.) *sappini*, Salmas. de hyle p. 81. a. G. *sapineae*, β. *sapineum*, Barbar. — *e*, omitt. ad. — *mandantur*, a. *mandentur*, d. — *pityida*, codd. Barbari. *pitydia*, θSK (codd. Turn.) *pythidia*, ad. — *pinastreis*, ad. — *istum*, a.

§ 37. *catonia*, a^1. — *Graece*, d. — *cydonia*, a. *cydonea*, dβ. — *et*, ad. — *parientem*, r. — *incisuri*, d. — *inclinante*, Dalec. — *quae candidior*, d. *qui candidior*, Ta. — *cognominat*, Pint. — *honor*, ad. *honos*, βγ.

§ 38. *Maiora*, Dalec. — *genera*, a. — *strutia*, a. *strucia*, d. — *serotina*, d. — *praecoci*, Sad (codd. Gel.) *praecocia*, K. — *strutheis*, d. *struteis*, a. — *et*, d. *ex*, a. — *cubilis*, d. — *inclausa*, a. — *contiis*, a. — *a strutheis*, codd. Gel. *struteis*, ad.

§ 39. *diversi generis*, D^2. *diversi*, D^{1}a. *diversa*, Td. — *dicta sunt* 13, 112. — *non et*, a. *non*, d.

et granata quae in Punicis arboribus novem generum dicta
sunt; his acinus sub cortice intus, illis lignum in corpore.
Nec non et quaedam e piris libralia appellata amplitudinem
sibi ponderis nomine adserunt. XII. Sed Persicorum palma
duracinis; nationum habent cognomen Gallica et Asiatica.
Post autumnum maturescunt, aestate praecocia, intra xxx 40
annos reperta et primo denariis singula venumdata. Super-
natia e Sabinis veniunt, popularia undique. Pomum inno-
cuum expetitur aegris pretiumque iam singulis triceni nummi
fuere, nullius maiore, quod miremur, quia non aliud fuga-
cius; longissima namque decerpto bidui mora est cogitque
se venumdari.

XIII. 12. Ingens postea turba prunorum: versicolor, ni- 41
gra, candida, hordearia appellata a comitatu frugis eius;
alia eodem colore seriora maioraque, asinina cognominata a
vilitate. Sunt onychina ac laudatiora cerina atque purpurea,
nec non ab externa gente Armeniaca, quae sola et odore
conmendantur, peculiari inpudentia nucibus insitorum quae
faciem parentis sucumque adoptionis exhibent, appellata ab
utroque nucipruna. Et haec autem et Persica et cerina ac 42
silvestria ut uvae cadis condita usque ad alia nascentia aeta-
tem sibi prorogant, reliquorum velocitas cito mitescentium
transvolat. Nuper in Baetica malina appellari coeperunt ma-
lis insita et alia amygdalina amygdalis; his intus in ligno
nucleus amygdalae est, nec aliud pomum ingeniosius gemi-
natum est. In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena a 43

§ 40. *venundata*, a. — *Supernatie Sabinis*, a. — *popularia. Undique pomum innoc. expet. agris, pretiumque sinendis*, r. — *fragacius*, d. — *decerptio*, a. — *venundati*, a.

§ 41. *versicolor*, a. *versicolori*, d. Legendum est *versicoloria* propter ea quae sequuntur; etenim durissime modo *versicolor* ad *turba* referretur. — *candida*, ar. *candicans*, dβ. — *alia*, om. S. — *a*, omitt. ad. — *Sunt onychina*, ita nos scripsimus. *Sunt ac nigra*, ad. *At nigra*, r. *Sunt et nigra*, βγ. Vulgatam esse interpolatam docet et codicum scriptura et ipsa vox *nigra*, cum nigra pruna modo sint commemorata. Reposui igitur *onychina* coll. Columell. XII. 10, 2. 3. Eiusdem cognominis pira ipse Plin. commemoravit § 55. — *ac*, om. d. — *laudatiora sunt*, T. — *Armenia*, d. — *peculiari impudentia*, Rigalt. ap. Salmas. exerc. p. 426. *peculiari. Impudentia*, ar. *Peculiaris impudentia est*, βγ. *Peculiaris impudentia nucibus est*, d.

§ 42. *ex Persica*, ad. — *silvestria ut*, d. *silurī aut*, a. — *cadis*, ad. *autumno cadis*, β. — *voletias*, a. *violentias*, d. — *maturescentium*, Dalec.

§ 43. *dicta sunt* 13, 51.

Syriae Damasco cognominata, iam pridem in Italia nascentia,
grandiore quamquam ligno et exiliore carne nec umquam in
rugas siccata, quoniam soles sui desunt. Simul dici possunt
populares eorum myxae, quae et ipsae nunc coeperunt Ro-
mae nasci insitae sorbis.

13. In totum quidem Persica peregrina etiam Asiae Grae- 44
ciaeque esse ex nomine ipso adparet, atque ex Perside ad-
vecta. Sed pruna silvestria ubique nasci certum est, quo
magis miror huius pomi mentionem a Catone non habitam,
praesertim cum condenda demonstraret quaedam et silvestria.
Nam Persicae arbores sero et cum difficultate transiere, ut 45
quae in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Aegypto earum
fuerat hospitium. Falsum est venenata cum cruciatu in Per-
sis gigni et paenarum causa a regibus translata in Aegy-
ptum, terra mitigata; id enim de persea diligentiores tra-
dunt, quae in totum alia est myxis rubentibus similis nec
extra orientem nasci voluit. Eam quoque eruditiores nega- 46
verunt ex Perside propter supplicia translatam sed a Perseo
Memphi satam, et ob id Alexandrum illa coronari victores
ibi instituisse in honorem atavi sui; semper autem folia ha-
bet et poma subnascentibus aliis. Sed pruna quoque omnia
post Catonem coepisse manifestum erit.

XIV. 14. Malorum plura sunt genera. De citreis cum sua 47
arbore diximus; Medica autem Graeci vocant patriae no-
mine. Aeque peregrina sunt zizipha et tuberes, quae et ipsa
non pridem venere in Italiam, haec ex Africa, illa ex Syria.
Sex. Papinius, quem consulem vidimus, primus utraque at-

quamquam, om. Dalec. — *ruga*, a d. — *myxae*, Barbar. d. *mixtae*, a. — *coeperunt*, θ a d. *coepere*, β.

§ 44. *quaedam*, omitt. T d. Verba Catonis in opere eius superstite non amplius exstant.

§ 45. *transire*, a d. — *earum*, d. . . *iearum*, a. An Plin. *Persicarum* scripsit? — *in pressis gigni*, a. *gigni impressis*, d. — *myrtis*, r. *piris folio et ramis similis*, Dalec.

§ 46. *coronare*, d. *corona*, a. — *erit*, D a[2]. *est erit*, a[1]. *est*, d β γ.

§ 47. *genera plura sunt*, d. — *diximus* 13, 103. — *in castris*, θ T a d r (codd. Salmas. exerc. p. 429. b. G.) *in castrorum aggeribus*, β. *temporibus*. *In castris haec sata*, Dalec. — *generibus*, a. — *praecipua*, a d. *praecipue*, β γ.

§ 48. *Tuburum*, a. *Zizyphorum*, Mercurial. var. lect. 4, 7., quod probat Schneid. ad Columell. XI. 2, 11. — *syricum*, Dalec. *sericum*, a d β. *cerinum*, Pint. — *paene peregrina. Sunt*, a. — *Venerenensi*, a. — *lathata*, a. — *ea obducit*, a. *obducit*, d. *iis obducta*, Barbar. K. — *plurimis*, Barbar. — *his*, d (codd.

tulit divi Augusti novissimis temporibus, in castris sata,
bacis similiora quam malis, sed aggeribus praecipua decora,
quoniam et in tecta iam silvae scandunt. Tuberum duo ge- 48
nera: candidum et a colore syricum dictum. Paene pere-
grina sunt in uno Italiae agro Veronensi nascentia quae
lanata appellantur; lanugo ea obducit, strutheis quidem Per-
sicisque pluruma; his tamen peculiare nomen dedit nulla alia
commendatione insignibus.

15. Reliqua cur pigeat nominatim indicare, cum condito- 49
ribus suis aeternam propagaverint memoriam tamquam ob
egregium aliquod in vita factum? Nisi fallor, adparebit ex
eo ingenium inserendi nihilque tam parvum esse quod non
gloriam parere possit. Ergo habent originem a Matio Ce-
stioque et Mallio, item Scandio, quibus cotoneo insito ab
Appio e Claudia gente Appiana sunt cognominata. Odor est 50
his cotoneorum, magnitudo quae Scandianis, color rubens;
ac ne quis id ambitu valuisse claritatis e familia putet, sunt
et Sceptiana ab inventore libertino, insignia rotunditate. Cato
adicit Quiriniana et quae tradit in doliis condi Scantiana;
omnium autem nuperrime adoptata sunt parva, gratissimi
saporis, quae Petisia nominantur; patrias nobilitavere Ame-
rina et Graecula. Cetera e causis traxere nomen: germani- 51
tatis cohaerentia et gemella, numquam singula in fetu; co-
loris syrica, cognationis melapia; mustea a celeritate mi-
tescendi, quae nunc melimela dicuntur a sapore melleo;
orbiculata a figura orbis in rotunditatem circumacti; haec
in Epiro primum provenisse argumento sunt Graeci qui Epi-

Gel.) In a rasura, ubi antea *que* videtur fuisse. — *insignibus*, d. *insignis*, a. *insigni*, r.

§ 49. *Cestioque*, Dalec. ex Galeno *κατὰ τόπους* 2, 1. 6, 9. *Gestioque*, a d $\beta\gamma$. *Sestioque*, Pint. propter Columell. V. 10, 19. XII. 45, 4. — *Mallio*, a d. *Manlio*, $\beta\gamma$. — *Scandio*, S T $a^1 d^2$. *Scaudio*, θ $a^2 d^1$. *Claudio*, β. — *quin et*, Dalec. — *cotoneo insito*, a d. *cotonea insita*, K. *cotoneo insita*, Dalec. — *e*, om. d.

§ 50. *magnitudo quae*, d. *magnitudoque*, T a r. — *Scandianis*, T d. *Scaudianis*, θ. *sed audianis*, a. *sed Claudianis*, r. *Claudianis*, β. — *id ambitum*, a. *ambitum id*, d. *ambitum*, S T. — *e familia*, S a r. *et familiae*, d $\beta\gamma$. — *insigni*, r. — *Quiriniana*, Pint. ex Catone de re rust. 7. *Quiriana*, a d $\beta\gamma$. — *Peticia*, Hard. — *Amerina*, Pint. d. *Temeriana*, θ (codd. optimi ap. Salmas. exerc. p. 916. b. B.) *demerina*, a. *Demeriana*, alii codd. ap. Salmas. *Camerina*, β. Plin. *et Amerina* videtur scripsisse. — *Gracula*, θ a.

§ 51. *germanitate*, r. — *coloris*, d. *colore*, T a r. — *syrica*, T a d. *serica*, β. — *cognationis*, d. *cognationes*, a. *cognatione*, r. — *mustea*, v. Varr. de re rust. I. 59, 1. *musta*, a d. — *maturescendi*, Dalec. — *pervenisse*, a.

rotica vocant; mammarum effigie orthomastia; a conditione
castrati seminis quae spadonia appellant Belgae. Melofoliis 52
folium unum, aliquando et geminum erumpit e latere medio;
celerrime in rugas marcescunt pannucea; stolide tument pul-
monea. Est quibusdam sanguineus colos, origine ex mori
insitu tracta, cunctis vero quae fuere a sole partes rubent.
Sunt et parva gratia saporis atque etiam acutiora odore, sil-
vestria. Peculiare inprobatis acerbitatis convicium et vis tanta
ut aciem gladii praestringat; dat iis farina vilissimis nomen,
quamquam primis adventu decerpique properantibus.

XV. 16. Eadem causa in piris taxatur superbiae cogno- 53
mine; parva haec sed ocissima; cunctis autem Crustumia
gratissima; proxuma his Falerna a potu, quoniam tanta vis
suci abundat; lacte hoc vocatur in his quae alii colore nigro
donant Syriae; reliquorum nomina aliter in aliis atque aliis
locis appellantur. Sed confessis urbis vocabulis auctores suos 54
nobilitavere Decimiana et ex eo tractum quod Pseudodeci-
mianum vocant, Dolabelliana longissimi pediculi, Pomponiana
cognomine mammosa, Liceriana, Seviana et quae ex his nata
sunt Turraniana longitudine pediculi distantia, Favoniana
rubra paulo superbis maiora, Lateriana, Aniciana postau-
tumnalia acidulo sapore iucunda. Tiberiana appellantur quae 55
maxume Tiberio principi placuere; colorantur magis sole
grandescuntque, alioquin eadem essent quae Liceriana. Pa-

orthomastia, θ S T d. *ortonia sthia*, a. *orthomastica*, β. — *contritione*, Pint. — *appellant. Bigemella a foliis. Folium enim unum*, K. *vel gemella a foliis*, Pint.

§ 52. *Est quibusdam sanguineus*, θ T a d. *Sunt quibus sanguineus est*, β. — *colos*, θ a². *color*, a¹ d β γ. — *insinu*, a. — *fuere*, a. *fuerunt*, d β γ. — *Peculiare*, T a. *Id peculiare*, d β γ. *Iis peculiare*, K. — *improbatis acerbitatis*, θ T. *improbitatis acerbitatis*, a. *improbitatis et acerbitatis*, d β γ. — *convitium*, a. — *sed vis*, Dalec. — *prestringat*, a. *perstringat*, d β γ. — *dat iis*, ita nos scripsimus. *datis*, T a. *Dat et*, S d γ. *Dacis*, β. — *farina*, T a d. *ferme*, β. *ferina*, Hard. — *vilissimum*, Dalec.

§ 53. *Crustumia*, θ T a d. *Crustumina*, β. — *his*, a. *iis*, d β γ. — *a*, om. a. — *magna*, Dalec. — *lacte hoc*, a. *lacten hic*, d. *lactea haec*, β. — *vocatur*, a d. *vocantur*, β. — *his quae alii — donant*, a. *iisque alia — donantur*, d β γ. *iis quae alii a colore n. vocant*, Pint. De ablativo causam indicante v. ad 34, 82.

§ 54. *speudodecimianum*, a. — *Dolabelliana*, Pint. *Dolobelliana*, θ. *Dobelliana*, a d. — *Pomponiana*, θ T a d. *Pompeiana*, β. — *Licerniana*, θ S T a d. *Liciniana*, Hard. — *Seviana*, θ S T a d. *Severiana*, β. *Scauriana* aut apud Marcell. Empir. 20. *Severiana*, Dalec. — *his*, a. *iis*, d β γ. — *Turraniana*, codd. Hard. *Tyranniana*, S T β. *Tyrraniana*, a. *Tyraniana*, d. — *Favoniana, rubra*, Pint. — *Laterana*, Hard.

triae nomina habent serissima omnium Amerina, Picentina,
Numantina, Alexandrina, Numidiana, Graeca, et esse in iis
Tarentina, Signina quae alii a colore testacea appellant, sicut
onychina, purpurea; ab odore myrapia, laurea, nardina, a
tempore hordearia, a collo ampullacea. Et Coriolana, Bruttia 56
gentilitatis, cucurbitina, acidula suci; incerta nominum causa
est barbaricis Veneriisque quae colorata dicunt, regiis quae
minumo pediculo sessilia, patriciis, voconiis, viridibus ob-
longisque. Praeterea dixit volema Vergilius a Catone sum-
pta, qui et sementiva et mustea nominat.

17. Pars haec vitae iampridem pervenit ad columen, ex- 57
pertis cuncta hominibus, quippe cum Vergilius insitam nu-
cibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat. Nec
quicquam amplius excogitari potest; nullum certe pomum
novom diu iam invenitur. Neque omnia insita misceri fas est,
sicut nec spinas inseri, quando fulgura expiari non queunt
facile; quotque genera insita fuerunt, tot fulgura uno ictu
pronuntiantur. Turbinatior piris figura; in iis serotina ad 58
hiemem usque ad matrem pendent gelu maturescentia Graeca,
ampullacea, laurea, sicut in malis Amerina, Scandiana. Con-
duntur vero pira ut uvae ac totidem modis, neque aliud in
cadis praeterquam prunae. Pomis proprietates pirisque vini
similiterque in aegris medentes cavent; ac vino et aqua

§ 55. *alioquin*, a. *alioqui*, dγ. — *erunt*, T. — *Ameriana*, a. — *Picentinam*, D. — *Numantina*, d. *minuta*, STa. — *Numiniana*, θTad. *Numiana*, S. — *et ēē in*, D. *et esset in*, a. *et in*, d$\beta\gamma$. — *is*, D. *his*, adγ. — *Tarentiniana signa*, a. *Tarentini signa*, d. — *a*, om. a. — *stacea*, a. — *myrrapia*, d. — *a*, omitt. ad. — *hordiaria*, a. — *a collo*, Kd. *collea*, a. *collo*, β.

§ 56. *Et Coriolana*, ad. *a corio laneo*, Hard. γ. — *Bruttia*, Pint., qui recte vidit hoc nomen cum proxime praecedenti ad *gentilitatis* pertinere. *bruta*, Saγ. *brutae*, dβ. — *cucurbitina* post *ampull.* collocat Pint. — *numinum*, ad. — *Veneriisque*, a. *Venerisque*, d. *Venereisque*, $\beta\gamma$. — *quae*, om. a. — *dicunt*, ad. *dicuntur*, T. — *vocimis*, θad. — *Vergilius*, georg. 2, 88. — *Catone* de re rust. 7. — *sementiva*, θad. *sementina*, β.

§ 57. *columen*, θTadr. *culmen*, $\beta\gamma$. V. Döderlein. *Lat. Synon.* 2, 107. — *Vergilius*, georg. 2, 69. — *ilicibus ulmum*, Pint.; at v. Perizon. anim. hist. p. 369. — *insitu*, Pint. — *quotque*, Barbar. *quoque*, ad. *quotquot enim*, K. — *uno ritu*, K.

§ 58. *a matre*, K. V. Hand. Tursell. 1, 89. — *Scandiana*, T. *Scaudiana*, θad. *Scantiana*, β. — *neque aliud*, codd. Gel. *quae aliud*, ad. *non aliter quam*, K. — *praeterquam*, d (codd. Gel.) *propterquam*, a. *Praeterea quae*, K. — *prunae*, ad. *pruna*, codd. Gel. $\beta\gamma$. *pennis*, K. — *proprietates*, ita nos scripsimus. *proprietatis*, a. *proprietas*, d$\beta\gamma$. — *similiterque in*, ad (codd. Gel.) *Similiter iis*, K. — *cavent*, codd. Gel. *cadent*, ad. *calentia in escam dant*, K.

cocuntur atque pulmentarii vicem inplent, quod non alia
praeter cotonea ac struthea.

XVI. 18. In universum autem de pomis servandis prae- 59
cipitur pomaria in loco frigido ac sicco contabulari, septen-
trionalibus fenestris sereno die patere, austros specularibus
arcere, aquilonis quoque adflatu poma deturpante rugis; col-
ligi mala post aequinoctium autumnale neque ante xvi. lu-
nam neque ante primam horam; cadiva separari, stramentis,
storeis paleisve substerni; rara componi ut limites pervii spi-
ritum aequalem accipiant; Amerina maxume durare, meli-
mela minume.

XVII. Cotoneis in concluso spiramentum omne adimendum 60
aut incoqui melle ea mergive oportere; Punica aqua marina
fervente indurari, mox triduo sole siccata ita ne nocturno
rore contingantur suspendi et cum libeat uti aqua dulci perlui.
M. Varro et in doliis harenae servari iubet et inmatura obrui
terra in ollis fundo effracto, sed spiritu excluso ac surculo
pice inlito; sic etiam crescere amplitudine maiore quam pos-
sint in arbore; cetera mala foliis ficulnis praeterquam cadi-
vis singula convolvi cistisque vitilibus condi vel creta figli-
narum inlini; pira in vasis fictilibus picatis inversis obrui 61
inter scrobes; Tarentina serissime legi, Aniciana servari et
in passo; sorba quoque et scrobibus gypsato operculo, duum
pedum terra superiniecta, in loco aprico, inversis vasis, et
in doliis ut uvas cum ramis suspendi. E proxumis auctori- 62
bus quidam altius curam petunt deputarique statim poma

coquantur, d. — *ac*, θ a d. *et*, βγ. — *struthia*, θγ. *strutia*, d. *strucia*, a.

§ 59. *autem*, θ T. *vero*, a d βγ. — *septentrionales fenestras*, Ursin. ad Varr. de re rust. I. 59, 1. *septentrionibus fenestras*, Pint. — *parere*, a. — *austro*, a. — *peculiaribus*, a d. — *autumnale*, θ d. *autumni*, a β. — *XVI.*, θ a d. *XIII*, T. *octavam*, r. *XV.*, β. — *soleis*, a. *ramenta*, *scobes paleasve*, Pint. — *pervim*, a. — *spirituum*, a.

§ 60. *Cotoneos*, a. — *in concluso*, Hard. *in conclusos*, θ a d^{1}. *in conclusis*, T d^{2}. *inclusis*, S, quod cum Pintiano probat Schneid. ad Columell. XII. 47, 1. *interclusis*, β. — *inquoqui*, a. — *mergive*, a d. *immergive*, βγ. — *oportet*, Dalec. — *fervente*, d. *vento*, a. — *et cum*, θ T d. *cum*, a β. — *Varro* de re rust. I. 59, 3. — *efracto*, a. *et facto*, D. *et infracto*, T d. — *ac*, T a d. Om. β. — *possint*, θ T a^{2} d. *possunt*, a^{1} β. — *et mala*, d. — *ficuliis*, d. *ficulus*, a. — *vitilibus*, d. *fictilibus*, a r.

§ 61. *inversis*, d. *inherbis*, a. — *scrobes*, T. *scrobea*, a. *scrobe*, d. *scobes*, β. *intra scrobes*, Dalec. — *Aniciana*, Varro de re rust. I. 59, 3. *Aciana*, a d. — *sorua*, a. — *quoque et*, θ T a d. *vero et in*, β. Verba *et scrobibus* et *et in doliis* sibi respondent. — *duum pedum*; haec vv. post *scrobibus* collocant Pint. et

ac vitis ad hunc usum praecipiunt decrescente luna, post
horam diei tertiam, caelo sereno aut siccis a ventis; similiter
deligi et ex locis siccis et ante perfectam maturitatem ad-
dito ut luna infra terram sit; uvas cum malleolo sarmenti
duro, demptis forfice conruptioribus acinis, in dolio picato
recenti suspendi excluso omni austro operculo et gypso; sic
et sorba ac pira inlitis omnium surculis pice; dolia procul
ab aqua esse. Quidam sic cum palmite in gypso condunt 63
capitibus eius scillae infixis utrimque, alii etiam vina haben-
tibus doliis, dum ne contingant ea uvae; aliqui mala in pa-
tinis fictilibus fluitantia, quo genere et vino odorem acquiri
putant, aliqui omnia haec in milio servare malunt, plerique
vero in scrobe duum pedum altitudinis harena substrato et
fictili operculo, dein terra operto. Creta quidam figlina etiam 64
uvas inlinunt siccatasque sole suspendunt, in usu diluentes
cretam; eandem pomis vino subigunt; mala vero generosis-
sima eadem ratione crustant gypso vel cera quae, nisi ma-
turaverint, incremento calycem rumpunt, semper autem in
pediculos conlocant ea. Alii decerpunt cum surculis eosque
in medullam sambuci abditos obruunt, ut supra scriptum est.
Alii singulis malis pirisque singula vasa fictilia adsignant et 65
opercula eorum picata dolio iterum includunt, nec non ali-
qui in floccis capsisque quas luto paleato inlinunt; alii hoc
idem in patinis fictilibus, aliqui et in scrobe subiecto ha-
rena, ita sicca operiunt mox terra; sunt qui cotonea cera
Pontica inlita melle demergant. Columella auctor est in pu- 66
teos cisternasve in fictilibus vasis pice diligenti cura inlitis

Schneid. ad Columell. XII. 16, 4. — *superiniecta*, Dalec. *superintecta*, θTd. *superinducta*, aβγ. — *ut*, om. a.

§ 62. *E*, a. *Et*, dβ. — *ac uvas*, Dalec. — *horam ceu tertiam*, θSTad. — *aut*, ad. *ac*, βγ. — *a ventis*, d. *ad ventis*, a. *ventis*, βγ. De praepositione *a* pro *post* posita v. ad 35, 198. — *excluso* et *austro*, a. *exclusa* et *aura*, dβγ.

§ 63. *sic cum*, a. *sucum*, d. — *palmite*, d. *vel papnite*, a. — *gypso*, d. *ipso*, a. — *utrumque*, ad. — *adquiri*, a. — *substrato*, ad. *substrata*, r. *lustrato*, β.

§ 64. *figlina etiam*, ad. *etiam figlina*, βγ. — *creta*, ad. — *vino*; pro hac voce Schneid. ad Colum. XII. 46, 5. *bene* coniicere videtur. — *maturaverint*, θTa. *maturuerint*, dβγ. — *calcem*, a. — *addito subruunt*, a. *addito obruunt*, d. — *supra* § 63.

§ 65. *operculo eorum picato*, Dalec. — *fossis*, Dalec. — *hoc idem*, Tadr. *hoc quidem*, βγ. — *subiecto*, a. *subtecto*, d. *subiecta*, βγ. — *sita*, Dalec.

§ 66. *Columella* XII. 44, 6. — *est*, Tad. Om. β.

mergi. Liguria maritima Alpibus proxuma uvas sole siccatas iunci fasciis involvit cadisque conditas gypso includit; hoc idem Graeci platani foliis aut vitis ipsius aut fici uno die in umbra siccatis atque in cado vinaceis interpositis, quo genere Coa uva et Berytia servatur nullius suavitati postferendae. Quidam, ut has faciant, in cinere lixivo tingunt 67
protinus quam detraxere vitibus, mox in sole siccant, passas in aqua calida mergunt et iterum sole siccant; tum foliis, ut supra dictum est, involutas vinaceis stipant. Sunt qui malunt uvas in scobe ramentisve abietis, populi, fraxini servare; sunt qui suspendi procul malis protinusque in granariis iubent, quoniam optume sit operimento pulvis pensilibus. Contra vespas remedio est oleo adspergi ex ore. De palmis diximus.

XVIII. 19. E reliquo genere pomorum ficus amplissima 68
est quaedamque et piris magnitudine aemula. De Aegyptiae Cypriaeque miraculis retulimus inter externas. Idaea rubet olivae magnitudine, rotundior tantum, sapore mespili; Alexandrinam hanc ibi vocant, crassitudine cubitali, ramosam, materiae validam, lentam, sine lacte, cortice viridi, folio tiliae sed molli. Onesicritus tradit in Hyrcania multum nostris esse dulciores fertilioresque, ut quae modios CCLXX singulae ferant. Ad nos ex aliis transiere gentibus, Chalcide, 69
Chio, quarum plura genera, siquidem et Lydiae quae sunt purpureae et mamillanae similitudinem earum habent, et

uvas, post *mergi* collocant Pint. et Schneid. ad Colum. l. l. — *picatas*, a. — *fasceis*, ad. — *servatur*, a. *servantur*, d$\beta\gamma$. — *nullis*, Dalec.

§ 67. *hoc*, Dalec. — *lixivo*, ad. *lixivio*, γ. — *passas in aqua calida mergant* (scrib. *mergunt*) *et iterum sole siccant*, D ad marginem verbi *siccant* priore loco positi; omitt. ad$\beta\gamma$. — *tum*, D. *cum*, ad. — *supra* § 66. — *in*, omitt. operae Harduini, γ. — *scrobe*, ad. — *sarmentisve*, d. — *abietis*, ad². *abiectis*, Td¹. — *malint*, K. — *iubent*, ar. *iubant*, D. *iubeant*, d$\beta\gamma$. — *optimum*, K¹. *optimo*, K². — *sit*, K. *sic*, ad. — *operimento*, K². *operimentum*, K¹. *experimenti*, ad. Vulgata cum sit aperte corrupta, e vestigiis codicum scribendum puto *optimi sit experimenti*, una modo litterula immutata. — *diximus* 13, 39.

§ 68. *Et reliquo*, a. — *aemulae*, d. — *retulimus* 13, 56—58. — *saporem*, a. Ceterum v. Theophr. hist. plant. III. 17, 5. — *ramosa*, ar. — *materiae*, a. *materie*, drγ. *materia valida*, *lenta*, Dalec. — *ut quae*, d. *atque*, a. — *CLXX*, ST.

§ 69. *transiere*, ad² (codd. Gel.) *transire*, d¹β. — *chalcidecio*, a. *Chalcidicae*, r. — *parum*, d (codd. Barbari.) *partim*, D. *fartim*, θa. *haud parum*, Dalec. Quamquam Plin. aliquot locis *parum* ita usurpavit, ut sit idem quod *non multum*, illi tamen ab hoc sunt diversi; quid tamen sit reponendum, mihi non

callistruthiae parum sapore praestantiores, ficorum omnium
frigidissimae; nam de Africanis, quas multi praeferunt cun-
ctis, magna quaestio est; cum id genus in Africam nuper-
rime transierit, patriae nomen optinent. Nam Alexandrina e 70
nigris est, candicante rima, cognomine delicatae; nigra et
Rhodia est et Tiburtina de praecocibus. Sunt et auctorum
nomina iis, Liviae, Pompei; siccandis haec sole in annuos
usus aptissima cum mariscis et quas harundinum foli macula
variat. Est et Herculanea et albicerata et aratia alba pedi-
culo minumo, latissima. Primo autem provenit porphyritis 71
longissimo pediculo; comitatur eam e minumis vilissimis po-
pularis dicta; contra novissima sub hieme maturatur cheli-
donia. Sunt praeterea serotinae et praecoces, biferae, alba
ac nigra, cum messe vindemiaque maturescentes; serotinae
et a corio appellatae duro, ex Chalcidicis quarundam trifario
proventu. Tarenti tantum praedulces nascuntur quas vocant
onas. Cato de ficis ita memorat: „ficos mariscas in loco cre- 72
toso aut aperto serito, in loco autem crassiore aut sterco-
rato Africanas et Herculaneas, Saguntinas, hibernas, Telanas
atras pediculo longo." Postea tot subiere nomina atque ge-
nera ut vel hoc solum aestumantibus adpareat, mutatam esse
vitam. Sunt et hibernae quibusdam provinciis, sicuti Moe-
siae, sed arte, non natura. Parvarum genus arborum post 73
autumnum fimo contegunt deprehensasque in his hieme gros-
sos, quae mitiore caelo refossae cum arbore atque in lucem

liquet. — *frigidissimi*, a. — *quas*, d. *quam*, a. — *obtinens*, Schneid. ad Colu-mell. 10, 418.

§ 70. *Alexandriae enixę gris est candicante rima*, d. *Alexandrinae enixe gliscendi canterina*, a. *enixe gliscendo*, codd. Barbari. *Alexandrinae vix sunt vescendo*, Barbar. — *hiis*, a. — *Livio*, ad. — *Pompei*, a. *Pompeio*, d. *Pompeiae*, βγ. — *siccandae hae*, r. *siccantur hae*, K. — *aptissimae*, Kr. — *harundinei folii macula variant*, K. — *aratia*, d. *aritia*, ar. *οἷον ἡ χαρίτιος ἀράτειος καλουμένη*, Theophr. ap. Athen. 3. p. 77. A.

§ 71. *perphyritis*, a. — *longissima*, a. — *vilissimis*, ad. *et vilissimis*, βγ. — *praeterea*, Sar. *praeterea eaedem*, dβγ. — *et nigra*, T. — *cum messe*, d. *cumee*, a. — *Scrotinae*, vir doctus ap. Barbar. et Pintianus. *Serotinae duracinae a corio*, Dalec. — *durae*, d. — *quarundam*, θTad. *quorundam*, β. *quaedam*, K. — *trifario*, a. *trifero*, dβγ. — *onas*, θTadr. *omas*, codd. Barbari, β. *oenadas*, Dalec. *onias*, Hard.

§ 72. *Cato* de re rust. 8. — *Sacontinas*, a. *Sagontias*, d. — *Telanas*, Cato. *Telianas*, ad. *Tellianas*, β. — *longo pediculo*, d. — *arte non natura*, ar. *artis non naturae*, dβγ.

§ 73. *in his*. a. *scimus in his*, S. *in*, dγ. — *caelo refossae*, d. *caelo fosse*, a. *calore fossae*, θ.

remissae novos soles aliosque quam quibus vixere avide tamquam iterum natae accipiunt et cum venientium flore maturescunt, alieno praecoces anno, in tractu vel gelidissimo.

20. Sed a Catone appellata iam tum Africana admonet 74
et Africae, ad ingens documentum uso eo pomo; namque
perniciali odio Carthaginis flagrans nepotumque securitatis
anxius, cum clamaret omni senatu Carthaginem delendam,
attulit quodam die in curiam praecocem ex ea provincia ficum
ostendensque patribus, „interrogo vos", inquit, „quando hanc
pomum demptam putetis ex arbore?" Cum inter omnis re- 75
centem esse constaret, „atqui tertium", inquit, „ante diem sci-
tote decerptam Carthagine, tam prope a muris habemus ho-
stem"; statimque sumptum est Punicum tertium bellum quo
Carthago deleta est, quamquam Catone anno sequente rapto.
Quid primum in eo miremur, curam ingeni an occasionem

vernantium, Pint.

§ 74. *Africam*, ad. — *admonemur*, Ambr. II. — *usi*, STad. *usae*, Pint. Scribendum est ex omnium codd. vestigiis *et Africae* et *ad ing. docum. usi eo pomo*, ut Plin. dicat ficum Africanam a Catone commemoratam admonere et terrae illius, cuius pomum narratum sit, et illius hominis, qui pomum narraverit. — *pernitiali*, a. — *omnis senatus*, r. — *inquit*; pro h. v. habent *inuuis* ad. — *quamdudum*, K. *quamdiu*, Pint. — *hanc* et *demptam*, STad. *hoc* et *demptum*, Ambr. I. II. *β*.

§ 75. *recens*, r (Ambr. I. II.) — *inquit*, om. Ambr. I. — *decerptam*, STad. *decerptum*, Ambr. I. II. *β*. — *a muris*, Ambr. II. *a moeris*, d. *moenis*, D^{1}. *moeniis*, D^{2}a. Quam lectionem ut praeferremus, movere nos non potuit inscriptio Gruteri p. 408, 1, 34. *nos*, r (Ambr. I.) — *sequentem apto*, d. — *curam geruli celeritatemque cursus an occ. fort. an vehem. viri?*, Pint. *celeritatemque consilii*, Gesner. chrestom. p. 516.

§ 76. *Super*, θSTad. *Supra*, *β*. — *est*, θSTad. *quiddam est*, *β*. Utrumque om. r. — *quod*, Ambr. I. II. — *tam*, ad. — *de terrarum*, d. *ceterarum*, a. — *CCXX*, d. — *urbis aemulam*, K. — *Trebię*, a. — *non Cannae*, d. *num Cannae*, a. — *insignes*, om. d. In a spatium vacuum trium litterarum. Ceterum in his vv. latent reliquiae antiqui alicuius poetae, fortasse Ennii, leviter modo velatae, cum nulla fere mutatione duo paene integri hexametri prodeant: *quod non Trebia aut Trasimenus*, || *Non Cannae insignes Romani nomini' busto*. Sermo poeticus, si quid video, ipse se prodit; cfr. Lucan. 2, 46. Eadem ratione Plin. 2, 112. verba Vergilii (Aen. 8, 392.) auctore non nominato in usum suum convertit. — *admovit*, d (Ambr. II. codd. Gel.) *admonuit*, a. *adiri*, r. *adiri monuit*, K (Ambr. I.) V. Gronov. diatr. Stat. I. p. 404. ed. Lips. et obss. 4, 21. p. 331.

§ 77. *ad comitio rame nato*, Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 799. b. F. — *sacra*, revocavi ex *β*, quod ipsum per coniecturam restituerunt Müller. ad Fest. p. 168. et Becker. antt. Rom. 1, 293. *sacro*, ad (Thuan.) *γ*. At quae hinc narrantur, non de foro et comitio, sed de ficu dicuntur, quod iam lupa commemorata docet. — *fulgoribus*, a. — *nutrix*, D a (Thuan.) *nutrix fuit*, d*βγ*. — *imperii in Lupercali prima protexit rumialis appellata*, D ad marginem. *appellata*, Dad (Thuan.) *β*. *Romuli conditoris ac ruminalis appellata*, K. *ruminalis appellata*, *γ*. *Prima*

fortuitam celeritatemque cursus an vehementiam viri? Super 76 omnia est, quo nihil equidem duco mirabilius, tantam illam urbem et de terrarum orbe per cxx annos aemulam unius pomi argumento eversam, quod non Trebia aut Trasimenus, non Cannae busto insignes Romani nominis perficere potuere, non castra Punica ad tertium lapidem vallata portaeque Collinae adequitans ipse Hannibal; tanto propius Carthaginem pomo Cato admovit. Colitur ficus arbor in foro ipso ac co- 77
mitio Romae nata, sacra fulguribus ibi conditis magisque ob memoriam eius quae nutrix Romuli ac Remi conditoris inperi in Lupercali prima protexit, ruminalis appellata, quoniam sub ea inventa est lupa infantibus praebens rumim — ita vocabant mammam —, miraculo ex aere iuxta dicato, tamquam in comitium sponte transisset Atto Navio augurante; nec sine praesagio aliquo arescit rursusque cura sacerdotum se-

imperii i. e. *initia imperii*, *pueros lactentes*, eodem modo h. l. dicuntur uti apud Livium 8, 3. *quod bellum, si prima statim prospera fuissent, haud dubie ad Romanos pervenisset*, et quae similius etiam leguntur ap. Tacitum hist. 3, 46. *prima rerum quieti* (Daci) *speculabantur*. Ipsa autem verba *protexit prima imperii* apte componi possunt cum Tacit. ann. 13, 58. *quae* (arbor ruminalis) *Remi Romulique infantiam texerat*. De Lupercali v. Dionys. Hal. 1, 79. *καὶ ἦν γάρ τις οὐ πολὺ ἀπέχων ἱερὸς χῶρος ὕλῃ βαθείᾳ συνηρεφὴς καὶ πέτρα κοίλη πηγὰς ἀνιεῖσα· ἐλέγετο γὰρ Πανὸς εἶναι τὸ νάπος καὶ βωμὸς ἦν αὐτόθι τοῦ θεοῦ· εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἐλθοῦσα (ἡ λύκαινα) ἀποκρύπτεται.* — *rumim ita*, D. *ruminita*, a. *ruminata*, d. *rumen ita*, *βγ*. — *miraculo ex aere iuxta dicato*, lupa pueros uberibus suis nutriente. Becker. antt. Rom. 1. p. 293. ex Dionys. Hal. l. l. contendit simulacrum illius lupae ad radices Palatii in Germalo fuisse positum, neque de comitio esse cogitandum. At quid tum de hoc loco statuemus, ubi ficus ruminalis in comitio nata et simulacrum illud iuxta positum verbis adeo claris commemorantur? quid porro de verbis Ciceronis Catil. III. 8, 19. *tactus est* (de caelo) *etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus, quem inauratum in Capitolio, parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis*? His ex locis clare, puto, apparet plura eiusdem rei simulacra fuisse Romae, ab aliis hominibus alio tempore ob aliam causam dedicata; fortasse etiam unum alterumve eorum loco suo motum est. — *Atto Navio augurante nec sine praesagio aliquo arescit*, D. *Atto Navigio aliqua re scit*, a. *Atto Navigio aliquarescit*, Thuan. ap. Salmas. *Atto Navio aliqua crescit*, Td. *acto navigio*, *δρφ* (ap. Gronov. ad 34, 5.) *Adacto Navigio illico arescit*, *β*. *Atto Navio augure. Illic arescit*, Hard. *γ*. Post egregia supplementa ex D a nobis recepta longum videbatur coniecturas de h. l. et de verbis superioribus a Turnebo, Dalecampio, Scaligero, Salmasio, Gronovio, Müllero, Beckero prolatas denuo afferre, quae omnes verbis misere mutilatis et corruptis nituntur. Una fuit ficus ruminalis ad radices Palatii sita, postea per Attum Navium miraculo in forum translata (Müller. ad Fest. p. 400.), unde a nonnullis ficus Navia dicebatur. Ex verbis Plinii iam restitutis videmus in Festi verbis p. 169. ed. Müll. nonnulla esse perperam suppleta. Ad verba *nec sine praesagio aliquo arescit* conferas Tacit. annal. 13, 58. *Eodem anno ruminalem arborem — mortuis ramalibus et arescente trunco deminutam prodigii loco habitum est.* — *rursus quae*, *β*.

*

ritur; fuit et ante Saturni aedem, urbis anno CCLX. sublata
sacro a Vestalibus facto, cum Silvani simulacrum subver-
teret. Eadem fortuito satu vivit in medio foro, qua sidentia 78
inperi fundamenta ostento fatali Curtius maxumis bonis hoc
est virtute ac pietate ac morte praeclara expleverat. Aeque
fortuita eodem loco est vitis atque olea umbrae gratia sedu-
litate plebeia satae; ara inde sublata gladiatorio munere divi
Iuli, quod novissime pugnavit in foro.

21. Admirabilis est pomi huiusce festinatio unius in cun- 79
ctis ad maturitatem properantis arte naturae. XIX. Capri-
ficus vocatur e silvestri genere ficus numquam maturescens
sed quod ipsa non habet aliis tribuens, quoniam est na-
turalis causarum transitus atque e putrescentibus genera-
tur aliquid. Ergo culices parit; hi fraudati alimento in 80
matre, putri eius tabe, ad cognatam evolant morsuque fico-
rum crebro hoc est avidiore pastu aperientes ora earum, ita
penetrantes intus solem primo secum inducunt cerealisque
auras inmittunt foribus adapertis. Mox lacteum umorem hoc
est infantiam pomi absumunt, quod fit et sponte, ideoque
ficetis caprificus permittitur ad rationem venti ut flatus evo-
lantis in ficos ferat. Inde repertum ut inlatae quoque aliunde 81
et inter se conligatae inicerentur fico, quod in macro solo
et aquilonio non desideratur, quoniam sponte arescunt loci

CCLX., omitt. ad. — *a*, om. d. — *Silvani*, d. *Silvani isi*, a. *Silvani et Isidis*, r. — *subverteret*, a. *subverteretur*, Td. *subverterent*, r.

§ 78. *fortuito saltu ivit*, d. *fortuitu* (iam spatium vacuum trium litterarum) *aut vivit*, a. *autem fortuitu vivit*, r. *sata advivit*, K. *sata adhuc vivit*, Dalec. — *qua*, Barbar. d. *que* (suprascripto compendio, quo syllaba *rum* exprimitur), a. — *sidantia*, a. — *adque*, a. — *sedulitate*, d. *sedutilitate*, a. *sed utilitate*, r. — *ara*, ad. *ira*, *θ*. — *sublato*, *θ*. — *quo*, Dalec. — *pugnatum*, Dalec. et Oudend. ad Suet. Caes. 39.

§ 79. *vocatur*, omitt. Ka. Ceterum v. Theophr. de caus. pl. II. 9, 5. — *alii*, *θ* d. — *atque e*, a. *atque ut e*, Td. — *putrescentibus*, Tad. *putr. identidem*, *βγ*. — *gignatur*, Td. *id gnatum*, a. Locus, uti vulgo legitur, corruptus.

§ 80. *parvi fraudati*, r. — *ad cognatam*, codd. Gel. *ac cognatae*, d. *ad cognatae*, liber optimus ap. Salmas. exerc. p. 938. b. D. *et cognate*, a. *et cognati*, r. — *evolant*, Salmas. e vestigiis codd. (v. supra.) *volant*, a (codd. Gel.) *βγ*. *advolant*, d. — *ficuum*, Dalec. — *coria*, Dalec. — *ita*, *θ* ar. *atque ita*, d*βγ*. — *sole*, a. — *inducant*, d. — *cerialesque*, libri meliores Salmasii, qui *aerialesque* legit. — *floribus*, a. *foraminibus*, Pint. — *adapertis*, Td. *et apertis*, a. *apertis*, *β*. — *adsumunt*, a. — *permittitur*, ad. *praemittitur*, *βγ*. *permiscetur*, Dalec. — *ficos*, ad. *ficus*, *β*.

§ 81. *aliunde quoque*, d. — *macro solo*, d. *macroso*, a. — *rimasque*, K. — *opere*, adr, unde nos *operae* scripsimus. *opera*, *βγ*. — *perficit maturitatem*, Brot. — *nec*, ad. *nec non*, *βγ*. — *pulsus*, ad. — *frequentitativa*, a.

situ rimisque eadem quae culicum operae causa perficit, nec
ubi multus pulvis, quod evenit maxume frequenti via adpo-
sita; namque et pulveri vis siccandi sucumque lactis absor-
bendi. Quae ratio pulvere et caprificatione hoc quoque prae-
stat ne decidant, absumpto umore tenero et cum quadam
fragilitate ponderoso. Ficis mollis omnibus tactus, maturis 82
frumenta intus, sucus maturescentibus lactis, percoctis mellis.
Senescunt in arbore anusque destillant cummium lacrimas;
siccat honos, laudatas servat in capsis, Ebuso insula prae-
stantissimas amplissimasque, mox in Marrucinis. At ubi copia
abundant, inplentur orcae in Asia, cadi autem in Ruspina
Africae urbe panisque simul et opsoni vicem siccatae in-
plent, utpote cum Cato cibaria ruris operariis iusta ceu lege
sanciens minui iubeat per fici maturitatem; cum recenti fico
salis vice caseo vesci nuper excogitatum est. Ex hoc genere 83
sunt, ut diximus, cottana et caricae quaeque conscendenti na-
vem adversus Parthos omen fecere M. Crasso, venales prae-
dicantis voce, cavneae. Omnia haec in Albense rus e Syria
intulit L. Vitellius qui postea censor fuit, cum legatus in ea
provincia esset, novissimis Tiberi Caesaris temporibus.

XX. 22. Malorum pirorumque generi adnumerentur iure 84
mespila atque sorba. Mespilis tria genera, anthedon, setania,
tertium degenerat; anthedoni tamen similius, quod Gallicum
vocant. Setaniae maius pomum candidiusque, acini molliore
ligno, ceteris minus pomum sed odore praestantius et quod

§ 82. *destillant*, ita nos scripsimus. *distillant*, adβγ. — *cummium*, libri vetustissimi ap. Salmas. exerc. p. 658. a. E. *cumnimium*, ad. *gummium*, Tγ. *gummi modo*, β. — *lacrimas*, ita nos scripsimus. *lacrima*, Tad (codd. Salmas.) γ. |*lacrimam*, Barbar. β. — *siccat honos*, ita nos interpunximus. *siccat. Honos*, Tad. *siccanturque. Honos*, β. *Siccas honos*, Salmas. γ. *Mos l. servandi in*, Pint. — *insula*, om. r. — *Aut*, a. — *abundant*, a. *abundat*, dβγ. — *orzhae*, a. *archae*, d. *arcae*, K. — *in* ante *Rusp.* om.` a. — *Cato* de re rust. 56. — *cibariarum res*, d. — *leges annuens*, d. — *per fici maturitatem*, ut glossema delet Petav. ap. Broter. — *maturitatem, cum et obsonii vicem habeant recentes ficus*, K, quod probat Schneid. ad Colum. 12, 14. — *fico salis vice caseo*, Td. *ficos aliis vice caseo*, a. *fico saliis vice caseo*, Thuan. Rigalt. ap. Salmas. *cum obsonii vice recenti ficu (aliis vice casei) vesci n. exc. sit*, r. *Sale siccatis et casei loco*, K[1]. *Recenti fico salito vice casei*, K[2]. *fico salitis vice casei*, βγ. *sale siccatis*, Barbar.

§ 83. *diximus* 13, 51. — *cottana*, Barbar. *castaneae*, θad. — *navem*, ad. *navim*, βγ. — *absense*, d. *absens e*, a. — *rus*, d. *rure*, a. — *Tiberii*, d. *Titi*, ar. Om. θ.

§ 84. *adnumerantur*, θ. Ceterum v. Theophr. hist. plant. III. 12, 5. — *anthedoni tamen similius quod*, θTadr. *tametsi anthedoni similius est quod*, β. — *maius*, ad (codd. Gel.) *tamen maius*, K.

diutius servetur. Arbor ipsa de amplissimis; folia antequam
decidant rubescunt, radices multae atque altae et ideo inex-
stirpabiles. Non fuit haec arbor in Italia Catonis aevo.

XXI. 23. Sorbis quadruplex differentia; aliis enim eorum 85
rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ovata species ceu
malorum aliquibus; haec obnoxia acori. Odore et suavitate
rotunda praecellunt, ceteris vini sapor; generosissima, qui-
bus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale
appellant, remedio tantum probabile, adsiduum proventu mi-
numumque pomo, arbore dissimile, foliis paene platani. Non
ferunt ante trimatum ex ullo genere. Cato et sorba condi
sapa tradit.

XXII. 24. Ab his locum amplitudine vindicaverunt quae 86
cessere auctoritati nuces iuglandes, quamquam et ipsae nu-
ptialium Fescenninorum comites, multum pineis minores uni-
versitate eademque portione ampliores nucleo. Nec non et
honor iis naturae peculiaris gemino protectis operimento, pul-
vinati primum calycis, mox lignei putaminis, quae causa eas
nuptiis fecit religiosas, tot modis fetu munito, quod est ve-
risimilius, quam quia cadendo tripudium sonivium faciant.
Et has e Perside regibus translatas indicio sunt Graeca no- 87
mina; optumum quippe genus earum Persicum atque basi-
licon vocant, et haec fuere prima nomina; caryon a capitis
gravedine propter odoris gravitatem convenit dictum. Tin-
guntur cortice earum lanae et rufatur capillus primum prod-
euntibus nuculis; id conpertum infectis tractatu manibus;

§ 85. *Sorbis*, v. Theophr. hist. plant. III. 12, 6. — *aliquibus*, a. *aliquis*, d. — *acori*, codd. Gel. *acri*, adr. — *nec*, K. — *iucunda*, Kr. — *praecellunt*, om. K. — *tenera*, a (codd. Barbari.) Omitt. Tdr. — *dissimile*, θTad. *dissimili*, β. — *pene*, Tadr. *plane*, β. — *trimatum. Ex illo genere*, a. — *Cato* de re rust. 7. 143, 3. — *condi sapa*, θTad. *sapa condi*, β. *sapa condiri*, Dalec. — *tradit*, θTad. *iubet*, β.

§ 86. *vindicaverunt*, a. *vindicaverint*, θTd. — *auctoritate*, θ. — *et ipsae*; cum sorbis in rebus nuptialibus locum aliquem fuisse non sciamus, vox *et* delenda videtur. — *universitatem*, d. — *eademque*, ad. *eaedemque*, βγ. — *honor is*, a, unde *h. iis* scripsi. *honoris*, r. *honor his*, dβγ. — *protectae*, r. — *sonivium*, θd (codd. Turn. adv. 27, 17.) *somnum*, T. *somnium*, a. *sonumve*, β.

§ 87. *e Perside*, a (Rigalt. Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 425. b. E.) *a Perside*, Td. *e Persidis*, θr. — *regibus*, θ (Thuan.) Eandem vocem post *translatas* collocant Td. *regionibus*, ar (Rigalt.) *a regibus*, βγ. De dativo Graeco v. ad 32, 49. — *genus*, ad. Omitt. βγ. — *Persicum*, ad. *Persicon*, β. — *atque*, a.

pinguescunt vetustate. Sola differentia generum in putamine 88
duro fragilive, et tenui aut crasso, loculoso aut simplici. Solum hoc pomum natura conpactili operimento clausit; namque sunt bifidae putaminum carinae nucleorumque alia quadripertita distinctio, lignea intercursante membrana. Ceteris quidquid est solidum est, ut in abellanis et ipso nucum genere quas antea Abellinas patrio nomine appellabant; in Asiam Graeciamque e Ponto venere et ideo quod Ponticae
nuces vocantur. Has quoque mollis protegit barba, sed pu- 89
tamini nucleisque solida rotunditas inest; eae et torrentur; umbilicus illis intus in ventre medio. Tertia ab his natura amygdalis tenuiore sed simili iuglandium summo operimento, item secundo putaminis; nucleus dissimilis latitudine et acriore
callo. Haec arbor an fuerit in Italia Catonis aetate dubita- 90
tur, quoniam Graecas nominat quas quidam et in iuglandium genere servant; adicit praeterea abellanas et calvas, Praenestinas, quas maxume laudat et conditas ollis in terra servari viridis tradit. Nunc Thasiae et Albenses celebrantur et Tarentinarum duo genera fragili putamine ac duro, quae sunt amplissimae ac minume rotundae, praeterea molluscae
putamen rumpentes. Sunt qui honori nomen interpretentur 91
et Iovis glandem esse dicant. Nuper consularem virum audivi biferas et iuglandis nuces habere se profitentem. De pistaciis et ipso nucum genere in suo loco retulimus; et haec autem idem Vitellius in Italiam primus intulit eodem tempore simulque in Hispaniam Flaccus Pompeius eques Romanus qui cum eo militabat.

et quae, d. — *gravidine*, a. — *propter odoris gravitatem*, delet Pint. — *earum lanae eorum*, ad. — *tractatum*, a.

§ 88. *aut — aut*, Tad. *ac — et*, βγ. — *bifida* et *carne*, a. — *alia*, θTd. *alii*, a. *illis*, β. — *quadripertita*, θa. *quadripartita*, Tdβγ. — *quicquid*, a. — *abellanis*, θTa. *avellanis*, dβγ. — *ex ipso*, Dalec. — *Abellinas*, ad. *Abellanas*, T (codd. Turn. adv. 27, 17.) — *patriae*, d. — *appellabant*, θTad. *vocabant*, β. — *ideo quod*, ad. *ideo que*, T. *ideo*, βγ.

§ 89. *eae*, d. *haec*, a. — *intus*, om. S. — *ab*, om. a. *in*, d. — *secundi*, d.

§ 90. *nominat*, v. Cato de re rust. 8, 2. — *calvas*, codd. Turn. adv. 27, 17. *galbas*, adβγ. V. Klotz. in Iahnii horreo 10, 46. — *Praestinas*, codd. Turn. — *Albeses*, STa. V. Müller. ad Fest. s. v. *Albesia* p. 4. — *amplissimae*, Td. *et amplissimae*, Saβγ. — *ac*, θTad. *et*, Sβγ.

§ 91. *honori*, ad. *honoris*, βγ. — *interpretentur*, D. *interpretantur*, adrγ. — *dicant*, Dad. *dicunt*, rγ. — *pastaciis*, d. *phastatus*, a. — *ipso*, Dd. *ipsi*, aβγ. — *nucum genere in suo loco*, D. Omitt. adβγ. — *retulimus* 13, 51.

XXIII. 25. Nuces vocamus et castaneas quamquam ad- 92
commodatiores glandium generi. Armatum his echinato calyce vallum, quod inchoatum glandibus, mirumque vilissima esse quae tanta occultaverit cura naturae. Trini quibusdam partus ex uno calyce cortexque lentus; proxuma vero corpori membrana et in his et in nucibus saporem ni detrahatur infestat. Torrere has in cibis gratius; moluntur que et 93
praestant in ieiunio feminarum quandam imaginem panis. Sardibus hae provenere primum; ideo apud Graecos Sardianos balanos appellant; nam Dios balanum postea inposuere excellentioribus satu factis. Nunc plura earum genera. Tarentinae faciles nec operosae cibo, planae figura; rotundior quae balanitis vocatur, purgabilis maxume et sponte prosiliens, pura. Plana est et Salariana, Tarentina minus tra- 94
ctabilis, laudatior Corelliana et ex ea facta, quo dicemus in insitis modo, Etereiana quam rubens cortex praefert triangulis et popularibus nigris quae coctivae vocantur. Patria laudatissimis Tarentum et in Campania Neapolis; ceterae suum pabulo gignuntur, scrupulosa corticis intra nucleos quoque ruminatione.

XXIV. 26. Haud procul abesse videantur et praedulces 95
siliquae, nisi quod in his ipse manditur cortex. Digitorum omnis longitudo illis et interim falcata, pollicari latitudine. Glandes inter poma numerari non possunt, quamobrem in sua natura dicentur.

§ 92. *his*, a. *iis*, d$\beta\gamma$. — *calice*, a (saepius.) — *quae natura tanta occult. cura*, Dalec. — *infestant*, a.

§ 93. *gratius etiam*, K. — *moluntur que*, D[2]. *modolatum ret*, D[1]. *modolatum*, a. *modulantum re*, Td. *Moluntur etiam*, codd. Gel. $\beta\gamma$. *Molitura etiam praestari*, Barbar. — *et*, a (codd. Gel.) Omitt. DTd. — *praestant in*, ita nos scripsimus. *praestanti*, DTad. *praestant*, $\beta\gamma$. — *ingenio*, S. Uti homines superstitiosi liberae rei publicae vergentis et Caesarum temporibus ieiunia sacrorum externorum, uti Iudaicorum (Casaub. ad Suet. Aug. 76.), agebant, ita iam a. u. 563. Romae ieiunium Cereri institutum est (Liv. 36, 37.). Iam ipsius deae nomen et quod exemplum Thesmophoriorum Romanos secutos fuisse apparet, feminas inprimis ieiunium exercuisse probabile reddit, quae panem e nucibus castaneis pararent, uti Atticae ἐν τῇ νηστείᾳ e sesamo. — *hae*, a. *eae*, d$\beta\gamma$. — *Dios balanum postea*, codd. Hard. *divus balanum postea*, θTd (Rigalt. Thuan. ap. Salmas. exerc. p. 424. a. G.) *divus balanam postea*, a. *divus Tiberius postea balanum nomen*, β. *Διὸς βαλάνου postea nomen*, Dalec., neque negandum vocem *nomen* vix abesse posse. — *imposuere*, θTad (codd. Salmas.) *imposuit*, β. — *statu*, ad (codd. Salmas.) — *operosae*, θTadr. *operoso sunt*, β. — *planae figura rotundior. Quae*, θ. — *pura*, a. *plura*, Dd. Omnes hi codd. cum $\beta\gamma$ hoc adiectivum ad sequentem paragraphum referunt, ego ad proxime praecedentem.

27. Reliqua carnosi sunt generis eaque bacis atque car- 96
nibus distant. Alia acinis caro, alia moris, alia unedonibus,
et alia acinis inter cutem sucumque, alia myxis, alia bacis
ut olivis. Moris sucus in carne vinosus, trini colores, can-
didus primo, mox rubens, maturis niger. In novissimis flo- 97
rent, inter prima maturescunt; tingunt manus suco matura,
eluunt acerba. Minumum in hac arbore ingenia profecerunt,
nec nominibus nec insitis nec alio modo quam pomi ma-
gnitudine; differunt mora Ostiensia et Tusculana Romae;
nascuntur et in rubis multum differente callo.

28. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri 98
eorum unedoni, quod solum pomum simile frutici, terraeque
gignitur. Arbor ipsa fruticosa; fructus anno maturescit pa-
riterque floret subnascens et prior coquitur. Mas sit an fe-
mina sterilis inter auctores non constat. Pomum inhonorum, 99
ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi; duo-
bus tamen hoc nominibus appellant Graeci, comaron et me-
mecylon, quo adparet totidem esse genera. Et apud nos alio
nomine arbutus vocatur. Iuba auctor est quinquagenum cu-
bitorum altitudine in Arabia esse eas.

29. Acinorum quoque magna est differentia; primum inter 100
uvas ipsas callo, teneritate, crassitudine, interiore ligno aliis
parvo et aliis etiam gemino, qui minume feraces musti; plu-

§ 94. *Plana est et Salariana*, Salmas. *plana est eis alariana*, D a (Thuan.) *plana esse Salariana*, d. *et plana est ex eis et Salariana*, βγ. — *Corelliana*, a d. *Corellina*, θ. — *quod*, a. — *in*, om. a. — *modum*, a. — *Etereiana*, Hard. ad 17. § 122. *eterana*, T a. *et erana*, d. *Meterana*, β. — *corticis nucleorum intra quoque ferruminatione*, K. *corticis interioris circa nucleos quoque ferruminatione*, Dalec.

§ 95. *his*, a. *iis*, d βγ. — *ipse manditur cortex*, a d. *cortex ipse manditur*, βγ. — *omnis*, θ a d r. *hominis*, β. — *dicentur* 16, 15.

§ 96. *eaque*, θ T a d r. *ea*, β. — *et alia*, a. *alia*, d. — *acinorum cuti succoque*, Dalec.

§ 97. *maturę luunt acerbę*, a. — *insitu*, Dalec. — *pomi*, Barbar. *pompei*, a d. — *Ostiensia*, D. *Ostiensi*, a (Ambr. II.) *Ostiensis*, d (Ambr. I.) — *Romanae*, D. — *cauo*, a.

§ 98. *et*, a d. — *frutici terraeque*, T d (Ambr. II.) *frutice terraeque*, a (Ambr. I., optimi libri ap. Salmas. exerc. p. 362. b. B.) *fructui terrae*, Barbar. β. *simile fartum aceri gignit*, Pint. — *fructus* sqq., v. Theophr. hist. plant. III. 16, 4. — *coquitur*, θ a d. *colligitur*, K. *cogitur*, β.

§ 99. *et cui*, d. — *sit*, D. *fit*, a d (Ambr. I. II.) γ. — *edendum*, d. Huc respicit Serv. ad Vergil. georg. 1, 148. — *hic*, a. — *comarum*, β. — *mumechilon*, d. — *genera. Et apud nos alio*, T a d r. *genera et apud nos. Alio*, β.

§ 100. *temeritate*, a. — *et aliis*, a. *aliis*, T d. — *multi*, a.

rumum vero differunt hederae sambucique acini, et figura
etiam Punici, angulosi quippe soli. Nec cutis ulla singulis
praeter conmunem quae est candida; totisque sucus et caro
est, his praecipue quibus parvolum inest ligni. Magna et 101
bacis differentia; aliae namque sunt olivis, lauris et alio
modo loto, cornis, alio myrtis, lentisco; aquifolio enim ac
spinae sine suco, medioque etiamnum genere inter bacas aci-
nosque cerasis. Pomum his primo candidum et fere omnibus
bacis; mox aliis virescit, ut olivae, lauri, rubet vero moris,
cerasis, cornis; dein nigrescit moris, cerasis, olivis.

XXV. 30. Cerasi ante victoriam Mithridaticam L. Lu- 102
culli non fuere in Italia ad urbis annum DCLXXX. Is primum
vexit e Ponto annisque CXX trans oceanum in Britanniam
usque pervenere; eadem, ut diximus, in Aegypto nulla cura
potuere gigni. Cerasorum Aproniana maxume rubent, niger-
rima sunt Lutatia, Caeciliana vero et rotunda. Iunianis gra- 103
tus sapor sed paene tantum sub arbore sua, adeo teneris ut
gestatum non tolerent. Principatus duracinis quae Pliniana
Campania appellat, in Belgica vero Lusitanis; in ripis etiam
Rheni; tertius his colos e nigro ac rubenti viridique, similis
maturescentibus semper. Minus quinquennium est quod prod- 104
iere quae vocant laurea, non ingratae amaritudinis, insitae
in lauro. Sunt et Macedonica parvae arboris raroque tria
cubita excedentis, et minore etiamnum frutice chamaecerasi.
Inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam refert;
septentrione frigidisque gaudet, siccatur etiam sole conditur-
que ut oliva cadis.

heredes abucique, d. — *ex figura*, a d. Ceterum haec verba praecedentibus annectit Pint. — *cutis*, d. *ut his*, a. — *totusque*, r. — *curae*, a[2]. — *his*, a. *iis*, d β γ. — *parvo lumine ligni est*, d. *lignum*, Dalec.

§ 101. *alia*, a. — *ovilis*, a. — *etiamnunc*, a. — *ut fere*, Dalec. — *olivae*, D. *oliva*, θ a. *olivis*, d β γ. — *lauri*, D a. *lauris*, d β γ. — *dein*, a d. *deinde*, β γ.

§ 102. *Italia ad — Is primum*, a d. *Italia. Ad — is primum*, β. *Ad urbis anno*, r (Ambr. I. II.) — *Eaedem ut dix. peregrinae in Aegypto*, Dalec. Ceterum iam idem Dalec. recte monet nusquam Plinium huius rei mentionem fecisse, et quem Harduinus huc refert locum 13, 69., cum per se nihil probet, e codicibus nunc ita est restitutus, ut afferri in hanc rem prorsus non queat; hinc Plinium aut memoriae lapsus arguere aut lacunam superioris alicuius loci agnoscere debemus. — *Lutatia*, codd. Hard. *ut atia*, d. *ut actiua*, a[1]. *ut actia*, a[2] (Ambr. I. II.) β. — *Celiana*, d.

§ 103. *Iunianis*, r. *Iunianus*, a. *Vinianus*, θ d. *Vivianis*, Ambr. II. *Iulianis*, Ambr. I. β. — *pene*, a. — *deo*, a. — *piris*, a. — *Rheni*, d. *Rheni terni*, θ a.

XXVI. 31. Quae cura et cornis atque etiam lentisco ad- 105
hibetur, ne quid non hominis ventri natum esse videatur!
Miscentur sapores et alio alius placere cogitur, miscentur
vero et terrae caelique tractus. In alio cibi genere India
advocatur, in alio Aegyptus, Creta, Cyrene singulaeque ter-
rae, nec cessat in veneficiis vita, dummodo omnia devoret.
Planius hoc fit et in herbarum natura.

XXVII. 32. Interim quae sunt conmunia et pomis omni- 106
busque sucis, saporum genera XIII reperiuntur: dulcis, sua-
vis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus,
salsus; praeter haec tria sunt genera mirabili maxume na-
tura: unum in quo plures pariter sentiuntur sapores, ut vinis;
namque in his et austerus et acutus et dulcis et suavis,
omnes alieni. Alterum est genus in quo sit et alienus qui- 107
dem sed et suus quidam ac peculiaris, ut in lacte; siquidem
inest ei quod tamen iure dici dulce et pingue et suave non
possit, optinente lenitate quae ipsa succedit in saporis vicem.
Nullus hic aquis, ne sucus quidem, ut tamen eo ipso fiat 108
aliquis ac suum genus faciat; sentiri quidem aquae saporem
ullum sucumve vitium est. Magnum his omnibus in odore
momentum et magna cognatio, qui et ipse nullus est aquis
aut si sentitur omnino vitium est. Mirum tria naturae prae-
cipua elementa sine sapore esse, sine odore, sine suco,
aquam, aera, ignis.

XXVIII. 33. Ergo sucorum vinosi piro, moro, myrto, 109
minume, quod miremur, uvis; pingues olivae, lauro, nuci

Rheni rubent, r. Locus, uti vulgo legitur, mutilus; at quis in tali re supplere eum audeat? — *his*, a. *iis*, d $\beta\gamma$. — *color*, d. — *viridisque*, a. — *similes*, β.

§ 104. *quinquennium*, a (codd. Gel.) *quinquennio*, r. *quam quinquennium*, T d. — *arbores*, a. — *excedentes*, a. — *etiamnunc*, a. — *olivae*, d.

§ 105. *Quae*, om. d. — *Cyrinae*, a. — *devorat*, a. — *fit et*, a d. *fiet*, $\beta\gamma$.

§ 107. *quidam*, om. S. — *tamen*, om. r. — *dici*, d $\beta\gamma$. *dicitur*, a r. — *possit*, ita nos scripsimus. *possint*, a. *possent*, d. *posset*, $\beta\gamma$. *non possit* om. r. *quod tamen iure dici suum non potest, dulce et pingue et suave, obtinenti tamen lenitatem quae*, Pint.

§ 108. *quidem*, S. Omitt. a d. — *ex ipsis fiat aquis*, Pint. — *eque*, a. *atque*, d. — *illum*, γ vitio operarum. — *et ipse*, a d. *ipse*, γ. — *tria*, a[2] d. *tria genera*, a[1]. — *esse*, om. r. — *aquam*, ita nos scripsimus. *aqua*, a r. *aquae*, T d. *aquas*, $\beta\gamma$. — *aera*, T d. *aer*, a r. — *ignis*, a r. *ignes*, T d $\beta\gamma$.

§ 109. *vinosi*, θ S T a d. *vinosus*, β. Ceterum haec Plin. sumpsit ex Theophr. hist. plant. I. 12, 1. — *minime*, a d. *non*, r. — *miretur*, a. — *uvis*, a d. *uvis; at*, $\beta\gamma$. — *pingues*, θ S T a d. *pinguis*, β.

iuglandi, amygdalis, dulces uvis, ficis, palmis, aquosi prunis.
Magna differentia et in colore suci: sanguineus moris, ce-
rasis, cornis, uvis nigris, idem albis candidus, lacteus in
capite ficis, in corpore non item, spumeus malis, nullus Per-
sicis, cum praesertim duracina suco abundent; sed quis eius
ullum dixerit colorem? Sua et in odore miracula; malis acu- 110
tus, Persicis dilutus, dulcibus nullus; nam et vinum tale
sine odore, tenue odoratius, multoque celerius talia ad usum
veniunt quam pinguia. Quae odorata, non eadem in gustu
tenera, quia non sunt pariter odor et sapor; quamobrem
citreis odor acerrimus, sapor asperrimus, quidam tenuis et
cotoneis nullusque odor ficis.

34. Et hactenus sint species ac genera pomorum; naturas 111
artius colligi par est. Alia siliquis gignuntur ipsis dulcibus
semenque conplexis amarum; cum in pluribus semina pla-
ceant, in siliqua damnentur; alia bacis quarum intus lignum
et extra caro, ut olivis, cerasis; aliquarum intus bacae, foris
lignum, ut his quae in Aegypto diximus gigni. Quae bacis 112
natura, eadem et pomis; aliorum intus corpus et foris li-
gnum, ut nucum; aliis foris corpus, intus lignum, ut Persicis
et prunis, vitiumque cinctum fructu, cum fructus alibi mu-
niatur vitio. Putamine clauduntur nuces, corio castaneae;
detrahitur hoc iis, at in mespilis manditur. Crusta teguntur
glandes, cute uvae, corio et membrana Punica; carne et suco
mora constant, cute et suco cerasi. Quaedam statim a ligno 113
recedunt, ut nuces et palmae, quaedam adhaerent, ut olivae
laurusque, quorundam generi utraque est natura, ut in Per-
sicis; etenim duracinis adhaeret corpus, e ligno avelli non

amygdalis, a. *amaris amygdalis*, d. — *dulces*, θS. *dulcis*, ad β. — *aquosi*, θS. *aquosus*, ad βγ. — *lactens*, r. — *duracino*, d.

§ 110. *nullum*, ad. — *usum*, θTadr. *nasum*, d (ad marg.) β. — *paria* vel *pares*, Dalec. — *quidam tenuis*, ar. *quadamtenus*, d βγ.

§ 111. *sint*, a. *in*, d. — *pars*, a. — *gignuntur*, Pint. a^{2}d. *tinguntur*, a^1. — *siliquae damnentur*, Pint. *et siliquae*, Dalec. — *aliquarum*, ad (codd. Salmas. exerc. p. 429. b. C.) *aliquorum*, βγ. Ceterum v. Theophr. l. l. IV. 2, 5. — *intus lignum, foris bacca ut persicis quae*, K. — *diximus* 13, 60.

§ 112. *aliarum*, d. — *his*, a.

§ 113. *laurusque*, ad. *laurique*, βγ. — *ut in*, ad. *ut*, βγ. — *vix acinis*, a. — *ligno*, Tad. *licino* cum spatio duarum litterarum, a. *lignoque*, βγ. — *non quit*, θTd. *nequit*, aβγ.

§ 114. *Quorundam*, Td. — *usu*, codd. Gel. *usum*, θad. — *generi*, codd. Gel. *genera*, ad (codd. Salmas. exerc. p. 428. b. D.) — *amygdalae*, codd. Gel.

quit, cum in ceteris facile separetur; quibusdam nec intus
nec extra lignum, ut in palmarum genere. Aliquorum lignum 114
ipsum in usu et pomi vice, ut generi amygdalae quam in
Aegypto gigni diximus; quorundam extra gemina geminan-
tur vitia, ut in castaneis et amygdalis nucibusque iuglandibus;
quorundam natura trigemina: corpus est, dein lignum rur-
susque semen in ligno, ut in Persicis. Quaedam inter se
densa, ut uvae, sorba quae ramos circumdata ex omni parte
uvarum modo degravant; alia rara, ut in Persicis. Quaedam 115
alvo continentur, ut granata; dependent alia pediculis, ut pira,
alia racemis, ut uvae, palmae, alia et pediculis et racemis,
ut hederae, sambuci; alia ramo adhaerent, ut in lauro, quae-
dam utroque modo, ut olivae; nam et breves pediculi et
longi. Quaedam vasculis constant, ut Punica et mespila lo-
tosque in Aegypto et Euphrate. Iam vero diversa gratia et 116
conmendatio; carne palmae placent, crusta Thebaicae, suco
uvae et caryotae, callo pira ac mala, corpore melimela, mora
cartilagine, nuclei grano, quaedam in Aegypto cute, ut ca-
ricae; detrahitur haec ficis virentibus ut putamen, eisdem
quae in siccis maxume placet. In papyris et ferulis spina- 117
que alba caulis ipse pomum est; sunt et ficulni caules; in
fruticoso genere cum caule capparis, in siliquis vero quod
manditur quid nisi lignum est? non omittenda seminis earum
proprietate; nam neque corpus nec lignum nec cartilago dici
potest, neque aliud nomen inveniat.

XXIX. 35. Sucorum natura praecipuam admirationem in 118
myrto habet, quando ex una omnium olei vinique bina ge-
nera fiunt, item myrtidanum, ut diximus. Et alius usus ba-

mydis, ad (codd. Salmas.) *mygdis*, alii codd. Salmas., qui *myxa* coniicit. — *gigni*, codd. Gel. Omitt. ad. — *diximus* 13, 60. — *geminam*, a. An Plin. *ingeminantur* scripsit? — *et*, a. Omitt. dβγ. — *amygdalis*, d. *angustialis*, a. — *corpus est*, ad. *est*, *corpus*, βγ. — *dein*, ad. *deinde*, βγ. — *ut in*, d. *ut*, aβγ. — *sorbae*, d.

§ 115. *alvo*; pro h. v. habent *alio* ad.

§ 116. *erusca*, a. — *melimela*; pro h. v. habent *mola* T, *mala* a (in hoc sequitur spatium duarum litterarum) d. — *mora*, D[2]d. *malahora*, D[1]. *ora* (et deinde spatium trium litterarum), a. *uvae, careotae callo, pira et mala corpore, melimela cartilagine*, Pint. — *cute caricae*, Ka. — *eisdem quae*, ad. *eisdemque*, θ. *eadem*, βγ.

§ 117. *ipsa*, a. — *eduntur et ficulnei caules*, K. *Sunt et in usu medicinae ficulnei caules*, Dalec. — *namque*, d. — *inveniat*, a. *inveniet*, Tdrγ.

§ 118. *diximus* 14, 104.

cae fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur illam optinens vicem, quodam etiam generosi opsoni nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocatur; eademque origine aprorum sapor commendatur, plerumque ad intinctus additis myrtis.

36. Arbor ipsa in Europa citeriore caelo quod a Cerau- 119
niis montibus incipit, primum Circeis in Elpenoris tumulo visa traditur Graecumque ei nomen remanet quo peregrinam esse adparet. Fuit ubi nunc Roma est iam cum conderetur; quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos Sabinosque, cum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos in eo loco qui nunc signa Veneris Cluacinae habet; cluere enim antiqui purgare dicebant. Et in ea quo- 120
que arbore suffimenti genus habetur ideo tum electa, quoniam coniunctioni et huic arbori Venus praeest, haud scio an primaeva omnium in locis publicis Romae sata fatidico quidem et memorabili augurio. Inter antiquissima namque delubra habetur Quirini hoc est ipsius Romuli; in eo sacrae fuere myrti duae ante aedem ipsam per longum tempus, altera patricia appellata, altera plebeia. Patricia multis annis 121
praevaluit exuberans ac laeta; quamdiu senatus quoque floruit, illa ingens, plebeia retorrida ac squalida; quae postquam evaluit, flavescente patricia, Marsico bello languida auctoritas patrum facta est ac paulatim in sterilitatem emarcuit maiestas. Quin et ara vetus fuit Veneri Myrteae quam nunc Murciam vocant.

illā, D. *illa*, ad (codd. Barbari.) *illius*, codd. Gel. βγ. — *quodam*, d. *in quodam*, a. — *generose*, d.

§ 119. *Arbor ipsa*, Theophr. hist. plant. V. 8, 3. — *Europa*, a. *Europae*, dβγ. V. ad 32, 17. — *citeriore*, a. *tetriciore*, Td. *territiore*, θ. — *Circeis*, codd. Barbari. *Celceis*, d. *Celteis*, a. — *iam*, Tad. *iam tum*, βγ. — *purgatos*, d. *pugnatos*, Da. Ad marginem habet D hanc memorabilem observationem: *PVRGATOS LEGEREM ET INFERIVS VT HABEBAT PRIVS PVRGARE.* — *eodem*, T. — *cluatine*, d (in rasura.) — *purgare*, Dd. *pugnare*, a.

§ 120. *primaeva*, ar. *prima etiam*, dβ. *prima*, γ. — *sata*, Tadr. *sata sit*, β. — *myrti duae*, d. *myrtiuae*, a.

§ 121. *praevaluit*, DTd. *praevaluit flavescens et*, a. *praevaluit flaccescente plebeia*, β. At haec additamenta, quae h. l. prorsus nullum sensum praebent, ex inferiore loco huc translata esse vidit iam Ian. in nuntt. litter. Monac. 1836. nr. 167. p. 290. — *ingens*, ad. *vigens*, β. *illa ingens* delet Pint. — *retorrida*, Td (codd. Gel.) *torrida*, ar. — *postquam*, ad. *posteaquam*, βγ. — *praevaluit*, T. — *flavescente*, STd. *flabescente*, a. *flaccescente*, cod. optimus ap. Salmas.

37. Cato tria genera myrti prodidit, nigram, candidam, 122
coniugulam, fortassis a coniugiis, ex illo Cluacinae genere;
nunc et alia distinctio sativae aut silvestris et in utraque
latifoliae. In silvestri propria oxymyrsine; sativarum ge-
nera topiarii faciunt Tarentinam folio minuto, nostratem
patulo, hexasticham densissimo, senis foliorum versibus; haec
non est in usu; ramosa utraque alia. Coniugulam existumo
nunc nostratem dici. Myrtus odoratissima in Aegypto. Cato 123
docuit vinum fieri e nigra siccata usque in ariditatem in
umbra atque ita musto indita; si non siccentur bacae, oleum
gigni. Postea conpertum et ex alba vinum fieri album, duo-
bus sextariis myrti tunsae, in vini tribus heminis maceratae
expressaeque. Folia et per se siccantur in farinam ad ulce-
rum remedia in corpore humano, leniter mordaci pulvere ac
refrigerandis sudoribus. Quinimmo oleo quoque, mirum dictu, 124
inest quidam vini sapor simulque pinguis liquor praecipua
vi ad corrigenda vina, saccis ante perfusis; retinet quippe
faecem nec praeter purum liquorem transire patitur datque
se comitem praecipua conmendatione liquato. Virgae quo-
que eius gestatae modo viatori prosunt in longo itinere pe-
diti; quin et virgei anuli expertes ferri inguinum tumori
medentur.

38. Bellicis quoque se rebus inseruit triumphansque de 125
Sabinis Postumius Tubertus in consulatu, qui primus omnium

exerc. p. 314. a. F., *β*. — *Myrtea*, d. — *Murciam*, Barbar. et codd. Hard. *Murtiam*, alii codd. eiusd. *myrtiam*, Tad. *myrciam*, *θ*.

§ 122. *Cato* de re rust. 8. 133. — *ex*, ad. *et*, *θ*T. — *latifolia*, a. *latifolii*, d. — *generatione*, T. — *paulo*, d. — *hexasticham*, S. *exasticam*, a. *ex Africa*, Td. *exoticam*, *β*. — *seminis*, ad^1. — *haec*, ad. *hoc*, *β*. — *ramosa*, d. *ramos*, Da^2. *sammos*, a^1. — *utraquę in alia* (dein spatium duarum litterarum), a. *utque in alia*, d. *aut que in halia*, D. Vulgatam non Plinio, sed librariis deberi iam mirum illud *utraque alia* docet. Collato vero Theophrasto de caus. pl. VI. 18, 9., qui genus aliquod myrtorum *θαμνωδέστερον* dicit, fortasse *ramosa utique in Italia* scribendum est, quamquam certi aliquid proferri vix potest. Particula *utique* Plinium tum potissimum uti, cum alicui rei proprietatem tribuat, qua ab aliis similibus rebus differat, docet index verborum. — *Coniugalem*, *θ*Tad. — *in*, dr. *est in*, *β*. In a est spatium duarum litterarum.

§ 123. *Cato* de re rust. 125. — *musto*, Ta^{1}d. *mulso*, a^2*β*. V. Caton. de re rust. 125. — *gigni postea compertum*, Klotz. in Iahnii horreo 10. p. 46. contra usum Plinii. Locus Catonis non amplius exstat, quod item vidimus § 44. — *farina*, ad. At v. ad 32, 111.

§ 124. *liquato*, ad. *liquatum*, D^2. *liquarum*, D^1. — *modo*, *θ*Tad. *manu*, *β*. — *virge iaculi*, a^1. V. Plin. Valer. 2, 43.

§ 125. *positum ius*, a.

ovans ingressus urbem est, quoniam rem leviter sine
cruore gesserat, myrto Veneris victricis coronatus incessit
optabilemque arborem etiam hostibus fecit. Haec postea
ovantium fuit corona excepto M. Crasso qui de fugitivis et
Spartaco laurea coronatus incessit. Massurius auctor est 126
curru quoque triumphantis myrtea corona usos; L. Piso
tradit Papirium Masonem qui primus in monte Albano trium-
phavit de Corsis myrto coronatum ludos Circensis spectare
solitum; avos maternus Africani sequentis hic fuit. Marcus
Valerius duabus coronis utebatur, laurea et myrtea, qui et
hoc voverat.

XXX. 39. Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratis- 127
sima domibus, ianitrix Caesarum pontificumque; sola et do-
mos exornat et ante limina excubat. Duo eius genera tra-
didit Cato: Delphicam et Cypriam. Pompeius Lenaeus
adiecit quam mustacem appellavit, quoniam mustaceis subi-
ceretur; hanc esse folio maxumo flaccidoque et albicante,
Delphicam aequali colore, viridiorem, maxumis bacis atque
e viridi rubentibus; hac victores Delphis coronari et trium-
phantis Romae; Cypriam esse folio brevi, nigro, per mar-
gines imbricato, crispam. Postea accessere genera: tinus; 128
hanc silvestrem laurum aliqui intellegunt, nonnulli sui ge-
neris arborem; differt color; est enim caerula baca. Accessit 129
et regia quae coepit Augusta appellari, amplissima et arbore
et folio, bacis gustatu quoque non aspero. Aliqui negant

leniter, Tad. — *ovatum*, a.

§ 126. *Massurius*, a. *Masurius*, d$\beta\gamma$. — *Masonem*, ad. *Massonem*, codd. Gel. β. *Nasonem*, K. Haec sumpta ex Valer. Max. III. 6, 5. — *sequentibus*, d. — *qui et hoc*, a. *quieto*, d. — *voverat*, d. *voverat et ououerat*, a.

§ 127. *domibus* certe adulterinum et propter sequentia *domos exornat* prorsus otiosum; verba vero *vel gratissima* aptissime cum sequentibus *ianitrix* rell. iunguntur. — *sola*, Tad. *quae*, S. *quae sola*, β. — *tradidit*, θad. *tradit*, $\beta\gamma$. — *Cato* de re rust. 133. *colito*, a. *coli*, d. Plin. *coli Cato* videtur scripsisse. — *mustaceam*, β. — *flactiodoque*, a. — *hac victores*, D. *acutiores*, θad. — *Delphicis*, d. — *crispan . et postea*, r.

§ 128. *arbore*, a. — *color*, θa. *colore*, dβ. — *enim*, θa. *enim ei*, dγ. — *caerula*, θa. *caerulea*, d$\beta\gamma$.

§ 129. *quoque gustatu*, T. — *aspero*, ar. *asperis*, d$\beta\gamma$.

§ 130. *coepit*, ad. *coepit et*, θ. *coeperit*, β. — *docebimus* § 136. — *lauru*, a. *lauro*, Td. — *est minima*, θTadr. *minima est*, β. — *brevi*, d. *breve*, a. *ac brevi*, $\beta\gamma$. — *inventu rara*, codd. Gel. *invenitur ara*, Td. *invenitur rara*, a. — *thaxa*, a[2]. — *media*, a. — *parvula*, a. — *spadonina*, θTad. — *quantalibeat*, a. *quantalibet*, d$\beta\gamma$.

eandem esse et suum genus regiae faciunt longioribus foliis
latioribusque; iidem in alio genere bacaliam appellant hanc
quae volgatissima est bacarumque fertilissima; sterilem vero 130
earum, quod maxume miror, triumphalem eaque dicunt trium-
phantis uti, nisi id a divo Augusto coepit, ut docebimus, ex
ea lauru quae ei missa e caelo est, minuma altitudine, folio
crispo, brevi, inventu rara. Accedit in topiario opere taxa,
excrescente in medio folio parvolo veluti lacinia foli, et sine
ea spadonia mira opacitatis patientia; itaque quantalibeat sub
umbra solum inplet. Est et chamaedaphne silvestris frutex, 131
et Alexandrina quam aliqui Idaeam, alii hypoglottion, alii
danaen, alii carpophyllon, alii hypelaten vocant; ramos spar-
git a radice dodrantalis, topiarii ac coronarii operis, folio
acutiore quam myrti, molliore et candidiore et maiore, semine
inter folia rubro; pluruma in Ida et circa Heracleam Ponti
nec nisi in montuosis. Id quoque quod daphnoides vocatur 132
genus in nominum ambitu est; alii enim Pelasgum, alii eu-
thalon, alii stephanon Alexandri vocant. Et hic frutex est
ramosus, crassiore ac molliore quam laurus folio, cuius gu-
statu accendatur os atque guttur, bacis e nigro rufis. No-
tatum antiquis nullum genus laurus in Corsica fuisse, quod
nunc satum et ibi provenit.

40. Ipsa pacifera, ut quam praetendi etiam inter armatos 133
hostis quietis sit indicium; Romanis praecipue laetitiae vi-
ctoriarumque nuntia additur litteris et militum lanceis pilis-

§ 131. *et Alex.*, ad. *Est et Alex.*, codd. Barbari, βγ. — *deam*, d. — *hypoglottion*, Hard. *hypoglotton*, Salmas. exerc. p. 286. a. A. *hippoglottion*, adβ. — *danaen*, Tad (codd. Salmas.) *daphnitin*, β. — *hipelaton*, a. *eupetalon*, Salmas. — *dodrantales*, a. *cedro orientales*, d. — *topiarii ac*, omitt. Tadr (codd. Salmas.) γ. — *myrtice*, a. *myrticie*, d. — *et maiore*, Hard. ex Dioscor. 4, 145. *maiore*, adβ ad *semine* referentes. — *India*, Td. — *Heraclean*, a. — *in*, θTad. Om. β. — *montuosis*, θTad. *montosis*, β.

§ 132. *quod daphnoides*, Barbar. *quod damnoides*, a. *quondam noides*, d. — *euthalon*, a. *euptalon*, d. *eupetalon*, Barbar. βγ. Lectione optimi codicis a nobis recepta vindicatur Etymol. M. s. v. *Βύβλινος οἶνος* p. 197, 34. — *stephanon*, codd. Salmas. exerc. p. 287. a. A. *stephano*, codd. Barbari. *stephalon*, d. *tepanon*, a. — *Alexandri*, a (codd. Barbari.) *Alexandro*, d (codd. Salmas.) i. e. *Alexandru*. — *graciliore*, Dalec. — *ac*, d. *a*, a. — *accendatur us*, d. *accendat turus*, a. *accenditur os*, βγ. — *atque guttur*, om. ad. — *nigris vel ruffis*, K. — *laurus*, θTad. *lauri*, β. — *quod*, om. T.

§ 133. *lituis*, Barbar. K. At v. Titii locc. controv. 10, 12.

que, fascis inperatorum decorat. Ex his in gremio Iovis 134
optumi maxumique deponitur quotiens laetitiam nova victoria
attulit, idque non quia perpetuo viret nec quia pacifera est,
praeferenda utroque olea, sed quia spectatissima in monte
Parnaso ideoque etiam grata Apollini, adsuetis eo dona mit-
tere, oracula inde repetere iam et regibus Romanis teste
L. Bruto, fortassis etiam in argumentum, quoniam ibi liber-
tatem publicam is meruisset lauriferam tellurem illam oscu-
latus ex responso, et quia manu satarum receptarumque in
domos fulmine sola non icitur. Ob has causas equidem cre- 135
diderim honorem ei habitum in triumphis potius, quam quia
suffimentum sit caedis hostium et purgatio, ut tradit Mas-
surius; adeoque in profanis usibus pollui laurum et oleam
fas non est, ut ne propitiandis quidem numinibus accendi
ex his altaria araeve debeant. Laurus quidem manifesto ab-
dicat ignis crepitu et quadam detestatione, interaneorum etiam
vitia et nervorum ligno torquente. Tiberium principem to-
nante caelo coronari ea solitum ferunt contra fulminum me-
tus. Sunt et circa divom Augustum eventa eius digna me- 136
moratu; namque Liviae Drusillae quae postea Augusta ma-
trimoni nomen accepit, cum pacta esset illa Caesari, gallinam
conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium
inlaesam, intrepideque miranti accessit miraculum, quoniam
tenentem rostro laureum ramum onustum suis bacis; con-
servari alitem et subolem iussere haruspices ramumque eum
seri ac rite custodiri. Quod factum est in villa Caesarum 137
fluvio Tiberi inposita iuxta nonum lapidem Flaminia via,
quae ob id vocatur ad gallinas, mireque silva provenit; ex

§ 134. *Exhinc*, Torrent. ad Suet. Dom. 6. *Ex hac corona*, Dalec. — *maximique*, θTad. *maximi*, β. — *novam*, r. — *ideoque etiam*, K. — *utroque*, a. *ei utroque*, d (codd. Gel.) βγ. *utique myrto et oleo*, K. — *Parnaso*, d. *Parnasso*, aβγ. — *oracula inde repetere*, D ad marg. Omitt. adβγ. — *etiam*, ad. *enim*, β. — *ibi in libertatem*, r. — *manus atgarum*, a. *manus at garum*, d. — *iacitur*, Tad.

§ 135. *et*, d. — *fit*, d. — *Massurius*, a. *Masurius*, dβγ. — *oleum*, d. — *manifeste*, r. — *testatione*, Tad. — *vitiis et nerv. lassitudini medentur. Tiberium*, Dalec.

§ 136. *Sunt*, STad. *Sed*, r. — *Augustae matrimonio*, Gronov. miscell. p. 849. — *pacta*, a[2]d, *capta*, a[1]. *nupta*, Sr. — *illa*, Barbar. S. *illi*, ar. — *in gremium — miraculum* om. r. — *tenentem*, ad. *teneret*, Barbar. βγ.

ea triumphans postea Caesar laurum in manu tenuit coronamque capite gessit ac deinde inperatores Caesares cuncti; traditusque mos est ramos quos tenuerunt serendi et durant silvae nominibus suis discretae, fortassis ideo mutatis triumphalibus. Unius arborum Latina lingua nomen inponitur vi- 138
ris, unius folia distinguntur appellatione; lauream enim vocamus. Durat et in urbe inpositum loco, quando Loretum in Aventino vocatur, ubi silva laurus fuit. Eadem purificationibus adhibetur testatumque sit obiter et ramo eam seri, quoniam dubitavere Democritus atque Theophrastus. Nunc dicemus silvestrium naturas.

§ 137. *triumphans postea*, a. *postea triumphans*, Sd. — *tenuerint*, Td. — *nominatis triumphalibus*, K.

§ 138. *Latinae linguae*, a'. — *Adventino*, a. — *laurus*, θTd. *lauris*, a. *lauri*, βγ. — *noviter*, a. — *atque*, θad. *et*, β. — *Theophrastus*, hist. plant. II. 1, 3.

INDEX CRITICUS LIBRI VII—XV.

VII. 1. *insignia?* *minore*, Rhenan. 8. *meam?* 10. *γῆς χλεῖθρον*, Turneb. 11. *Imai*, Barbar. 16. *et Illyriis*, β. 17. *Bithyae*, Barbar. 21. *haec?* 23. *vocarentur?* 24. *tum*, β. 26. *Trispithami*, Harduin. 28. *binorum palmorum*, β. *Gymnetas*, β. 29. *annos?* 30. *Duris*, β. *Calingis*, Barbar. *gente*, β. *Oritas*, Barbar. 33. *quinos*, Sabellic. 34. *Trallibus*, β. 36. *P.*, β. *Arescontem*, β. 37. *raram*, β. 43. *amplexaris et*, β. 44. *tinctoria?* *tanti*, β. 48. *duodecim*, Budaeus. 49. *mensum*, nos. 52. *reputatio?* *et?* 54. *is erat*, Rhenan.? *Scipioni?* *Spinther*, β. 56. *eodem?* 59. *Q.*, β. 61. *in viris*, β. *Salonii*, β. 63. *et?* *citatiore*, β. 64. *insedere*, β. 65. *Asphaltitae*, nos. *quod*, β? 67. *salivam*, Barbar. 68. *M'.*, Hard. 69. *tempestate florentissimam*, β. 70. *trahunt*, β. *multoque primum?* *magnitudine*, β. 72. *decurret*, β. 73. *suo — futurae?* 74. *Naevii — habitum*, β. 79. *ἀπαθεῖς*, β. 80. *natura*, β. 81. *vesco*, β. *in — elatione?* 83. *Crotoniensem*, nos. 84. *Anystis*, β. *tribus Tiberium*, β. 85. *Myrmecides*, Barbar. *a quo*, β? *apicula*, β. 86. *Cimbricae victoriae?* 87. *tyranni os*, Barbar. 96. *transgressus*, β. *toties*, β. 97. *DCCCXLVI*, β. 98. *Basternis*, β. 101. *Dentrem*, Hard. *Aterio*, Harduin. 102. *XXVI?* *una?* *simul bubus*, Gelen. *imperatae*, nos. 105. *prastura*, β. 107. *agere?* 111. *contigit?* 115. *Varronis*, β. 116. *e*, β. *te*, β. 117. *linguaeque*, β. *maiore?* 121. *queant*, β. *inclusa*, β. *excussa*, β? *M'.*, Pigh. 122. *meum necate*, β. *Rupilius*, Drakenborg. 123. *cui — habuere*, β. 125. *interdicto*, β. *Chersiphron*, Pintian. *Ctesibius*, Barbar. *inclaruere*, β. 126. *Medeam*, Sabellic. *Bularchi*, β. *mediocris spatii*, Budaeus. 127. *insigni et*, β? *grandi*, β. *Diana*, β. *Mentori?* 128. *geniti*, β. *IIl*, Harduin. quater. *histriones sed*, β? 129. *Lutorio*, Lips. 131. *laudatus dies*, β. 134. *proscriptus?* 135. *furnariae*, Turneb. 136. *iudicum?* 137. *Unus*, β. 139. *Quintus*, β. 142. *inter rara*, β. *e*, β. *praetorio*, Pintian. 143. *C. Atinio*, Torrent. *intercederet*, β. 144. *a damnato suo?* *reste*, Ruhnken. *poenam exactam esse*, β. 145. *illud*, β. 147. *avunculum*, β? *eius?* 151. *castigandam*, β. *Psophidium*, β. *angustissimo*, β. 152. *Euthymus*, Barbar. *Patria ei*, β. 153. *de*, β. 154. *Ephorus*, β. 155. *Lutmiorum?* 156. *Arganthonium*, β. *Gorgian*, β. *Perperna*, nos. *rogaverant*, β. 157. *Corvinus*, β. 158. *Rutilii*, β. *XC*, nos. *Pompeio*, β. 159. *saltavisse et*, nos. *principi*, β. 160. *tartemorion*, Meinek. *appellant*, β. *stata* et *dicit?* 161. *quandoquidem*, β. 162. *imperatores Caesares*, β. *mediae*, β. 163. *Brixelli*, β. *mulier*, β. *M. Aponius*, β. *CXL*,

Bergk. 165. *iam*, β. *Caelius*, Coler. *C.*, β. 166. *Curio*, β. *Pheraeus Iason*, Pintian. 170. *ab*, nos. 173. *Messala, Rufus*, Heyn. 174. *magna — fabulositate?* 175. *Huc*, β. 177. *E*, β. *Corfidio*, β. *funeri*, β. 178. *congregata multitudine?* 179. *idque ita?* 180. *atque?* *Stilponis*, β. 181. *hic*, β. *C.*, nos. *Rebilus*, β. 182. *Tamphilus*, Harduin. *M'.*, Harduin. *dum*, nos. 183. *Tuccius*, Harduin. *medicus Valla?* *Ap. Saufeius*, β. 184. *T.*, β. *Haterius*, Harduin. 185. *tepescere*, β. 186. *Corfinii*, β. *divorti*, Pintian. 188. *primum?* 190. *genitis*, β. *obituri*, Pintian. 192. *ΘΞΦΧ*, β? *ΖΗΥΩ*, β? *mavult*, β. 193. *M*, nos. *M*, Perizon. bis. 196. *inficere*, β. *Tychius*, Harduin. *Babylonis?* 197. *Delan*, nos. 200. *Acrisius*, β. 201. *Aetolos*, β. *pilum — Pisaeum?* 203. *sphaeram*, β. 204. *Thamyris*, nos. *addidit*, β. *Ardalus*, Harduin. 205. *Gyges Lydus?* 208. *Mnesigeton*, Harduin. 209. *Tyrrhenus* et sequentia in interpunctione emendavit Pintian. 212. *rationi*, β? *reperta diximus*, β. 213. *ad aedem*, β. *Quirini L.*, β. 214. *statutum*, β. *M'.*, nos. *CCCCLXXXXI*, Salmas. *congruebant*, β.

VIII. 4. *Germanici*, β. 5. *plenisque*, β. 6. *funibus subire*, β. *ter*, β. *didicisse*, β. 8. *ne*, β. 9. *per cuncta?* *virus*, β. 12. *semper. Tum*, β? *gaudent*, β. *victusque*, β? 15. *Bocchus*, β. *obiecisset*, β. 17. *inductos*, β. *factum*, β. 19. *DCLV*, β. 20. *ictu*, β. 21. *clathris ferreis*, β. *arenam*, β. 24. *vi*, β? 28. *semel — pluresve quam*, β. *possint*, β. 29. *hirudine*, β. 30. *iuba, villo*, β. 31. *pro palis*, β. 32. *facili?* 33. *pro se cuique*, β? *ut?* *una?* *scandendi?* *attritum*, β? 36. *Rhyndacum*, β. 37. *sit*, β. *Italiam*, Harduin. 38. *ferorum*, β. *uros*, β. *cervique*, Salmas. 40. *reddentem*, β. *trium iugerum?* 44. *omnium?* 45. *uno*, β. *Nestumque*, Barbar. 46. *ut*, β? *abeant*, β? 48. *Credit*, β. 49. *ater?* 50. *turpitudinem?* 52. *a moriente*, β? *tam*, β? 53. *DC*, β. 54. *paene talis*, β. *Gaetuli*, β? 57. *tum poena — contra feram?* 61. *ferri*, β. 62. *odore*, Budaeus. 64. *hoc*, β. *gratia*, β. 65. *dedicatione*, β. 67. *ministeriis*, Salmas. 68. *sua*, β. 69. *similitudo*, β. *ovis ferae*, β. 70. *χήπους*, Harduin. 72. *crocottas*, Harduin. 73. *unicornes*, β. *leucrocottam*, nos. *eale*, β. *fluviatilis*, β. *variatque*, β? 74. *habet*, β? 76. *axin*, β. 78. *talis*, β. 79. *Iniiciunt?* *illae — moriuntur?* 81. *sit*, β. *in*, β. 82. *Fabius?* *faciebant*, β. *certasse?* 84. *qualem e*, β. 85. *cerastis*, β. 87. *cernere?* *pede*, Harduin.? 88. *coriis*, β. 89. *terribilem*, Harduin. 90. *assultim*, β. 92. *a Tentyri*, nos. *animi*, β. *sequentes*, Dalecamp. 97. *sola multis?* *et*, β. *percussi — eiecto?* 98. *cunilae*, β. *pastu vires*, β. 99. *perfricata carne*, β. 101. *turtures*, β. *helxine*, β. 102. *fibris*, β. 103. *praemigrant*, β. *In Thracia*, β. *vulpes* rell.? 104. *in*, nos. *incolas*, Barbar. *Amunclas*, nos. *Cynamolgos*, β. *Rhoetienses*, Harduin. 105. *continuitate*, β. 112. *seselis*, β. 113. *aros*, β? *seselis?* 117. *teneris*, β. 118. *et*, β. 121. *absimile suillo*, β. *tenuitatem*, β. *ferus*, β. *alioqui*, β. 122. *alibi*, β. *oculos*, β. 125. *contectas*, β. *ac — genere?* *herinaceorum*, β. 127. *ne*, β. *suctu*, β. 129. *ne*, nos. *circaque — ora?* 130. *agat*, β. 132. *palatum*, β. 133. *lanuginem*, β. 134. *exinanita*, Harduin. 135. *cute*, β. *monopolio*, Barbar. *provincialibus*, β. 137. *atque ob?* *id*, β? *a plerisque*, β. 140. *obrutae*, β. 141. *Nysa*, β. *fulvi*, β. 142. *canis*, β. *Garamantum*, β. 143. *Colophonii*, β. 144. *Cascellium*, Dalecamp. *asturcone*, β. 147. *sagacitas*, β. 149. *elephantove*, β. 150. *belluam*, β. *rotatam*, Harduin. 151. *generi bis*, Harduin. *Iusta*, β. *idemque — esse*, β? 153. *auferatur insequi*, nos. *Tarquinius*, β. 154. *impressi*, β. *Tredecim*, Budaeus. 156. *prorigam?* 157. *matrem*, nos. 158. *evellisset*, β. *tyrannidem*, β. 160. *albato*, Harduin. *opponentes?* 161. *ab Veiis*, Beroald. 162. *feminae*, β. 163. *utpote cum?* 165. *enasci*, nos. *olfactu*, β. 166. *Gallaica*, β. *incursus*, β? 168. *urinam genitalem*, β. *a*, β. *Partus*, β. 169. *horrent ita*, β. *caveant*, β. 170. *Mularum?* 171. *admovent*, β? *autem?* *eis ut*, Harduin. 172. *ex asino equi*, β? *iaciat*, β. 173. *diversis*, β. 174. *ginnum*, Pintian. 175. *senecta*, β. 176. *fuere*, β. 179. *gibber*, β. 180. *tantae*, β. *negante*, β. 181. *in*, β. *resurgere*, β. 182. *quadrupedante*, β. 183. *divo*, nos. 185. *privis*, Salmas. 187. *Primiparis*, β. 188. *melior*, β. 189. *lingua*, β. *praecipua*, β. 190. *Apulae*, β. *Laodiceae*, β. 191. *desint*,

β. nomina eis, β. quas nativas seqq. Interpunctionem emendavit Harduin. *habet, β. iam Asia*, Harduin. *Baetica, β. fulvi, β. commendat, β. Piscenas, β.* 192. *priscos, β. usos, β. aenis polientium, β.* 193. *Gausapa*, Harduin. *gausapae*, Harduin. 194. *Sanci*, Broter. 195. *pictas, β.* 196. *scutulis, β.* 197. *praetextae, β.* 198. *vestitu, β.* 199. *Umbros, β. octoni, β.* 200. *Capri*, Schneider. *utiles*, Pintian. 201. *Abortus frigori, β.* 202. *a cervice, β.* 103. *villo, β.* 205. *quibusdam, β.* 208. *vocem*, Rhenan. *sapiunt, β. posterioribus*, vir doctus apud Dalecamp. 210. *non tota*, Harduin. 211. *ceterorumque, β.* 214. *capreae, β. recussu, β.* 215. *icones*, Salmas. *usu*, Harduin. 217. *afferentes, β.* 219. *vestitum, β.* 221. *Lanuvii*, Harduin. 222. *quadam, β.* 223. *occentu, β. sorices, β. quam, β?* 225. *Hic*, nos. *vicini*, nos. *onagri montem, β. Elaphum*, Longol. 226. *quae, β.* 227. *vocalibus, β.* 228. *Cydoniatarum, β.* 229. *Tirynthe, β?*

IX. 2. *et, β.* 5. *sparsis? ictu sed?* 10. *eum, β. simul, β.* 11. *pinnas, β.* 12. *rostris, β?* 13. *toto?* 14. *Venerat, β. propulsa?* 16. *aqua, β. reddere, β.* 17. *partem, β.* 18. *efficacia, β. ipsorum, β. de, β. confessio, β.* 19. *fistulis, β.* 20. *nam cum, β? tantaque vi, β.* 23. *rostrum, β.* 24. *expavescit, β. alludit, β. Puteolos, β. immorans, β. adlexisset, β.* 25. *Fabiani*, Pintian. 26. *Diarrhyti*, Barbar. *potestatum, β. in hospitales*, Dalecamp. 27. *causam, β. exspirasse, β.* 29. *aeque — toleratura?* 30. *ad, β?* 32. *quos, β.* 33. *Iasio*, Barbar.? *cymba e, β. ad, β. posset, β.* 36. *leviterque? Phoenicio, β.* 37. *tanta — comminuant?* 38. *Trogodytae*, nos. *chelyon*, Harduin. 41. *pristis?* 44. *Praecipua, β. quinque*, Harduin. *isox*, nos. 45. *marris*, Harduin. 47. *vere*, Pintian.? 48. *ructu, β.* 49. *est in, β.* 50. *Thracii, β.* 51. *portum*, Lips. 52. *aestivant, β.* 54. *et thynno, β. magnitudinem, β. ut in*, Barbar. *superiactent, β.* 56. *erythinis et channis, β. prognatae, β.* 57. *chromis, β. sciaena, β. phagri*, nos. *capti, β. statis, β. psettam*, Harduin. 58. *Alga*, Harduin. 59. *salacitas, β. in, β. branchias, β.* 61. *callariae, β.* 63. *cura est, β. iecori*, Harduin.? 64. *Septentrionalis, β.* 65. *litoralibus, β.* 66. *vitro, β. mirus?* 67. *Caio, β. reputatio, β? pluris, β. triumphorum? aestimatur, β.* 71. *vices, β.* 73. *et lubricis*, Alcyon. *terra, β.* 74. *eaedem, β.* 76. *infirma, β.* 77. *multam, β.* 78. *raiae*, Barbar. *imposito; nos, β. cartilaginea, β.* 79. *arbitratur, β?* 80. *a? naves, β.* 82. *ignea, β.* 83. *ancoris, β.* 86. *complexu, β.* 87. *colotis*, Barbar. 88. *subrigens, β.* 89. *a, β.* 90. *eiiciatur, β.* 91. *Luctatur, β.* 92. *transcendebat, β.* 93. *Reliquiae, β.* 94. *demissis*, Harduin. 95. *Latent, β.* 97. *astaci, β. maeae*, Barbar. *obliquum, β.* 99. *et, β.* 103. *expansa, densata, β.* 104. *mare, β.* 110. *abscindit, β.* 111. *singulas, β.* 112. *levore, β. promtis, β.* 113. *elenchos*, Barbar. 114. *sed, β.* 115. *pina*, nos. 116. *singulis, β.* 117. *mancupationem?* 118. *Augusti, β.* 119. *centies HS, β.* 122. *margaritae, β.* 123. *Alexandria — redacta, β. Iugurthino bello — impositum, β?* 124. *hora*, Gesner. 125. *mutuoque attritu, β.* 126. *testa*, Harduin. 127. *in Meninge*, Barbar. *Huic, β?* 129. *ut tamquam, β.* 130. *cuniculato*, nos post Barbarum. *cuniculi, β.* 131. *taeniis*, Turneb. *calculense*, Harduin. *appellant*, nos. *maris, β. dialutense, β.* 133. *fluxos, β. salem, β. ad*, Harduin. 135. *L*, Harduin. *et e pelagio*, nos. 137. *DCXCI*, Harduin. 140. *hysginum*, Budaeus. 141. *granum*, vir doctus apud Barbarum. 142. *pina*, nos. *squilla*, Barbar. 147. *marcenti, β. ei, β.* 150. *Adhaerent, β. aplysiae, β. elui, β.* 151. *ullam, β.* 152. *sors, β.* 154. *holothuriis, β. circumglobata, β. innascuntur, β.* 158. *squillae, β.* 159. *mare, β. gyrinos, β. insignes, β. naturae*, Harduin. 160. *salivario, β.* 163. *multitudinem, β.* 165. *habens, β. cartilaginea, β.* 166. *terra, β.* 167. *memorandum, β.* 168. *Sergius, β.* 169. *lis esset*, Barbar. 170. *Quadragies*, Harduin. *veniere, β.* 171. *noluit, β. quadragies*, Budaeus. 173. *Lupinus*, nos. 174. *commentus*, Pintian. *ut, β.* 176. *et Lycum? multifariam, β.* 177. *indigos*, Pintian. 178. *quam? in nullis? et his?* 180. *scopulosi maris, β? mittitur, β.* 181. *rapiens, β.* 186. *statis, β.*

X. 1. *Ungulae iis*, β. *pedibus*? 2. *delectu*, β. 3. *fauces*, Salmas. *honestari*, nos. 4. *Manilius*, β. *et*, β. *funera*? *Panchaiam*, β. 5. *Manilius*, β. *est et*, Rhenan. 6. *valeria*? 7. *plangum*, nos. *Boeus*, Pintian. *sors*, β. *eius*, β. 9. *haliaetus*, nos. *ictu*, β. *alae*, β. 11. *ossifragis*, β. 12. *gangiten*, Harduin. 14. *indiget*, β. 18. *Est percelebris*, β? *gloria*? *educatam*, β. 19. *adverso orbe*, β. *triduo*, β. 20. *in magna quaestione*, β. *ossifragae*, β. 21. *triorchim*, nos. *Buteonum*, β. 22. *ex*, β. 23. *parte*, β. 25. *capite*, β. *rictu*, β. 26. *semperque*, β. 27. *feta*, β. 30. *alicubi*? 35. *Palpelio*, Harduin. 37. *subis*, β. 40. *scandentes*, β. *subreptum*? *cuneumve*, β. *arbori*, β. 41. *reddentis*, β. *autem*? *concerpsit*, β. 43. *gloria*, β. 45. *exque*, β. 46. *opera*, β. 48. *Tanagram*, β. 49. *fasces*, β. *extis*, β. 51. *fama amoris*, β. *Aegii*, Gesner. *Olenii*, Gesner. *Glauces*, β. *digressus*, β. 52. *palmas*, β. 54. *plumae*, β. *possint*, β. *nigritia*, β. 56. *tetraonas*, Politian. 57. *aviariis*, β. 58. *qui acclament dispositos habent*, β. 59. *laxatus*, β. 60. *gutture*, β. 63. *ad terga*, β. 65. *hae*, β. 66. *hinc*, β. 67. *poenitentia*, β. *incomitatam*, β. 68. *asionem*, β. *parasita*, β. 69. *stabilitas*, β. 70. *intrant*? 71. *quoto*, β. 72. *proprium*, β. 75. *Casii*, Barbar. 77. *nec*, β. *immensa*, β. 79. *corvos*, β. 82. *singulis*, Rhenan. 87. *alibi*, Hand. 89. *purpureis et*, β? *admixtis*, β? 91. *spongiarum*, β. 93. *peritia et*, β. *habiles*, β. 94. *inexpugnabilem*, β. 96. *Acanthyllis*, Barbar. *Galgulos*, β. 98. *ovis*, β. *ac ferruminato*, β. 101. *inlicem*, Scaliger. *eam*, β. 103. *procurrit*, β. *pavore*, β. *vacans*, β. 104. *Ab his*, β. *iidem*, β. 106. *incommodo*, β. *a vere*, Harduin. 108. *quin*, Rhenan. *vinctae*, Barbar. 109. *ave. Est*, β. 110. *venditavit*, Budaeus. 111. *volatus*, β. 112. *pronum*, β. *Impingi*, β. *putes*, β. 113. *subrectae*, β. 118. *cura atque cogitatione*, β? *hilarari si*, β. 119. *eas*, β. *quini*, β. 121. *fetu*, β. 122. *Rediculi*, Barbar. 124. *contexta*, β? *corniculis*, β. 125. *posset*, β. 126. *tradens*? 127. *orbis*, β. 130. *himantopodi*, β. *eadem*, β. *soliti sunt*, β? 131. *Huc*, β. *inde in os*, β. 133. *raras*, β. *per*, β. 134. *Est et*, β. 135. *turdorum*, β. 140. *clunes*, β. *hic*, β. 141. *HS. C*, nos. *HS. VI*, nos. 142. *fatear*, β. *nisi*, β. *summas*, β. 143. *diximus inter*? *cenchris*, Barbar. *gallinae*, β. *soli*? *considente*, β. 144. *rubri*, β. *quam alibi*, β. 146. *aliquae et*? 147. *aliave*, β. *diutius*, β. 148. *luteo*, β. 151. *una*, β. 153. *ederent*, β. 155. *esset*, β. 156. *certa*, β. 157. *ac*, nos. 162. *singuli*, β. *alias*, β. 164. *asterias*, *pellos*, β. 165. *aegolios*, β. 168. *tantum*, β. 169. *est*, β. 172. *maribus*, β. 174. *amplexa*, β. *circumplexu*, β. 176. *ea*, β. *informem*, nos. 177. *utrimque*, β. *catulos nec*, β. 178. *quosque*, Ian. *maribus*? *post laborem*, Pintian. 179. *vero*, Harduin. *mulier*? 180. *ex adverso*? 183. *fetu*, β. *alias* et *porrecto*, Barbar. 184. *item plures*? 187. *eaedem*, β. 190. *eorum*, β. *dicuntur*, β. 192. *sint*, β. *solenes*, Harduin. 193. *utpote*, β. 197. *excitam*, Harduin. 199. *sphingiorum*, Barbar. *expromit*, β. 200. *ut bibere*, β. 202. *in corpore*, β. 203. *chloreus*, Turneb. 204. *Rursus cum terrestribus* seqq.? *anates*, β. 206. *thoes ac*, β. 208. *enixam*, β. 211. *qua*? *A vino*, β. 212. *transeamus.*, β.

XI. 2. *quam*, β. 3. *potissimum*, β. 4. *in*, β. 5. *inesset*? *aliquid*, β. 6. *aliis*, β? 8. *simile quiddam*, Barbar. *vicem*, β. *obtinet*, β. *insectis*, β. *aestimatio*, β. *iudicare*, β. 10. *e*, β. 11. *rempublicam*, β. 12. *tamen tanta*, β. *minimi*, β. *tantae*, β. *rationi*, β. 13. *perferendos*, β. 14. *non*, β. *succo*, β. 15. *totum*, β. 16. *pissoceron*, β bis. 17. *africi*, β? *florem esse*, β. *futurae messis indicium*, β. 18. *Herbarum haec genera*? 19. *Philiscum*, β. 20. *haec*, β. *temperie*, β. *et*, β? 21. *earum*? *atque*, β. 22. *concameratione*, β. 23. *una*, β. 25. *e*, β. 26. *imperitans iis*, nos. 27. *imperfectae*, β. 30. *ex*, β. *exsplendescente fit*, β. *quaedam — utinamque esset*, β. 31. *e*, β. 32. *et*, β. 33. *cava* et *nigro*, β. 34. *solstitio*? 35. *XV*? 37. *vocandis*, β. 38. *ut diebus confectum siccioribus*, β. *palam doliolis pingue*? *e rore*, β. 39. *concrescit*, β. 41. *exortus*, nos. 42. *tamaricem*, Harduin. 44. *diribentes*, β. 45. *servatur*, β. *acapnon*, Barbar. 47. *si*? 48. *pars cerae*, Petav. 49. *qui*, nos. *procedente*, β. *necessarii*, β. 51. *ne desint*, Barbar. *rufus quam*, β. 52. *illis tantum*, nos. 54. *quaeque*, β. 57. *Sed quomodo*, β. 58. *et*, β. 60. *ut*, nos. 62. *se e*, nos. 63. *morbos*, β. *cum — progerunt*, β. *fune-*

rantiumque, β. 64. diducta multitudine? 67. Nocent et sua, β. 68. editis, β. 69. eis, β. ac — foveantur, β. 70. scarabaeos, β. 71. cetera, β. cortice araneosae? Et fetus, nos. 73. temere sine, β. moriuntur, β. 74. his, β. 75. lapidi, β. 76. necydalus, β. 77. terebinthi et florem et halitu, β. vellere — cogi? 78. alia, β. pensa dimitti, β? fuso, β. 79. longissimis — cruribus, β. 80. et tam, β. 81. quadam, β. laxus, β. 82. concameratur, β. necne, β. possit, β. 83. discit, β. a culmine, β. 84. involventes et, β. non, β. venetur, β. 85. vix ulla, β. sed, Pintian. ita, β. 87. supervacuo, Pintian. gracilitate et longitudine, β. 90. immerserint, β. 91. conficiat, β. araneis, β. 93. aculeatorum, Dalecamp. 94. velut in folia, Barbar. 95. differentia. In Milesia, β. 96. est, β. reviviscunt, β. 97. Lucanos, β. 99. desecta, β. 100. nisi, β. 101. sub terra, β. 102. mares obeunt, β? nisi in planis et rimosis, β. 103. serrarum, β. 104. obumbrant, β. 105. coacto, β. debellandi, β. obterendo, β. poena in, β. 107. terendo, β. 111. terrae, β. 113. trecenum, Broter. 114. sese, β. 115. animalium, β. petauristae, Harduin. 116. dehiscitque, β. 117. sitit, β. exspirant, β. 119. pyraustes, β. 120. quadrupes, β. vermiculo, β. 122. callum, β. peculiare, β. 123. platycerotas, β. 124. fastigium, β. 126. barbari septentrionales, β. alii? translucent, β. 128. solidipedum, Harduin. natura, nos cum Broterio. habent, β. cornua, β. 134. Hoc est — proximum, β. huc venarum, β. 136. pilosae, β. cartilaginea, β. 137. cartilaginea, β. 138. aliubi, β. huc, β. 139. contrahuntur ut, β. 140. ardeolarum genere? nec cicadis, β. 143. nec, β. 144. nisi, β. conniveret, β. paria, β. 145. id est, β? 146. Hinc, β. 148. et temperato, β. 151. non, β. 152. eruat, β. 155. in, β. 156. Ne, nos. 157. ut in, β? 160. ut apro, β. 162. exserti, β. ceteri, β. plani, β. 164. repulsu, β. primores, β. habet, β. iam, nos. 166. ipsis, β. circiter, β. 167. praetrivit, β. At canini, β. 172. mansuefacta, β? 174. tortus, β. 176. ne si, nos. Ex, β. 180. denticulatus, β. renis — ventri? 181. animal, Barbar. 182. sanguini, β. 186. Postumio Albino? sacrificanti bis, β. 187. amiserit, β. 190. perimit curas, β. Briletum et Tharnen, β. 192. amarum est, Harduin.? 195. Est autem, β? et ceteris avibus? 196. obsidionum exempla? 197. cordi, β. 198. alibi, β. 199. incipiens, β. 201. hinc, β. 204. Quidam, β. certe apparet, β. 209. locos, β. 210. eiecto, Merula. ab eiecticia, nos. 214. duritie, β. 215. tibias, β. Cartilaginea, β. 216. omnium? suffraginem, β. crescit, β. 220. sanguine, β. in, β. 221. vitalitatis, β. 223. altera aliis utraque, β. 224. fellis, nos. 225. repercussu, β. 226. tenuitati, β. transmitti, β. 227. perhibeatur, β. 228. vespertilio; horum, β. 229. Pili e, nos. 230. Hi castratis, nos. lanuginosi, nos. geniti, Barbar. 231. ac, nos. phthisi, β. crescunt, Harduin. 232. vespertilioni, β. 235. Sed detracto, nos. lambitur, β. marini, Dalec. 236. profusum, β. aqua? 238. quocumque, nos. serescit, Barbarus. 239. hinnulei, β. 240. e, β. Docleatem, β. Centronicae, Harduin. 241. Lunensem, β. in recenti, Vitell. hanc acuente, nos. medicamenti vitium, nos. 242. salem, β. 245. dependentem, β. notum? 251. a minimo, β. 252. stantem sibi, β. 254. in ungulae ictu, nos. 257. Longipedes, Pintian. 261. viverris, β. 263. in pantheris, β. 266. spiritu, β. 267. feminum, β. de quibus diximus? 270. est, β. doliis etiam, β. 279. Vultures — rosam? 280. interimit, β. 283. corpulentiae, β. letale est, Harduin. inediam, nos. 284. gustu, β. hippace, Barbar.

XII. 7. Rhegium, Barbar. 9. Celebratae sunt — a? ramis arborum, Barbar. 10. laetiorem quam, Barbar. 14. cerasi, β. 18. aut, β. 20. arbore mire, Salmas. 23. pleraeque, β. est, β. 24. valetudini infesta, β. Edixerat, Barbar. 25. moro, β. 26. phasiolis, Barbar. 28. libras, β. 29. in appetenda aviditate? 30. grani, β. caryophyllon, nos. Indico luco β? 33. similis, β. raphani? 37. terra? illas ali, β. 39. quibus, β. 41. Vicinitas, nos. 42. cyperi, β. aristas se spargunt, β. 44. Folii? pilulis, Salmas. X XXXX, nos. 45. phu, Barbar. 50. frianti, Broter. 52. spectat ortus, β. 57. venerunt, β. 58. iam, β. 59. opifici, β. 61. testium, β. minore, β. 64. ostiarii, β. 65. publicanis, β. simili, β. 66. insulis, β. 68. bis et ipsae iisdemque, β. 69. est et Ausaritis, β? Dusaritim,

Harduin. *pinguedine*, Broter. 70. *caret vitiis*, β. 71. *XVI S.*, *ei*, nos. 72. *uti*, nos. *possit*, β. *Chia e*, β. 73. *pulvere*, β. 74. *insulae*, β? 75. *pingue*, β? *insidere*? 76. *ut alii — arbore*? *myrtata*, Barbar. 77. *enhaemon*, β. 78. *Zagro*, β. 79. *redit*, β. *Carras*, β. 81. *frequentissimas*, β. 82. *debeat. Beatam*, Barbar. 84. *peninsulaque*, β. 85. *princepsque*, Pintian. 86. *aura e*, nos. 87. *regant*, β. *ulla*, β. *adiuvet*, β. *instar ibi*, β. 88. *portum*, β. 89. *in planis*, β. *impetratur*, β. 90. *aut*, β. *Est*, β. 91. *plurimus cortex*, β. *ei*, nos. *X x*, Harduin. 94. *impositam*, β. 97. *optimae*, β. 98. *daphnoiden*, β. *considere*? 100. *nascentibus*, β. *arboris*, Barbar.? 101. *odoratiori*, β. 103. *autem*, β. 107. *metopion*, β. *thrauston*, Barbar. *phyrama*, Barbar. 108. *Sphagnos*, β. 109. *suavitate*, β. 110. *castorei*, β. 111. *arbusculam*, β. 112. *didicit*, Pintian. 113. *rutae*, Barbar. 114. *tenui*, β. *eutheristo*, Barbar. 123. *augere liquorem*? 125. *Sidone*? *minime; ex*? 130. *amminea*, β. 131. *condita*, β. 133. *Laodicea Syriae*, β. *massaris*, β. 134. *spathen*, β. 135. *succo illo*, Pintian.

XIII. 1. *iuvitque*? 4. *et saepius transisse*? *alibi atque alibi*, nos partim ex β. 5. *deinde in Aegypto praepositum*, β. 9. *addito*, nos. 11. *sesamino*, Barbar. *melle cinnamomo*, β. 12. *cyprinum*, β. 13. *multo*? 14. *alii miscent*, Barbar. *omnia. Prodigiosa*? 19. *conduntur*, Chifflet. 20. *sentit; tamen*, nos. 22. *ex*, β. 25. *Salernitana*, β. 27. *sponte — alia*, β. *calida*, β. 28. *fruticem*, β. *brevique — foliosum*? 33. *cacumini filo*, β. *adhaeret*, β. 35. *viduas*, β? 36. *trunco ad*, nos. *humido*, β. 39. *chamaerepes*, Harduin. *molli ad vitilia*, β. 43. *quodam*, nos. 46. *est*, nos. *Thebaicae*, β. *exiles assiduo*, Pint. 52. *praestat*, β. 57. *aestates*, β. 58. *similis*, β. 60. *ei*, β. 69. *totam fuisse*, β. *Sebennytico*, Barbar. 70. *abfuisse*, Guilland. 74. *atque*? 76. *Taeniotica*, Barbar. 77. *liquor vim*, β. *crates peragit*? 80. *pedalis*, β. 82. *intergerivi*, nos. 83. *constricta*, β. 85. *Tamphilo*, Sigon. *tot*, β. *potuissent*, β. 87. *tertio*, β? 90. *laniferas*, β. *natura in descriptione*, β. *Arabiae*, β. 91. *HS. X*, β. 93. *amplissima*, β. *duobus a rege*, β. 94. *Tiberii*, β. *semipedem*, β. *opima*, β. *cuius materia erat*, β. 95. *vitium*, β. *in eo*, β. *superne quaeque*, β. 97. *vero*, β. *crispis*, β. *a*, β. 98. *ilignae venae*, β. *aestus*, β. 99. *intermissis*, β. *docuere*, β. 100. *thyon*, Dalecamp. *tradat uri*, Salmas. 101. *proximus*, nos. *scribit circa*, nos. *memoratas*, β. *incorruptae*, β. 102. *in*, β. 104. *videntur*, Pintian. 105. *cerasi*, β. 106. *alica*, Barbar. 107. *grana ceu*, β. 109. *demissa*, β. 110. *crudo*, β. 112. *abest sed*, β. *sunt acini*, β. *alia*? *in favis*, Barbar. 113. *balaustium*, β. *medicinis*, β. 114. *epipactis*, Barbar. *elleborinen*, Gesner. *pyros achnen*, Barbar. *cnestron*, Barbar. *cneorum*, Barbar. 115. *praelatam*, β. 116. *quae*? 117. *ostryn*, Barbar. *ostryam*, Barbar. *piri*, β. 118. *euonymos*, β. *eadem*, β. 120. *Andrachlen*, nos. *porcillacae*, nos. *planis*, β. 121. *apharce*, Barbar. 123. *facilis*, Pintian. 124. *eo*, β. *thapsia sed sui*, β. *inani*, β. 125. *alopeciis*, β. *scelera*, β? *contractent*, β. 126. *folia*, β. *sibi cum*, β? 127. *et*, β. *ophiostaphylen*, nos. 129. *et sicut*, β? *eodem*, β. 130. *Aristomacho*, β. *ovium*, Sabellic. *MM*, β. *sed ocior*, β. 132. *desint*, β. 133. *Canus — frutex*, β. 134. *Cythno*, β. *proventu propter quod*, β? 135. *habet*, β. *alga*, β. *prason*, Barbar. 136. *in vadis haud*, β. *ut*, Pintian. 137. *urinantibusque*, β. 138. *pumicem*, β. 139. *ferentem*, β. *referta*? *vix*, β. *tutum*, β. 140. *similes*, β. *ramosas*, β. *cum tractarentur*? 141. *ipsae*, β. *autumno*, β.

XIV. 3. *non — norint*? 4. *ideoque*, β. *opum*, β. 7. *tribus oleae*, β. *una e vite*, Salmas. 10. *exire sinitur pluribus*, Salmas. 11. *crescunt*, β. *avelli*, β. 12. *opulus*, Dalecamp. *in subrectos*, β. 13. *et aliae*, β? *peritia domini*, β? 14. *durus acinus*? 16. *uvis*, Barbarus? 18. *Arverno Sequanoque et Helvico*, β. 19. *delictis*, β. *dedere*, β. 24. *frigidus non*? 25. *Thasove*, β. 27. *visula*, Harduin. *magis quam*? 32. *emarcum*, Harduin. 33. *fertilitate sua*, Dalecamp. 34. *et*, β. 35. *Latio*, β. *argeica*? 36. *atque etiam — opima*? *etesiaca*, β. 38. *et Laurenti*, β? 39. *prusinia*, β. *ibi*, Dalecamp.? *streptos*, β. 40. *ambrosia e*, nos. 41. *scirpula*, β. *quem Chium*, β? 42. *escariae*, β. 43. *Phalacram*, Barbar.

Alba Helvia, β. *Narbonicam*, β. 47. *et Scantianas — esse*, nos. *praecepta*, β. 48. *CCCC M.*, Broter. 49. *DC M.*, Broter. 50. *ac ne — soli*? *CCCC M.*, Broter. 51. *nemo non*, Gronov. *principe tum eruditionis*, β. 53. *aut*, β. 54. *regione*, β. 55. *plebem*? *Durantque*, Sabellic. *vina*, β. *si non pervincat*, Barbar.? 56. *vini*? 59. *aliud praestantius* β? 60. *Praetetianum*, nos. 61. *ab Averno*, Pintian. *Ostiam*, β. 62. *Faustiano*, β. *quoque copiae*? *miliaria*, β? *Caedicias*, Osann. 65. *sicut*, β. 66. *obtinuere*, β. *circa*, β. *dicta in loco*? *proximo*, β? 67. *Graviscana*, *Statoniensia*, β. 69. *Servitiana*, β. *Grumento*, β. 70. *deprehenduntur*, β. 71. *Laletana*, Sipontin. *elegantia*, β. 72. *atque non ex nobilibus*? 73. *Arvisium*, β. 74. *aethalo*, *peuce*, β. 75. *protropo*, Barbar. 76. *Oreticum*, Harduin. 77. *dein in*, Harduin. 78. *vetustas*, β. 79. *aut*, β? 80. *Scybelites*, Dalecamp. *Aluntium*, Harduin. 81. *Cretico*, β. *diutius*? 82. *expressere*, *adiiciunt*? *passum*, β. 83. *Vocontii*, β. *in*, β. 84. *a terra*, β. 85. *Dulci e*, β. *melitites*, β. *potuum*, β. 88. *Postumia*, Barbar. 89. *Mecennii*, Barbar. 91. *lactis*, β. *remiges*, β? 92. *murrinam*, β. 93. *indidem — Rogas*, β. 94. *Opimiani*, β. *intelligente*, β. *Italia*, β. 95. *Quinque Thasii — Falerni*? *L. Iulius*, β. 96. *mensa*? 98. *macerati*, β. 99. *et*, β. *reliqui*, β. *maturescat*, β. 100. *adynamon*, Barbar. *noxiam*, β. 101. *milii*, β. *macerato*, β. *uti*, β. 102. *totus*, β. *maturarum*, Barbar. *palmiprimum*, Barbar. *catorchiten*, Barbar. 103. *rhoiten*, β. 104. *albo*, β. *libram*, β. *hoc manus tingit*? 105. *radice*? 106. *e scillae*, β. *tusis*, β. *e nardo Gallico*, Barbar. 107. *deiectis*, Pintian. *asaro*, Barbar. 108. *helenion*, Barbar. *denariorum*, β. 109. *e Cilicio*, Barbar. 110. *veratro*, β. 111. *e stoechade*, Barbar. *tragorigano*, β. *dauco*, β. 112. *e*, β. *in Gallia*, Harduin. *baccas*, β? *et chamaedryos*, β. 113. *canis ortu*? 114. *sextariis*, β. 115. *humani animi*, β. *exquirente*, β. 116. *Caryniam*, Barbar. 117. *Libanios*, Barbar. 118. *solutam*, β. 119. *profluxerit*, β. *deciduo*, β. 125. *quae est — natura*, Harduin.? 127. *piceae*, β. *arida*, β. 128. *iris*, β. 129. *in*, Harduin. 130. *noxium*, β. *laminae*, β. 132. *cella*, β. 133. *utique*, β. 136. *sapas*, β. 137. *huic deditis*, β. 138. *concipiuntur*, Pintian. 139. *nudos*, β. 140. *pectorosa*? *repandae*, β. *edat*, β. 141. *loquuntur*? 142. *et*, β. *morsque*, β. 145. *altera*, β. 146. *sonum*, β. 150. *inebriaret*, β.

XV. 3. *III*, Pigh. *consulatu*, β. 5. *oleum quam*, β. *e*, β. 7. *Venafrano*, β. 8. *par est*, β. *Vicina*, β. *Cereri*, β. *non invidit tantum*? 9. *amurcam*, β. 10. *abeat*, β. 11. *etiam*, nos. 13. *colligitur*, β. *operae*, β. *radius*, β. *occupat aestas*, nos. 15. *vita*, β. *non*, β. *maiorinae ab*, β. *phauliae*, β. 16. *amurca*? *eaedem*, β. 20. *Sergianam*, β. *Cominiam*, nos. *musco*, β. *rubro*, β. 21. *fracibus*, β. 22. *ventilatis*, β. *Ex*, nos. *fraces*, Barbar. *tergendas*, β. 25. *et e*? *crotonem*, Barbar. *sili*, Salmas. *Et in*, β. 26. *utile*, β. *metopium*, Barbar. *adspersis*, β. 27. *nigra*, β. *e*, β. *aliqui*, Harduin. 28. *iuglandibus*, β. *caryinum*, β. *sesama*, β. *Ichthyophagi e*, β. 29. *sampsuchum*, β. 30. *de*, β. *aspalatho*, Barbar. *sampsucho*, β. *chortinon*, Barbar. *cnidinum*, Barbar. 31. *Selgicum*, nos. *Iguvini*, Harduin. 32. *elaeomeli*, β. 33. *subigi*, β. 36. *e*, β. *mandatur*, β. *pinastris*, β. 37. *ex*, β. *candidiora*, β. 38. *struthea*, β. 39. *generis*, β. 41. *versicolor*? *a*, β. *onychina*, nos. 42. *et*, β. *velocitas*, β. 43. *rugas*, β. 45. *transiere*, β. *earum*, β. *Persis*, β. 46. *coronari*, β. 48. *syricum*, Dalecamp. 50. *id ambitu*, β. *Quiriniana*, Pintian. *Amerina*? 51. *mustea*, β. 52. *dat iis*, nos. 54. *Dolabelliana*, Pintian. *Liceriana*, β. 55. *Numidiana*, β. *Tarentina*, *Signina*, β. *a*, β. 56. *Bruttia*, Pint. *nominum*, β. *Voconiis*, β. 57. *quotque*, Barbar. 58. *proprietates*, nos. 59. *specularibus*, β. 60. *in concluso*, Hard. *ficulnis*, β. 61. *Aniciana*, β. *superiniecta*, Dalecamp. 62. *diei*, β. 63. *utrimque*, β. 64. *cretam*, β. *abditos*, β. 67. *mergunt*, nos. *scobe*, β. *optime*? *operimento*? 69. *parum*? 70. *Alexandrina e nigris*, β. *Liviae*, β. 72. *Saguntinas*, β. *Telanas*, β. 74. *Africana*, β. *uso*, β? *inquit*, β. 76. *tantam*, β. *insignes*, β. 77. *sacra*, β. 78. *CCLX*, β. *fortuito satu vivit*, β. 79. *generatur*, β? 80. *evolant*, Salmas. 81. *operae*, nos. *pulvis*, β. 82. *destillant*, nos. *lacrimas*, nos. *orcae*, β. 83. *cottana*, Barbar. *Albense*, β. 86. *et*? *iis*, nos. 89. *ab*, β. 91. *pistaciis*, β.

93. *praestant in*, nos. *postea imposuere*, β. *satu*, β. 94. *Plana est et*, Salmas. *Etereiana*, Harduin. 97. *pomi*, Barbar. 98. *est*, β. 100. *et*, β. 103. *Rheni; tertius*? 107. *possit*, nos. 108. *aquae*, β. *aquam*, nos. 110. *nullus*, β. 114. *geminantur*? 115. *alvo*, β. 116. *melimela*, β. 122. *latifoliae*, β. *utraque alia*, β? *Coniugulam*, β. 123. *farinam*, β. 125. *leviter*, β. 127. *domibus*? *Cato*, β? 130. *spadonia*, β. 131. *myrti*, β. *et maiore*, Harduin. 132. *daphnoides*, Barbar. *os atque guttur*, β. 134. *manu satarum*, β. *icitur*, β. 135. *detestatione*, β.

GOTHAE. — TYPIS OFFICINAE STOLLBERGIANAE.